BIBLIA. A.T. Salmos. Latín

Davidis Regis ac prophetae aliorumque sacrorum vatum Psalmi / ex hebraica veritate in latinum carmen à Benedicto Aria Montano... conuersi ; cum argumentis et elucidationibus, quibus singulorum Psalmorum sententia... exponitur, et orationis filum deducitur, eiusdem interpretis opera et studio adiunctis. -- Antuerpiae : Ex Officina Christophori Plantini..., 1573

319, [8] p., A-Z8, a-s4 ; 4°

Marca de imp. en port. -- Texto glosado, en hebreo y latín

1. Biblia. A.T. Salmos-Comentarios 2. Biblia. T.Z. Salmoak-Iruzkinak I. Arias Montano, Benito, ed. lit. II. Título

R-6064 Enc. perg., deteriorada

DAVIDIS REGIS AC PROPHETÆ ALIORVMQVE SACRORVM VATVM

Psalmi,

EX HEBRAICA VERITATE in Latinum carmen à BENEDICTO ARIA MONTANO obseruantissimè conuersi.

Cum argumentis & elucidationibus, quibus singulorum Psalmorum sententia plenè exponitur, & orationis filum deducitur, eiusdem interpretis opera & studio adiunctis.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini,
Architypographi Regij.
M. D. LXXIIII.

CHRISTOPHORVS PLANTINVS

CHRISTIANO LECTORI

SALVTEM.



ACRORVM *librorum omnium, qui ex Hebraica veritate in Græcam & Latinam linguam translati sunt, difficillimam & obscurissimam esse orationem, qua Dauidis Psalterium versum est, adeò omnibus est compertum atque exploratum, vt si ostendere quis paret, actum (quod dici solet) agere videatur: neque alio argumento sententia hæc indiget, quàm lectione ipsa plurimorum Psalmorum. Quid enim difficilius legi vel audiri potest, quàm*; Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum Regis: &; Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit cælestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos? &c. Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantiũ, Dominus in eis in Sinai in sancto, & cætera. *quæ si ad hanc rationem obseruentur, non dubium est, quin maximam psalmorum partem simili nota sibi sint vendicatura. Fuêre quidem complures, qui præter vulgatam communem versionem, qua Romana mater nostra Ecclesia vtitur, siue sententiæ magis explicandæ causa, siue alio consilio ducti, varias olim & nostro etiam sæculo interpretationes elaborarunt; à quibus quid quantúmve in aliis libris præstitum sit, examinare & expendere neque meæ facultatis neque loci huius esse arbitror. illud certè manifestum est, si parum in aliis, minimũ in Psalterio vertendo præter vulgatam quã vocamus interpretationem fuisse per illos promotum. Nam si quis sententiam planiorem ac faciliorem nonnullis in locis reddidisse*

videatur, orationis tamen grauitatem, ac ſublimem illum tenorẽ & ſonitum, quem noſtra verſio refert, amiſiſſe deprehenditur. Etenim cùm in ſacris ſcripturis vertendis normam illam religioſè teneri oportere & ſancti patres & viri docti affirment, vt non ſolùm ſententiæ pondera exhibeantur omnia, ſed ne verborum vlla vis ac ſignificationis elegantia deſideretur, accidit, vt quicunque eos libros, qui vario ac multiplici carminis genere Hebraicè conſtant, vt Iob, Pſalterium, & Cantica ſacra, in Græcum vel Romanum ſermonem vertere ſtudeat, ſi ſolutæ orationis ſtylum obſeruare velit, quemadmodum plerique omnes alij præter noſtrum interpretem voluiſſe videntur, ieiunam dictionem & elegantiæ illius, quæ apud Hebræos auditur, expertem ſonet; ſin verò (vt interpres noſter idq; rectius multo fecit) poëticum illud dicẽdi artificium imitari conetur, elegantiorem quidem & quæ myſterium magis redoleat dictionem, verùm obſcuriorem & explicatu difficiliorem exhibeat. Manifeſtè quidem apparet poëtica elegantia in noſtro, qui in ſacris templis quotidie canitur, Pſalterio, vt, In exitu Iſrael de Ægypto, domus Iacob de populo barbaro. Facta eſt Iudęa ſanctificatio eius, Iſraël poteſtas eius. Mare vidit & fugit, Iordanis conuerſus eſt retrorſum, *& cæteris huius modi quã plurimis: in quibus quãuis proſa oratione ab interprete noſtro verſis, tamen, vt ille aiebat, inuenias etiam diſiecti membra poëtæ. Huius verò rei rationem ſæpè mecum putanti mihi illa ſententia perpetuò hæſit, ea, quæ à primo auctore carmine ſcripta & poëticis figuris atque ſchematis exornata eſſent, non poſſe in aliam linguam commodiùs quàm carmine verti, vt vtrique parti, & ſententiarum videlicet grauitati, & dictionis ac verborum elegantiæ ſatisfieret. Nam cum carminis natura ſublimiorem & metaphoris aliiſque figuris ornatiorem ſtylum poſtulante aptè conuenire poteſt ea, quæ in aliis linguis cultis præcipuè, qualem Romanam eſſe ſcimus, poëticæ orationis forma obſeruari ſolet, modò ingenio tractetur vtriuſque linguæ perito ac*

poëticæ

poëticæ tum facultatis, tum etiam disciplinæ compote. Igitur cùm ad literarum præcipuè sacrarum cultum & naturæ quadam propensione, & studio etiam ardenti incitatus, animatusque semper fuerim, atque aliorum qui in hoc genere ad publicam vtilitatem operam diligentiamque ponunt, conatus & labores pro artis opisque meæ modulis adiuuare perpetuò nitar; Benedictum Ariã, quem omnibus viribus totoque pectore ad sacra pietatis studia iuuanda & promouenda incumbere, ferè omnes, qui virum cognouêre, sciunt, superiori anno rogabam, nunquid animum ad hãc Psalterij explicandi rationem adiecisset: tunc verò is mihi specimẽ ostendit Psalmorum quorundam, quos ex Hebraico idiomate ac stylo Latinè canere meditatus fuisset, vt illa animi recreatione Petri Veleij Gueuaræ Hispalensis Ecclesiæ iurisconsulti Canonici, ac Prioris, pietatis Christianæ studiosissimi, & religionis colentissimi viri absentis desiderium leniret. Namq; solet idem Benedictus, vt mihi sæpè retulit, in iis lucubrationibus aut meditationibus, quas vel quotidiano & grauiore vel intermisto & iucundiore studio susceperit, aliquem ex amicis, quos plurimos optimos & piissimos habet, veluti præsentem proponere, quem inter agendum sæpè intueri & identidem consulere sibi videtur, atque hoc pacto & laborem libentius perfert, & illius, cui ita laborat, amici absentiam solatur: interea verò absentis viri personam induit ad ea relegenda & corrigenda, quæ ab ipso conscribuntur; ita fit, vt quamuis vel solitarius in agris vel in penetralibus domi reclusus, tamen in amicorum suorum dulcissimo colloquio versetur. Illo igitur mihi ostenso specimine cùm vehementer afficerer, videréque mihi viderer voti mei erga vtramque sacrorum psalmorum partem, sententiam videlicet & orationem, optatissimum euentum, si ad finem vsq; id opus perduceretur, pro amicitia mihi cũ illo sancita, & pro cognito illius erga sacrosanctam Ecclesiã & pietatis amatores studio, rogare & hortari eundem cœpi, vt iuxta exempli illius formã totum Psalterium nobis ex Hebraico carmine interpretaretur,

quod ille ſuperioris anni feſtiuis diebus Deo honeſtos ac pios conatus promouente abſoluit, atque Latinis hominibus fideliſſimam paraphraſim exhibuit; cuius quantus, quamque iucundus lectoribus ſit futurus vſus, præterquàm quòd doctiſſimorum cenſorum iudicio pronuntiatum eſt; omnium etiam bene de bonis rebus ſentientium teſtimoniis declaratum iri ſpero. Vt verò ipſe etiam officium, quod in hoc apud Montanum promouendo opere cœperam, edendo etiam ad publicam vtilitatem pro mea parte abſoluerem, quam potui magnam diligentiam adhibui, vt eleganti characterũ genere, accurateque correctum atque omnino ſartum tectum idem opus curarem, adiuncto ipſo Hebraici Pſalterij exemplari, eoque ſine punctis, vt olim fuiſſe videtur cùm ab interprete noſtro verſum eſt, quò facilius cognoſci poſſit fons, ex quo illa variarum verſionum diuerſitas emanauit, aliis aliter copioſè fluentem aquam deriuantibus, neque tamen ob eam rem inuicem pugnãtibus; quos quemadmodum coniungi poſſe contingat, ſatis clarè hæc Benedicti Ariæ paraphraſis à verborum vel ſimplici vel multiplici ſignificatione nuſquàm diſcedens docuiſſe mihi videtur: cuius viri labore dum tu pie lector frueris, candido & vti Chriſtianũ decet ſincero animo vt vtaris obſecro; Deumq; preceris, vt huic viro & omnibus catholicæ Eccleſiæ miniſtris mentem ſpiritumque ſuggerat & augeat, quo in communẽ vtilitatem atque ædificationem corporis Chriſti myſtici ſanctam atque aſſiduam ipſique Deo probandam operam nauent omnes. Vale Antuerpiæ Cal. Auguſti. 1573.

B. ARIÆ

B. ARIÆ MONTANO

SVO ANDR. MASIVS S. D.

REMITTO tibi mi Aria doctiſſime animóque meo cariſſime, eam Pſalmorum tuorum partem, quam mihi abs te diſcedenti menſe Ianuario legendam dederas: de quibus, vt, pro noſtra familiaritate, apertè & ingenuè tibi, quod ſentio, dicã: non poſſum non vehementer probare induſtriam tuam, & fidem, quibus & religioſiſſimè, & luculentiſſimè, quidquid in Hebræo eſt, Latinis verbis expreſſiſti: vſque adeò vt prorſus nihil vſquam, ne vnum quidem Dei proprium nomen, non enodatum, ſcitiſſimeque explicatum prętermiſiſſe videaris. In eo autem etiam admirari debeo artificioſam tuam dexteritatem; quòd tam anguſtis religioſæ interpretationis determinata cancellis verba tam commodè & facilè flectere, atque aptare in poëticos numeros potueris: & quæ alij interpretes ſoluta liberaque oratione vix Latinè, ea tu carmine eleganter & numeroſè dixeris.

Quapropter non ſolùm hortor, verùm etiam obſecro te, vt iſtos tuos verſus; in quibus ſanctam grauitatem lepida ſuauitas mirificè commendat, per primum otium non nihil elimatos atque expolitos (ab ipſa enim incude etiã tum calentes mihi tradideras) Plantino noſtro des edendos in vulgus. Legent enim profectò (ſi quid iudico) ſtudioſi non ſolùm lubentiſſimè, quia metro conſtant: quod orationis genus hymnorum eſt proprium; atque ab ipſis auctoribus ſacris obſeruatum vſurpatumque: verùm etiam vtiliſſimè, & magno cum fructu; quia tanta cum fide, tamque planè ad verbum de Hebræis ſunt expreſſi, vt certiorem interpretem (de nouis loquor) conſulere nullum

lum illi queant. Scripsit quidem M. Antonius Flaminius, vir in omni vita suauissimus, (fuit enim magna mihi cum eo familiaritas) multos Psalmos suauissimis carminibus; sed aliorum interpretum incertam secutus fidem: cùm nesciret ipse literas Hebraicas. Scripsit & Georgius Buchananus Psalmos omnes poëticis non solùm numeris, sed etiam elegantiis ornamentisque omnibus exculti ssimos, ornatissimosque: sed παραφρασικῶς. Quare horum, aut si qui sunt his similes alij; vel, si fieri potest, præstantiores etiam: Ego enim ista mea breui enumeratione, neminem excludisse videri volo istius certaminis pulcherrima gloria: horum, inquam, labores; etsi vtilissimi illi quidem sunt, ac prorsus immortalitate digni, tuis tamen laboribus diuersa & multo certiore institutis ratione, non debent obstare; & in vulgus exeundi viam præcludere. Qui cùm sis Hebraicè cumprimis doctus: (hoc enim certò comperi,) nihil tibi vsquam quantauis metri necessitate constricto, dicendum putauisti, quod ibidem non alicuius Hebræi verbi notatione cõtineretur. Et hæc quidem de tuis Psalmis mea est sententia, mi Aria. Ceterùm, quia pro illo Dei nomine יהוה; quod maiores nostri & Græci, & Latini, inde vsque à nostræ Ecclesiæ initiis, siue Iudaica superstitione non repudiata; siue iudicio, & cum aliquo mysterio; ineffabile esse dixerunt; &, Dominum, conuerterunt; tu vbique, IAS, reddidisti, velim mihi explices, quo hoc consilio, quáue ratione feceris. Etenim si illius vocis sonum, qui est Iehoua, aut Ioua; repræsentare voluisti, Iouis tibi potius, dicendum erat. quod nomen si quis existimet veteres ex Hebræorum arcanis (vt multa) sumpsisse; neque temerè Deo summo attribuisse, minus ille fortassis aberret à vero, quàm qui à iuuando illos deduxisse putant. Sed hoc, propter peruagatam superstitionem nimis iam odio-

sum

ſum eſt. Sin autem Hebraici nominis enodationem voluiſſes facere, non dixiſſes, opinor, Ias, ſed ens; vt Græci optimè, ὁ ὤν vel τὸ ὄν. Eſt enim nomen יהוה diuinæ eſſentiæ impoſitum. Memini quidem Plutarchum dicere libello illo doctiſſimo, de figura ει apud Delphos conſecrata; poſtquam multis verbis mirabiliter diſputauit; de ſolo Deo verè dici poſſe, quod ſit; Eum, inquam, dicere memini, fuiſſe ex antiquis aliquos, qui Deum nomine, εἶ ἐν, ſalutandum putarent. Verùm neque hoc ſatis conſonat tuo Ias. Quare ſuſpicor te Hebræorum יְהֹ exprimere voluiſſe. Atqui rurſus non intelligo, cur dimidiatum quàm integrum nomen dicere malueris. Sed ego conſilij tui rationem ex te ipſo audiam faciliùs, citiuſque, vt video, quàm coniecturis aſſequar. Vale mi Aria, & me, quod facis, amato ex animo. Tertio Nonas Martias, Zeuenera. CIↃ. IↃ. LXXII.

D. BEN. ARIÆ MONTANO

IOHAN. HARLEMIVS

S. P. D.

POSTEA *quàm Psalmos tuos accepi, vir clarissime, nihil mihi potius fuit, quàm vt eos cum Hebraico textu conferrem, & tanquam ad sui fontis originem reuocarem. Feci id in nonnullis, facturus idem perlibenter in omnibus; nisi me cum assiduum, ac pene quotidianum munus docendi, tum mea non tenuis modò, sed etiam afflicta valetudo prohibuissent. Verùm ex iis versibus tuis, quos diligenter consideraui, facilè de vniuersi operis pulchritudine, atque elegantia coniecturam facere potui: reperi enim id quod me admodum delectabat, & in summam admirationem rapiebat; ita te accuratè singularum vocum Hebraicarum vim, & energeiam expressisse; vt ne apicem quidem vllum, quem Latino carmine non redderes, tibi prætereundum existimaueris. quòd si vox aliqua Hebræa multiplicem, vel ambiguam significationem habebat, vidi te illam quoque multiplicitatem, aut verius, diuinarum literarum copiosam fecunditatem Latinis verbis indicasse; vel commoda aliqua periphrasi, quod Latinæ linguæ deerat, magno iudicio suppleuisse. Præterea nomina diuina, quæ apud Hebræos varia sunt, & singula tamen singularem aliquam Dei proprietatem continent, non sine diligenti cura vbique à te obseruata, & suis quæque propriis, atque accommodatis nominibus, quantum fieri poterat, expressa animaduerti; quod eo consilio te feciſſe existimo, quòd sciebas in iis magna frequenter recondita esse mysteria, quæ penitus non apparerent, si vno semper, & eodẽ nomine Latino* [Deus] *vel* [Dominus] *vt pleriq; interpretes fecerunt, diuersa illa nomina redderentur. Hoc tuum*

insti-

inſtitutum, antequàm ex carmine Pſalmis præfixo perſpexiſſem, vehementer mirabar, te pro diuino illo & ineffabili Dei nomine יהוה, *quod Græci* τετραγράμματον, *i. quatuor literarum appellant, vocem* IAS *Latinis hominibus, vt tunc exiſtimabam, incognitam, paſſim in carmine tuo vſurpaſſe. quod & alia quædam ſimilia qui minus attendent, iudicabunt fortaſſe pleraque carmina eſſe obſcuriora: verùm id nemini mirum videri debet, cùm ferè omnia ex abditiſſimis Hebraicæ linguæ theſauris petita ſint. Itaque librum tuum pium ac eruditum eſſe cenſeo; & ſacræ linguæ, diuinarumque literarum ſtudioſis, ſi prælo committatur, vtilem ac fructuoſum futurum eſſe non dubito. neque labor aut moleſtia, quæ ſententiarum obſcuritatem neceſſariò comitatur, recuſari debet, cùm eam & carminis ſuauitas & eruditionis vtilitas vberrimè compenſent. Vale Louanio* 11. *Kalend. Iulij. An°.* CIↃ. IↃ. LXXIII.

FRANCISCVS RAFELENGIVS

PLANTINI GENER BENED. ARIÆ MONTANO S.

QVANTVM & voluptatis & emoluméti ex tuæ poëticę Pſalmorum Paraphraſeos lectione ceperim, ſermone explicare non poſſem; vir doctiſsime, mihiq́; plurimùm colende. Præter natiuam enim ac genuinā poëſeos elegantiam, quæ in hoc opere perſpicuis & claris argumētis eluceſcit, illud ſingulare ac inauditum interpretationis genus, quo pro admirando diuini numinis tibi infuſo munere, cuius ſpiritu feruēte totus cales, recōditos ac diuinos Pſalmographi ſenſus apertis, ſuccinctis, & Hebraicæ veritati conſonis verbis enucleas, me ad ſtuporem vſq; rapuit: adeò vt tua ope ad infinitorum locorū difficillimos ac intricatiſſimos nexus enodandos aditum patere, fateri non verear. Ceterùm animi mei deſiderio vix temperare valeo, quin omnium ſtudioſorum nomine te obſecrem, vt illis ſummariis argumentis & annotatiunculis, quibus, pro exuberante materiæ, quam tibi cæleſtis ſpiritus ſuggerit, fertilitate, quaſdam margines illuſtrare cœpiſti (quippe cùm ſint admodū concinnæ, & cuiuſq; Pſalmi medullam breuiſſimè contineāt) reliquos Pſalmos exornare pergas; ne ij qui ad ſacrorum oraculorum myſteria intelligenda adſpirant, tanto beneficio ſe priuari meritò conquerantur. Vale.

D. GEOR-

D. GEORGII STENII
S. THEOLOGIÆ LICENCIATI AD LECTOREM CARMEN.

MIRARIS, *Lector, Ieſſëi cantica vatis*
Rurſus in Auſonios eſſe relata modos?
Siſte, nec, vt damnet cenſoria virgula carmen,
Iudicij laxes illicò frœna tui.
Sunt ea Romana ſæpè illuſtrata poëſi:
Ingenij maneat gloria cuique ſui.
Si (mihi crede) ſacrum libeat ſpectare poëtam,
Inter præcipuos hic tibi primus erit.
Fige oculos, terſóq́ vide ſermone leporem
Seruata Hymnorum priſtina vbique fide.
Purius ex ipſis ſaliunt quòd fontibus vndæ
Quid mirum, quàm ſi turbido ab amne fluãt?
Non niſi ab Hebræi genuino idiomate textus
In Latium expreſſit ſingula verba ſonum.
Non Iouis hic nomen, non numina vana deorum,
Non gentilitias férve refértve phraſes.
Apta Deo imponens, æuo ignorata priori,
Sanctis dat rebus nomina ſancta ſuis.
Auctorem reuerere, vt ſit Bene-dictus הוה-IÆ
Heſperij felix lausq́ decusq́ ſoli.

Hos Pſalmorum libros Benedictus Arias Montanus à ſe ex Hebraica lectione & phraſi ad verbum in Latinum carmen conuerſos doctiſſimis & pientiſſimis Cenſoribus legitimis examinandos & iudicandos exhibet, illud profeſſus imprimis, nullum eſſe in tota verſione verbum, nullum ſchema, nullum ornamentum, cuius ratio aperta ex Hebræorum verborum ſignificatione reddi non poſſit, nihilque hîc eſſe ab interprete aſſlatum præter Latina verba & carminum genera. Id quod quatuor in ſacris linguis peritiſſimorum virorum teſtimoniis operis initio aſſutis conſtare poteſt. Quorum iudicio & ſententia idem interpres argumentorum & elucidationum adſcriptione ſingulorum Pſalmorum filum & orationis contextum proſequutus eſt.

B. Arias Montanus

CENSORVM ANTVERPIENSIVM IVDICIVM.

Paraphraſtica hæc conſcriptio Pſalmorum, carmine à doctiſs. viro B. Aria Montano edita, nihil habet S. Romanæ Eccleſiæ fidei contrarium, aut Reipub. offenſiuum: immò omnino vtile fore iudicamus, vt typis in multorum vtilitatem exprimatur.

Quod atteſtamur

FRANCISCVS SONNIVS,
Epiſcopus Antuerpienſis.

Sebaſtianus Baer Delphius inſignis Cathedral. Eccleſiæ S. Mariæ Hantuerpien. plebanus & Canonicus.

Sylueſter Pardo.

THEO-

THEOLOGORVM LOVANIENSIVM ET CENSORVM IVDICIVM.

Hos doctiſſimi viri Benedicti Ariæ Montani, S. Theologię profeſſoris eruditiſſimi, Pſalmos nihil habere fidei Catholicæ contrarium, ſed plurimum, quod ad pleniorem intelligentiam vulgatæ editionis cõducat, quodq; ad profundos & varios textus Hebraici ſenſus eruendos & obſeruandos proſit, atteſtamur: ac proinde vtiliter imprimi poſſe cenſemus. Louanij 17. Calend. Iulias 1573.

Auguſtinus Hunnæus ſacræ Theologiæ profeſſor Regius.

Cornelius Reyneri Goudanus, ſacræ Theologiæ in alma Vniuerſitate Louanienſi ordinarius profeſſor.

Ioannes Molanus, Apoſtolicus & Regius librorum cenſor.

Georgius Lapidanus Benedictinus, S. Theologiæ Licent. linguarum ſacrarum ſtudioſus.

REGIA CATHOLICA MAIESTAS GRATIA SVA PECVLIARI CHRISTOPHORO PLANTINO ARCHITYPOGRAPHO SVO POTESTATEM FECIT, IMPRIMENDI PSALMOS DAVIDIS PROPHETÆ, ET ALIORVM SS. VATVM EX HEBRAICA VERITATE IN LATINVM CARMEN, A BEN. ARIA MONTANO CONVERSOS, CVM ARGVMENTIS, &c. ATQVE EVM LIBRVM PER OMNES SVAS PROVINCIAS LIBERE DISTRAHENDI, VT LATIVS EXPRESSVM EST IN LITTERIS.

DAT. BRVXELLÆ XVII. IVLII CIↃ. IↃ. LXXIII.

Subſign.

I. Boudevvins.

BENEDICTI ARIÆ MONTANI DE PSALMORVM STVDIO ATQVE VSV; AD LYRAM.

Carmen dicolon diſtrophon.

FESTIS *quid mediter pius*
Diuini vel agam tempora poſt ſacri?
O me quæ teneris ſoles
Delectare modis barbyte, cur diu
Laxis artubus horrida
Et ſuſpenſa taces? deſere ferreos
Vncos, excute puluerem, ac
Neruos imparium turbine clauium
Contentos anima in ſonum;
Et gratam ſuperis lætitiam moue
Mecum. ſi libet ordinem
Exercere nouum; carmina concines,
Olim quæ veniens polo
Dictabat facili numine Spiritus,
Iudæ in montibus arduis,
Formoſo ante alios, ſed magis & pio,
Paſtori niuei gregis;
Cui rexiſſe pecus, cui Deus aſperos
Vrſos ſternere; cui dabat
Perfregiſſe feris ora Leonibus.
Illum ſæpe virente ſub
Vmbra ſicamini, roboris aut ſacri,
Intentum patrii Dei

Pſalmorũ verſio ex Hebraica veritate in Latinũ carmen feſtis anni 1572. diebus poſt peractũ ſacrũ ſuſcepta & exhibita fuit.

Sicaminos arbor ruſtica in Syriæ Palæſtinæ ſiluis frequens.

Dicendis iuuenem laudibus vndique
Ambibat tacitus diu
Armenti pater, & lanigeri gregis
Denſo cum pecore accubans
Pugnax dux & aquæ & graminis immemor:
Progreſſumq; etiam loco,
Immotis oculis, compoſito & gradu,
(Ne turbet ſtrepitus ſonum)
Certos viſa ſequi turma per ordines.
Illis carminibus fera
Victa vel fugiunt, vel pecori vago
Parcunt, omnis & inſcio
(Is dum paſtor adeſt) horribilis metus;
Errent valle vel infima, aut
Propter luſtra cubent vel ſaliant licèt.
Illum ſæpe comantibus
Ramis excipiens pennigerum genus
Aut tuta è ſilicis domo
Attendit, veritum ſacra ſilentia
Cantu rumpere garrulo; aut
Alarum ſtrepitu vel pede concito.
Donec vox pueri modis
Intermiſſa ſuis ſiſteret, ac ſonos
Plectro ſollicito exciti
Nerui continuis ictibus ederent:
Tunc ſiluæ iuga frondea,
Collis cum tumidis montibus herbifer,

Et cum fontibus integris
Deducta irriguis flumina vallibus,
Lenis verbere spiritus
Atque vnda tremulis cursibus, agnitam
Sanctæ vocis imaginem,
Excepti referunt carminis & modos.
Ramis multa loquacibus
Tunc respondet auis versicolor; magis
Suaues concinit & magis
Distinguit numeros, & minuit breueis,
Paruo gutture mobilis,
Et lingua docilis fingere Dædala.
Tunc & nomen amabile
Sanctis personuit sæpius in locis,
Nomen perpetuò efficax,
Quod cælum recreat, quod superos fouet,
Regna & concutit infera,
Quod scisso in pelago fornicibus cauis
Vndas concamerat leueis,
Et muros liquidis fluctibus extruit;
Quod montes trepidi pauent,
Amnes & refluis gurgitibus timent.
Idem terrigenûm pios
Permulcens animos afficit & trahit;
Et mortalia spernere,
Atque optare decus perpetuum monet,
Angustamq; sequi viam;

Nominis diuini laudes.

Ac dat regna poli ſcandere lucida;
Mortalémque vicem ſuper
Et dici & fieri atque eſſe iubet viros
Natos & ſobolem Dei,
Regéſque æthereis in ſoliis locat.
Illi vt carmina nomini
Plectro Ieſſiades concinuit nouo,
Dauidis carmina & Pſalmos omnis Eccleſia omnibus ætatibus frequentauit.
Almi numine ſpiritus
Dictata; innumeris gentibus omnium
Linguarum vario ſono
Pòſt excepta, ſacris ædibus & choris,
Nullos irrita per dies,
Conſtant, & reſonant, culta parentibus,
Natis culta minoribus,
Pſalmorum lectio & cantus perpetuo dulcis, iucundiſſimi, ac commodiſſimi vſus.
Vt ſæclis noua & vt grata prioribus,
Et grata & noua poſteris
Sæclis, perpetuo ac dulcia munere.
Non Sol quippe bonus magis
Ignes ac repetit commoda lumina,
Tellus queis calet infima,
Queis fœtus varios concipit & fouet,
Certa ac temporibus ſuis
Fundit multiiugis vſibus editos;
Quàm ſummus ſuperûm pater
Virtutem voluit carminibus pij
Vatis multiplicem dari,
Quæ mœſtis animis gaudia candida,

Puram

Puram & lætitiam ferant;
Quæ spem, quæq; fidem mentibus anxiis
Addant, quique diu miſer
Preſſit corda labor, diſcutiant, graui &
Pectus pondere ſubleuent,
Et fomenta malis vulneribus parent.
Hoc cantu rabidus furor,
Hoc cantu reſidet victa ſuperbia.
Illis ambitio impotens
Ponit carminibus flamina, queis valet
Orbis vertere turbidi
Fundamenta ſuis ſedibus eruta.
Et quæ incendia, flammeas
Aſſueúitque faces ſubdere mentibus
Vis incluſa Libidinis,
Fixa ac Luciferi fraudibus inuidi
Morbis cauſa tenacibus,
Imbelli his numeris conſidet impetu.
Segnis Deſidia & graui
Somno merſa hominum viſcera deſerit,
Concedítque bonis locum
Curis & ſtudiis. Denique cantibus
Illis cuncta vel abſtinent,
Vel parcunt vitia impellere turpibus
Humanos animos dolis;
Virtutúmque choros vincere promptius,
Seſe ac tollere ſentiunt:

Et verſare nouis pectora motibus,
Exercereq́ nobili
Vires arte, magis reddere & vtiles.
Quid mirum? tremit hos modos
Ac audire fugit, nec patitur ferox
Atri rex Erebi, genus
Qui mortale malis fraudibus impulit,
Caſu ac præcipites dedit,
Detruſitq́ patres, primaq́ pignora
Deplorata parentibus,
Natorumq́ adeo ſæcula poſterûm.
Illa & carmina fulgido
Deductos videas æthere Nuncios,
Et ſentire iuuantia
Et verbis totidem excepta reponere.
Illa è ſedibus editis
Et cæli ſolio adducere commodum,
Præſentemq́ ſolent Deum,
Qui votis faciles annuat exitus.
Hæc nos carmina, Barbyte,
Romanis cupimus legibus ac modis
Senſu aptare tamen ſuo,
Auctorem & veterem fallere neſcio.
Ergo tu numeros comes
Ac voces fidibus funde loquacibus,
Nunquam gratior aut mihi
Ante, aut muneribus commodior tuis.

Verſionis Pſalmorum ratio ac forma.

AD VATEM DAVIDEM
Elegiacum carmen.

IEssiadæ mens alma Deo pastoris amati
Esse tui in numero me sine, quæso, gregis.
Nãq; ego iam primis laudes meditatus ab annis
Diuinas tenui carmine composui.
Sed mihi non vanum memini dixisse magistrũ,
Nil fore par numeris carminibusq; tuis.
Ille erat excultus vates, castusq; sacerdos,
Ad sacra templa idem dux mihi sæpe fuit.
Carmina & ipse sacra hũc recinẽtẽ sæpe videbã;
Et stupui, Psalmos dum canit ille tuos.
Semper grata, noua ac semper, mirandaq; dicta
Sunt tua visa mihi, sint repetita licèt.
Libera Romanis numeris, pede libera quamuis,
Mirabar versus pondera ferre sui.
Hæc ego vt excipiam melius collata, profani
Vulgi conspectus & populum fugio.
Abdor & in siluis, nemorosa ac rupis in antro;
Scire auido sedes hæc mihi amica fuit.
Hîc sensi turbis hominum strepituq; remotus,
Quàm tua Iessiades carmina dulce sonent.
Vatibus hæc Graiis vidi ac præstare Latinis,
Quantum nocturnis ignibus alma dies.
Illic te attentè sensi diuina ferentem
Commoda; vt humanum viceris ingenium:

Iohannes Chirosius sacerdos poëticæ disciplinæ Mõtano præceptor fuit.

Psalmi etiam oratione soluta versi, poëticam dictionẽ referunt semper.

Secessus Ariæ Montani in rupe Aracenensi.

Vtq;

Vtq; pedes numeríque modos ac dulcia iungas
Dignaque ſuſceptis verba miniſtra tuis.
O vtinam, dixi, referentem carmina vatem
Audiat hæc noſter me, probet atq;, chorus.
Ergo age, méque tuo cupidum pater imbue ſenſu,
Eſſe iube & certum me tibi diſcipulum.
Dic quo monte ſedẽs, quæ proxima culmina cælo,
Dum dicenda vides, ipſe tenere ſoles?
Flumine quo ſitiens, largo quo fonte bibebas,
Vt flueres puro voce canorus olor?
Nũ tenuit Tabor meditãtẽ, aut arduus Hermõ,
Conſtrictis Sanir num tenuítve feris?
An fragrans Galaad, lætis Carmelus & hortis?
An tibi cantatus, cultus & ille Sion?
Nũ te & aquis æſtate amplis recreauit Iarden,
Cinereth. *Et lacus, à citharæ cui bene nomen ineſt?*
Suſpirata tibi an putei ſacra lympha paterni,
Et fuſa ante altum te metuente Deum?
Nam certũ eſt, quocũq; feras, & adire periclũ,
Atque tenere tuas, te præeunte, vias.
An tibi nullus aquæ dederat liquor, aëris aut vis
Tam pulchris vati carminibus fluere?
Sed magis æthereis delapſus ſpiritus oris
Inuaſit pectus corripuítque tuum.
Cernere & hic maiora dedit, q̃ lumina poſſint
Humana ex altis nobilibúſque iugis.
Nulla vt lingua licet nitidis puriſſima lymphis

Par

Par fluat eloquio, quod dedit ille, tuo.
Spiritus ille vbicunque manet, fit nobilis aura;
Erumpunt fontes exaturantis aquæ.
Illi me cupidum; quoniam tu gratus amaris,
Et curare vales; conciliare ſtude.
Non ego quid poſcã, te pluſquàm, dicere magnũ,
Ponere & arcanis dicta aliena tuis.
Sat mihi, ſatq; meis fuerit, dum te ſequor vſque,
Signa tenere tui non temerata pedis:
Comminus atq; tuas dum certior haurio voces,
Legitima attenta reddere verba fide.
Hæc numero reſtricta ſat eſt retuliſſe Latino;
Ponere Romani carminis apta modis.
Tunc ego & antiquos vates ſuperare videbor;
Tunc ego quos florẽs nunc quoq; cingit honor.
Non amo laudari, quòd vel mage dulcia fingã,
Vel magis exacto compoſitóve gradu,
Dum fidus quæ tu cecinisti ſenſa reponam,
Non melius priſcis, at meliora canam.
Quidquid & in nobis contingat fortè placere,
Id totum volumus muneris eſſe tui.
Non deerit, noſtros qui verſus culpet inertes;
In me ſurget edax inuidiæq; furor.
Et quibus antiqua eſt tãtum laudata vetuſtas,
Aut procul à patrio gloria nata ſolo:
Fabula quóſve iuuat, laus vel malè ficta Tyrãni
Indigni, atque alio non relegenda die.

Diligens interpretis in vertendo fides, religioſaque profeſſio.

Quanquã interpretationis elegantia inferior videatur antiquorũ aut nouorum vatũ numeris & vocibus, argumẽtũ tamen omnes ethnicos poëtas vincit.

Non laborat interpres aut curat, quantū sibi honoris, sed quantū vtilitatis legentibus accedat.

In me quisquis erit, quidquid libet ingerat, ipse
Excipiam tacitus, compositusq́ feram:
Dū modò quæ inculto carpat mihi reddita versu,
Is tua dicta auidus proficiensq́ legat.
Si legere hæc nolit propter me, ac tangere vitet
Arduus ascito quisque supercilio:
At leget hæc comitum mitissima turma tuorum
Iessiades, & grex audiet ipse tuus:
Queis Rex, vel pastor, quocūq́ & cultus amictu,
Murice, vel pingui vellere, diligeris.
Vos etiam Coreb pueri lectissima proles,
Queis dedit arcano concinere ore Deus:
Inter vestra lyrā ne spernite & organa nostrā,
Quæ cupit in vestros grata venire sinus.
Hæc postrema strepet, sensu tamen apta fideli,
Attendens vestras excipiensq́ notas.

In magni atrij pulpitis Leuitę ac Sacerdotes canebant. Secundū atriū ab æde, in quo viri erant, cui proximū erat fœminarum. Atrium profanū postremū, & ab æde remotissimum, profitetur se nolle inter profanos vates, sed inter pios cenferi.

Quam si prima minus dignentur & atria fano
Proxima, sublimes quò decet ire sonos:
Accinat è medio quo surgunt pulpita muro,
Audire hanc populus possit vt ipse pius.
Parcite ad extremas illam remouere profani,
Impuriq́ gregis complicitiq́ fores.

EIVS-

EIVSDEM BENED. ARIÆ MONTANI, DE DIVINORVM NOminum vſu & interpretatione.

ANne ego (quanquam ſenior ſacerdos
Templa præſtantis celebrare Chriſti
Suetus arcanas repetam frequenter
Voluere chartas)
Audeam paruo ingenio ſuperni
Extimum Regis ſuperantis orbem
In breues nomen numeros vocare &
Cogere magnum?
Qui neque antiquis patribus probandæ
Laude doctrinæ, propriíve ſenſus
Par; neque exemplo valeam quietæ
Siſtere vitæ.
Adde & impuri violenta ſæcli,
Fraudis ac plena, & ſceleris cruenti
Tempora, & ſordes, luteamque fæcem
Putris Adami.
Non procul mundi penitus ruentis
Fine ab extremo, niſi fallit aut mens,
Aut pater ſumma miſeratus arce
Suſtinet orbem,
Penè nutantem, nimiumque inanem;
Quippe virtutes ſolidæ relictis

Iam diu terris petiere cæli
Templa ſuperni.
Quis rapit me, quis furor vſque, vt audax
Nomen appellem validè ſacratum,
Quod pij Vates veriti colebant
Dicere parci!
Quin & expertes vitij, beatas
Qui tenent ſedes Animi, ter amplis
Nomen æternum excipiunt profati
Laudibus antè.
Me ſed afflicti populi piorum
Commouet conſtans ſtudium iuuandi,
Vrget & feruens amor, atque cura
Publica pulſat.
Namque præduro miſeris labore
Vna ſolamen pietas opemque
Admouet; cunctis clypeus periclis
Præſidiumque.
Format & puras renouatque mentes
Mentio ſacri repetita Verbi,
Atque promiſſi recreantis auctor
Sæpe vocatus.
Ergo nil quanquam ingenio, meis vel
Vocibus poſſit tibi laudis addi,
Iſtud ac nomen renuat prophana
Damnet & ora:

Nomē illud diuinum τετραγραμματον antiquis magna reuerentia obſeruatū, ac rarò vſurpatum.

Seraphim ab Iſaia auditi, nomen illud appellare, præfati prius ter, Sanctus, Sanctus, Sanctus.

Solamē ac præſidium magnū ex diuinarum rerum meditatione etiam in maxima humanarum rerū perturbatione.

Meorū bonorum non eges, gaudes tamen pios homines aliorum piorū diligētia & ſtudio iuuari.

Si

Si tamen quicquam populis piorum,
(Quos Fides, quos Spes animat, tuique
Vis potens Verbi) ceciniſſe Vates
Vtile poſſum:
Te meis certum facilemque votis
Redde qui cælis humiles ab altis
Deſpicis terras, genus atque paſcis
Omne animantum.
Sponte qui Natum proprium dediſti
Sortis & carnis properare noſtræ
Compotem, humanæ ac medicam ſalutis
Sugere mortem:
Noſtra dignatus cumulare ſancto
Pectora inſtinctu, patere in ſonori
Nomina hæc, queis tu coleris, venire
Carminis artem.
Non opus noſtrum meditor nouúmue;
Sed quod antiqui meminere patres;
Fidus interpres cupio decenti
Reddere verſu.
Hæc tibi quondam placuere, ſanctis
Semper audita & placuere templis:
Nunc tibi vt grata hæc petimus tuiſque
Commoda conſtent.
Sed prius nomen fateor colendum
Vincere & noſtras ſuperare leges;

Pſalteriũ vertitur carmine opus antiquum & ſacrum. Eadem nomina vel pronunciationevel interpretatione iam fuere ab antiquis vſurpata.

Lectio & meditatio Pſalmorũ Deo grata, & Eccleſię ſemper iucunda atq; vtilis.

נִנְוֵה

Nomen illud נינוה in Græci aut Latini carminis numeros cogi non poteſt.

Quod tuo Moſes tremebundus olim
Audiit ore.

Eiuſdem nomi nis ſignificatio nullo ſimplici verbo Latino aut Græco plenè excipitur.

Nulla vis noſtris valet æqua verbis
Illius plenum referare ſenſum,
Noſter aut verſus pariter notanda
Ferre elementa.

Quamobrem pars illius nominis vſurpanda eſt reuerenter ad carmen ita vt videatur incipi, ſed non finiri noſtris pedibus illius quantitas. Hebræa lingua ſolũ poteſt hoc nomine in carminibus vti. Erit igitur nobis IAH frequens in vſu, vox quę dimidium continet integri nominis.

Aſt dabis primæ monumenta partis
Cedere in noſtros numeros; tuumque
Eſto, cui linguæ placeat canendum
Cedere totum.

Ergo te dicam reuerenter IAM:
Nomen hoc noſtris ſonet excolendum
Verſibus; nomen reſonet Latinis
Auribus IÆ.

Neque hoc interpres ſuo ingenio aut conſilio admittit, ſed ſecutus Hebraicã linguã & prophetas ipſos qui ſæpè vtũtur illa parte nominis diuini IAH in ſignificatione totius: verùm alio ſignificandi modo.

Non ego hoc primus memorem; nefas id
Sit mihi audenti temerare: magnum
Sic tuum Vates breuiare nomen
Vidimus almos.

Nomen IAH quotidie ferè in noſtris templis & chotis ſactis celebratur.

Ipſæ & arcanæ docuere linguæ
Nomini huic denſas repetiſſe laudes:
Et canit Graius chorus & Latinus
Sæpe Halelu IAH.

Caſibus tantùm variare iuſtis
Non malè audaces petimus, quòd ipſis
Plenius rebus videatur aptus
Poſcere ſermo.

Te

Te petens IAS Domine ô vocabo;
Vatis exponam tibi dicta & IÆ;
Te canens IAM memorabo ſummo
Doctus ab IA.
Nomen hoc præſtans referet benigno
Numine & certo faciliq́ue promptum
Eſſe te nobis, validumq́ue dicti
Pollicitiq́ue.
Quidquid humani generis ſaluti
Commodum dicis, ſtatuis, paraſq́ue,
Expediſq́ue auctor, facis & probas, hoc
Nomine firmas.
Viribus FORTEM ſolidè ac POTENTEM
אל Dicimus, quando ſonat EL tuorum
Ore facundo recinente Vatum
Pontificumq́ue.
Qui vales terræ, ac pelagi profundi,
FORTIS, & cæli nitidas creare,
Vertere ac moles; renouare & ampla
Mœnia rurſum.
Vt regis noſtrum genus, atque mundi
Temperas curſum, bonus & gubernas,
אלהים Integer IVDEX, DEVS, atque PRINCEPS
ARBITER audis.
Sic tui primùm docuit legentes
Spiritus index ELOHIM, relatum

Tantum cupit interpres aptare caſibus Latinis nomen ad maiorē ſermonis ac ſententiæ diſtinctionem, vt aptātur alia Hebraica nomina, Adam, Abrahamus, Dauid, Ioſephus, Iacobus, Ioachimus; ſic IAS, IAE, IAM, IA, ab IA.

Aliud nomen ſiue cognomē potius Dei, EL.

Nominis ELOHIM ſiue cognomenti ſignificatio & vſus. Primū nomē, quo Spiritus ille, quē Deum dicimus, indicatus eſt in ſacris libris, eſt ELOHIM, quod Gubernatorem, rectorem, principē, Angelos & Iudices ſignificat, non ſolùm Hebræis, ſed aliis etiam nationibus notū & cultum.

Sæpius

Sæpius nomen variiſque notum
Gentibus olim.

Cognominis Tzebaoth interpretatio & vſurpatio. Hoc cognomẽ interpres hic vertit VLTOR, VINDEX, BELLIPOTENS, ARMIPOTENS. idque ex recta ſignificatione petitum eſt.

Aſt vbi humanæ mala culpa fraudis
Pertinax lentam tibi concit iram,
Et paras dignas ſcelerum graueſque
Sumere pœnas;
Intonat verbum rigidum TSEBAOTH, צְבָאוֹת
Quod pauet latè ſinuoſa Tellus:
VLTOR & VINDEX memorare, BELLI-que
ARMIPOTENS-que.

Exercitus qui ad vltionẽ ſcelerum Deo parent, ſuperiores & inferiores: ab his publicæ calamitates inferuntur.

Nam tuos turmæ vigilant ſupernæ &
Inferæ ad nutus, variæ nocentum
Spiritus, Peſtes, gladij, Fameſque,
Lædere promptæ.

Deprecatur huius nominis ſe ueritatem & experiẽtiam in Catholicos: eandem verò in Chriſtianæ religionis hoſtes, atque in publicæ pacis & concordiæ turbatores; quales ſchiſmatici & hæretici ſunt, imprecatur.

Ne diu noſtris vitiis ſeuerum
Nomen hoc firmes; magis in ſuperbos
Vtere hoc Mauros: inimica pacis
Sentiat hoc gens.
Tuque iam nobis placidum te & IAM,
Et proba FORTEM ſimul & PATRONVM,
PRINCIPEM ſummũ, ac DOMINVM vocari
Numine dextro.

PSAL-

PSALMORVM
LIBER I.

PSAL. I.

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorũ.

ARGVMENTVM.

BONORVM & malorum hominum studia, conatus, actiones, mores, & vtrorumque fines atque exitus hoc Psalmo indicantur breuissimè, sed sapientissimè. Duplex enim vitæ genus esse ostenditur: Alterum eorum, qui viuendi rationem omnem ex diuinæ legis præscripto instituunt, ad eamque normam sese comparant & exercent, cupiuntque Spiritus diuini virtute illam legem in cordibus inscribi suis: horum omnem actionem Deo probari affirmat Propheta. Alterum verò eorum, qui à recta ratione consultò discedentes, corruptis moribus & peruersis actionibus sese contaminant, atque alios exemplo sermoneque suo in eandem sectam inducunt. illorum exitum beatissimum, horum verò miserrimum & detestatissimum esse declarat. idque ex Dei iudicio proficisci ait, qui res humanas cùm verè curet, rectè institutas fouet, promouet, & secundo numine constabilit, prauas verò, quòd oderit, sua ipsorum malitia perire finit.

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

1 אשרי האיש
אשר לא הלך
בעצת רשעים
ובדרך חטאים
לא עמד
ובמושב לצים
לא ישב:

1 NON *qui consilio malo*
Aut decreta volens impia suscipit,
Aut qui mille nocens vias
Insistit scelerum, criminis ac doli;
Nec qui simplicium vafer
Derisor cathedris considet inuidis:
Ast ille innumeris modis
Felix, multiplici & sorte beatior,

2 כי אם
בתורת יהוה
חפצו ובתורתו
יהגה יומם
ולילה:

2 *Quisquis perpetuos dies,*
Et noctes vigiles, gratáque tempora,
Et mente & studio frequens
Impendit monitis, legibus ac Dei.

3 והיה כעץ
שתול על פלגי

3 *Ille (est quale oleæ genus,)*
Vt stirps ad placidi consita fluminis
Ripas,

E

1 Humanarũ actionum liberarũ tria genera sunt; consiliũ, in quo intellectus & voluntas continẽtur; conatus, in quo studiũ. deinde etiam defensio & cõstantia.

Ast ille.] Verbũ Hebraicũ אשרי exponitur.

2 Virtꝰ & probitas actionũ bonarũ & cõstantia definitur.

Impendit.] Humanę vitæ causa agitur iudice Deo, qui reddit vnicuique nõ secundum orationem, & verba, sed secundum opera sua. in eo iudicio duplices partes versantur & examinantur, Pietatis videlicet & improbitatis. Permagni retulerit ad simplicem & genuinã Psalmorum expositionẽ cognoscere translationum & allegoriarũ, in singulis vel Psalmis, vel Psalmorũ partibus sumptarum figuram.

3 Hic arcana oratione significatur Spiritus sanctus antiquis vatibus exoptatissimus qui legem inscribit in cordibus sanctorum, atq; velle, amare, & perficere donat pro bona voluntate.

Ripas, quam vitreus petit
Permixta & ſaturat temperie liquor;
Hæc ſpes agricolæ bonas
Explet baccifero votaque munere:
Quam nec deſtituit decor,
Nec veſtis foliis denſa virentibus;
Quamuis aura niualibus
Ventis vel feriat flammiferis nemus.
Hæc quos flore nitens nouo
Fructus pollicita eſt, proſpera confouet,
Autumnoque refert ſuo,
Maturisque probat viribus integros.
4 *Contrà ſed genus improbum*
Infeſtis agitur perpetuò malis:
Magno vt turbinis impetu
Gluma impulſa vagum permeat æthera,
Nuſquam & docta quieſcere,
Terris præcipiti concutitur fuga.
5 *Ergò nulla vel impios*
Iura admota fouent, vel ratio iuuat;
Quin cauſæ penitus graui
Succumbant ſtabili iudicio Dei:
Nec quos inficiet ſcelus,
Iuſtorum excipiet concilium virûm:
6 *Namque horum facilem viam*
Rex Diuûm placido numine comprobat:
Illum at callibus auijs
Errantem exitium peruoluit gregem.

כּוֹס אֲשֶׁר פָּרִיו
יִרְזֶן בְּעַרְוֹ
וְעָלְתוֹ לֹא יִבּוֹל
וְכֹל אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה
יַצְלִיחַ׃

4 לֹא כֵן
הָרְשָׁעִים כִּי אִם
כַּמֹּץ אֲשֶׁר
תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ׃

5 עַל כֵּן לֹא
יָקֻמוּ רְשָׁעִים
בַּמִּשְׁפָּט וְחַטָּאִים
בַּעֲדַת צַדִּיקִים׃

6 כִּי יוֹדֵעַ יְהוָה
דֶּרֶךְ צַדִּיקִים
וְדֶרֶךְ רְשָׁעִים
תֹּאבֵד׃

Hæc quos.] Actiones omnes ex diuino ſpiritu inſpiratæ, quæ ad diuinæ legis normam inſtituũtur, Deo gratæ probatæque ſunt, & ſua natura vtiles & ſuaues.

4 Improborũ neq. conſilium neq. ſtudiũ cõſtans aut certũ eſt, ſed temporaneum & caducũ ac fluxũ, vtpote fundamento ſolido minimè innixum. Nomẽ in his Pſalmis frequentiſſimum רָשָׁע, quia latius eſt quàm Impius apud Latinos, plerũq; in his carminibus vertitur Improbus. Improbꝰ enim eſt q̃ cauſam peruerſam parteſque tenet & fouet iniquas, etiam ſi impius non ſit: atq. in hanc ſignificationem Hebraicũ רשע ab antiquis prophetis perpetuò ferè vſurpatur.

5 Improbos ad iudicij integri examen reuocatos, quamuis oratio aliqua fucis & coloribus ſplendida vel defendere vel excuſare videatur, nulla tamen æqua ratio tuetur.

Nec quos.] Intereſt maximè inter iuſtos & peccatores, ita vt nullus peccator iuſtus dici poſſit, aut iuſtorum gaudiis frui; iuſti enim ſunt ex grege Dei, peccatores ex grege diaboli.

PSALM. II.

Quare fremuerunt Gentes.

ARGVMENTVM.

TOTVS Psalmus propheticus est, Dauidi à Spiritu sancto adscriptus. Sensit rex ille in se ipso exemplum Christi à Deo mittendi, in regemque vniuerso orbi constituendi. cuius legibus & imperiis pusillus & simplex grex ex corde & studio omni pariturus esset; cæteri verò homines, qui humanam ambitionem & vitæ corruptionem sequuntur, omni consilio, studio & conatu repugnaturi; id autem frustra, quòd nulla sapientia, vel diabolica, vel humana, nulla vis, nulla potentia sit esséue possit, quæ certum Deo & constitutum consilium, quo minus suo tempore expediatur, aut frangere, aut impedire valeat.

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

1 למה רגשו גוים ולאמים יהגו דיק׃

1 QVID *iste gentium tumultus omnium,*
Manuque pacta fœdera,
Cui tanta mundus extruit pericula?
Cui tendit immanes minas?

2 יתיצבו מלכי ארץ ורוזנים נוסדו יחד על יהוה ועל משיחו׃

2 *Terræque iuncta conferunt negotia*
Cum regibus simul duces,
Omnes vt alta cœpta dissipent, sacri
Vnctumque deturbent Dei.

3 ננתקה את מוסרותימו ונשליכה ממנו עבותימו׃

3 *Rumpamus arcta vincula, & graue imperi*
Age, heus, repellamus iugum;
Et colla reges atque gentes liberæ
Spretis feramus legibus.

4 יושב בשמים ישחק אדני ילעג למו׃

4 *Ast, qui poli patentis alto culmine*
Astrisque rector insidet,
Curam inquietam & insolentes impetus
Aususque ridens despicit:

5 אז ידבר אליהמו באפו ובחרונו יבהלמו׃

5 *Verbisque promptus intonabit acribus*
Queis corda dura concutit,
Et queis furentes frangit ille spiritus
Terrore perculsos graui:

1 Gentes omnes Euangelio obsistētes præuidebat vates. Namq. Euangeliū damnat ambitionē, cupiditatem & libidinem, atque luxuriam, quibus pleriq omnes homines vitiis tenentur captiui, & quodā veluti veterno turbati, ita vt medicum & medicinam auersentur.

2 Eiusmodi principes, quales fuerūt Herodes & Pilatꝰ, alter inter Iudæos, hoc est, populū qui religionem ac veri Dei cognitionē puram profitebantur Rex; alter qui gentiū partes ageret, gentilis ipse, & Romani imperij minister, hos alij terræ principes imitantur.

3 Oratio gentiū & principū studio eodem contra Christi doctrinam coniurantium.

4 Qui in altissimo loco est, vt in cælo, & melius videt, et illæsus ipse atque incolumis turbare & disijcere potest cōsilia et actiones atque conuentus eorum qui sunt inferiùs. hac imagine indicatur sapientia, prouidētia & virtus Dei, atque etiam hominū ridicula stultitia.

6 Inducitur oratio Dei, certo ac decreto cõsilio instituta.

6 *Vltrò ipse Regem quippe quem dedi meum*
Certo probatum numine,
Almi Sionis arce summa iusseram
Tenere sceptra regia.

6 ואני נסכתי מלכי על ציון הר קדשי׃

7 Dei filij oratio affirmãtis, sibi patris iussa & iura tradita sequuto, regnũ vel omnibus repugnantibus inuitis, imò superatis, victis, & protritis, esse capessendum.

7 *Iam sancta magni iura proponam Patris,*
Qui me benignus vnxerat:
Sic fatus IAS, *Gratus es mi filius*
Productus hoc nouo die,
Die perennis lucis vsque compote
Præsens mihi qui permanet:

7 אספרה אל חק יהוה אמר אלי בני אתה אני היום ילדתיך׃

Sic fatus.] Æterna filij Dei generatio. Deus in luce perpetua, imò ipsa Lux perpetua est.

8 *Petes, & addam cuncta regna gentium,*
Addicta nutibus tuis.
Has non mouendo iure princeps possides,
Hæresque prolatus tene,
Ac esto regno meta per gentes tuo,
Idemque terris terminus:

8 שאל ממני ואתנה גוים נחלתך ואחזתך אפסי ארץ׃

8 Ecclesia Christi per vniuersum orbẽ terrarum dilatanda, & omnium nationum hominibus propaganda Spiritus sancti virtute.

9 *Tuque insolentem ferreis ages gregem*
Sceptris, modesto præuius;
Durosque franges imminutis viribus,
Percussa testa vt dissilit.

9 תרועם בשבט ברזל ככלי יוצר תנפצם׃

9 Duplex Euangelij virtus; in eos qui pereunt, & in eos qui salui fiunt.

10 *Ergò potentes stulta corda principes*
Cum regibusque iudices,
Mentem furoris cogitate liuidi
Fraudumque matrem linquere:
Prudentioris atque normam consili
Vestris inite commodis:

10 ועתה מלכים השכילו הוסרו שפטי ארץ׃

10 Consilium & admonitio Spiritus sancti, qui vult omnes homines saluos fieri, neminem verò perire.

11 IAE *timore patris almi numina*
Cultu & sacrate debito:
Edico cuius hæc tremenda pectore
Mandata fido condite;

11 עבדו את יהוה ביראה וגילו ברעדה׃

12 *Natumque gratis turba docta plausibus*
Efferte regemque optimum:

12 נשקו בר פן

12 Ex antiquo more suscipiẽdi reges.

Feruentis

יאנף והאברו דרך כי יבער כמעט אפו אשרי כל חוסי בו׃

Feruentis iræ ne reiectos fulmine
Viæque mentisque impotes,
Vestris perire cogat ille erroribus
(Contempta quæ vis est Dei)
Quum missa longo & sæpè lenta tempore
Referuet indignatio,
Hora repentè cuncta consumens breui
Nasoque adurens vindice:
At liberatos excipit fauens pios,
Quos spes tuetur ac fides.

Viaque mentisque &c.] Indurationis iusto Dei iudicio aliquando accidentis significatio.

PSAL. III.

Domine quid multiplicati sunt.

ARGVMENTVM.

EXPONIT suam querelam Deo misericordi promissorum & propositorum tenacissimo, cuius consilio, prouidentia, & promissis omnes res suas inniti affirmat, ideoque eos labefactatum iri non timet, adeò vt in mediis laboribus præsentibus honestæ vitæ ac pietatis munia omnia intrepidus & constanti animo obeat, quanquam ipsum aduersarij vehementer perturbare studeant. sed exemplis rerum præteritarum, se futurarum constabilitionem sperare expectarcque ait, auctore Deo; cui qui fidit, nunquam fallitur.

מזמור לדוד בברחו מפני אבשלום בנו ׃ 1

1 *Psalmus Dauid, cùm fugeret à facie Absalom filij sui.*

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

יהוה מה רבו צרי רבים קמים עלי ׃ 2

2 IAS *potenti cuius orbis dextera*
Permutat alternas vices,
Vides vt in me crescat hostilis timor,
Et quanta consurgat manus?

רבים אמרים לנפשי אין ישועתה לו באלהים סלה ׃ 3

3 *Minata turba quàm meæ vitæ neget*
Ex te salutem PRINCIPE,

ואתה יהוה מגן בעדי כבודי ומרים ראשי ׃ 4

4 *Ex te parato semper auxili mihi*
Scuto, salutis ac duce,

Cuius benigno victor ipse numine
Tollam coronatum caput.

5 Ex notis experimentis cognouit, Deum suorum preces audire, votaq. secundare honesta.

5 IAS *vocantem &* VSQVE *sacro me suo*
De monte præsens audijt.
6 *Pauoris expers noctis horas dormio*
Dulcis soporis arbiter.
Inde excitatus integréque ad munia
Reuertor & preces pias,
Spe vt qui beata nixus IAE *commoror*
Susceptus vltro prouido.
7 *Arcto licet me multa gentis agmine*
Armata vallent millia,
Omnes & vnum hoc feruidi petant caput,
Terrere non tamen valent.
8 IAS *ab alto surge, siste mi,* DEVS,
Ades salutis efficax,
Potens superbis hostibus malas quate,
Et frange dentes improbos.
9 Sententia qua oratio claditur, & spes cõfirmatur. Deus & salutis in periculis, & amplitudinis in secundis rebus auctor est suis.
9 *Munimen* IAS *est pijs tutissimum,*
Salutis ac summum decus.

5 קולי אל יהוה אקרא ויענני מהר קדשו סלה׃

6 אני שכבתי ואישנה הקיצותי כי יהוה יסמכני׃

7 לא אירא מרבבות עם אשר סביב שתו עלי׃

8 קומה יהוה הושיעני אלהי כי הכית את כל איבי לחי שני רשעים שברת׃

9 ליהוה הישועה על עמך ברכתך סלה׃

PSAL. IIII. Cùm inuocarem.

ARGVMENTVM.

DAVID calumniæ & afflictionis sibi aduersariorum studio & opera allatæ, querelam Deo exponit; quem vt initi regni auctorem, sic etiam assertorem appellat; non quòd sibi regnum arroget vti digno ob virtutem propriam, aut ambitionis alicuius persuasionem, sed ob liberam & benignam Dei voluntatem, à quo vt vnctus, ita multis virtutibus ad regnum & ineundum, & administrandum instructus, auctusque fuerit: curat etiam aduersarios suos ad sanam mentem reuocare; qui si rem omnem attentè ac sine perturbatione perpendant, intelligent profectò nihil sapientius esse, quàm diuinæ voluntati agnitæ obtemperare, ex qua omnis vera beatitas hominibus optanda & speranda proficiscitur.

Ad præstantem in Neghinoth Psalmus Dauid.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

א למנצח בנגינות מזמור לדוד׃

O Sancte

2 בקראי ענני אלהי צדקי בצר הרחבת לי חנני ושמע תפלתי׃

2 O *Sancte noſtri pectoris* ARBITER
Verique compos iudicij DEVS,
Adſis vocanti ſeruo in arctis
Temporibus dubiisque vindex.

3 בני איש עד מתי כבודי לכלמה תאהבו ריק תבקשו כזב סלה׃

3 *Quis ſæuienti nam inuidiæ modus*
Aut quis furori, dicite principes!
Vanis meum non vos pudebit
Conſiliis decus abrogare?

4 וידעו כי הפלה יהוה חסיד לו יהוה ישמע בקראי אליו׃

4 IAE *potentis, diſcite, numine*
Me tam ſtupendis creſcere dotibus,
Quem ſemper ipſe IAS *vocantem*
Excipiat foueatque cuſtos.

5 רגזו ואל תחטאו אמרו בלבבכם על משכבכם ודמו סלה׃

5 *Ergo trementi conſilio exciti,*
Errore duci parcite deuio, ac
Verſate per noctem modeſtas
Corde nouum ſapiente curas.

6 זבחו זבחי צדק ובטחו אל יהוה׃

6 *Puri innocentes officij vices*
Aris placentem ponite victimam,
Mollibit auerſum Tonantem hæc,
Credite, ſpemque dabit ſecundam.

7 רבים אמרים מי יראנו טוב נסה עלינו אור פניך יהוה׃

7 *Incerta veri turba rogat bonum,*
Hoc inquietis & ſtudiis petit:
Iſtius at vultus Deus mi
Da iubar emicuiſſe fauſtum.

8 נתתה שמחה בלבי מעת דגנם ותירושם רבו׃

8 *Nil ipſe mirans, nil cupiens mihi,*
Horum beatis gratulor horreis,
Vndantis & muſti lagenas
Specto probans oculo irretorto:

9 בשלום יחדו אשכבה ואישן כי אתה יהוה לבדד לבטח תושיבני׃

9 *Dum ſolus adſis tu mihi maximus*
Theſaurus IAS *alma beatitas:*
Te namque ſortitus benignum,
Nil metuam cupiamue præter.

Apertiſſimè imago hæc Chriſtum ſignificat.

4 Hoc intelligite, me qui ſuſceptus, delectus, gratus, & probatus Deo ad regnum fuerim, tanto admirabiliorib⁹ virtutibus ſpectandum eſſe, quanto maioribus conatib⁹ & ſtudiis à vobis impugnandum duxeritis; ille enim appellatus mihi præſto erit.

5 Nocte homines cùm ſoli ſunt, liberiùs & ſapientiùs rationes rerum æſtimare poſſunt.

Incerta turba.] Multi animi vitio cęci, dicũt ſe cupere cognoſcere & doceri manifeſtè, quæ partes potiores ſint, Dauidisne an aduerſariorũ, cùm tamẽ ſignũ lucidiſſimũ prouidẽtiæ diuinæ apud regem ipſum Dauid eſſet, tanquã à Deo ſublatũ vexillum. id nimirũ erat, vt ipſe fatetur, quòd cùm alij omnibus rebus abundarent, tamen in ſumma perturbatione ac trepidatione eſſent. ipſe verò cæteris vitæ cõmoditatibus carens, vnico Dei prouidẽtiæ numine et ſubſidio ac præſidio vitam ageret lõgè iucũdiorem & beatiorem quàm aduerſarij.

PSAL. V.

Verba mea auribus percipe Domine.

ARGVMENTVM.

VNDIQVE oppreſſus vates ab hoſtibus & inimicis, qui violentia, fraude ac dolo ipſum impetebant, Deum appellat, cuius tutelæ & arbitrio vitam resque ſuas omnes commiſerat; certiſſimè ſciens, Deum naturæ ſuæ & violentiam & dolum auerſari, ſimplicitatem ac probitatem tueri; à probis & piis ſtudioſè ac diligenter quæſitum, inueniri: atque eius rei exemplum in ſe quoque edendum ſperat, ex inimicorum impetu & inſidiis euaſuro, atque ad ſacrum templum gratulationis cauſa deuenturo, ita vt hac re pij confirmentur.

1 *Ad præſtantem ſuper Nehiloth Pſalmus Dauid.*

למנצח אל הנחילות מזמור לדוד׃

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

2 *AVribus attentis* IAS *mea dicta reconde,*
Mæſtam & querelam percipe:

אמרי האזינה יהוה בינה הגיגי׃

3 *Teque meos gemitus, Regemque, Deumque vocantis,*
Sentire curator proba.

הקשיבה לקול שועי מלכי ואלהי כי אליך אתפלל׃

4 IAS *manè tuas mea vox pertingat ad aures,*
Te manè nam ſpectans peto.

יהוה בקר תשמע קולי בקר אערך לך ואצפה׃

5 *Nec placet improbitas* FORTI *tibi, nec malus arces*
Diuertet hoſpes in tuas.

כי לא אל חפץ רשע אתה לא יגרך רע׃

6 *Te tumidus procul abſiſtit iactator, & omnis*
Inuiſus eſt prauus tibi.

לא יתיצבו הוללים לנגד עיניך שנאת כל פעלי און׃

7 *Vaniloquos perdes* IAS: *fætentque cruenti,*
Et fraudis auctores, Deo.

תאבד דברי כזב איש דמים ומרמה יתעב יהוה׃

8 *Ipſe pius ſacra templa, tuas ædesque reuiſam*
Magnæ ſalutis conſcius:

ואני ברב חסדך אבוא ביתך אשתחוה אל היכל קדשך ביראתך׃

9 IAS *inſidiis tutum me tramite recto*
Deductor æquus perferas.

יהוה נחני בצדקתך למען שוררי הושר לפני דרכך׃

10 *Nil firmũ ore ſonant, meditantur pectore iniqua hi*
Queis guttur vt buſtum patet.

כי אין בפיהו נכונה קרבם

Quanquam mundi ſapientia magna mole magnas res aduerſus ſimplicitatẽ meã moueat, tamen ego alia via, malis ignota, à Deo deductus, eorum conatus irritos reddam, quia ſapientia mundi ſtultitia eſt Deo.

Multifi-

חוות קבר פתוח גרונם לשונם יחליקון׃

Multifida lingua artifices miſcere venenum;
11 *Hos* ARBITER *tu reſpue:*
Degeneres tibiq́ue aduerſos impelle ſiniſtra in
Commenta caſuros ſua.

יא האשימם אלהים יפלו׃ ממעצותיהם ברב פשעיהם הדיחמו כי מרו בך׃

12 *Aſt tibi qui ſeſe credunt, lætentur, & vſque*
Fundant ouantes carmina.

יב וישמחו כל חוסי בך לעולם ירננו ותסך עליהמו ויעלצו בך אהבי שמך׃

13 *Tu placida lætos recreabis nominis vmbra,*
Cultus amantes & tui:
Namque fouent iuſtum tua numina fauſta latentem
Scuto fauente ſub tuo.

יג כי אתה תברך צדיק יהוה כצנה רצון תעטרנו׃

Solenne eſt Prophetę huic Pſalmum ſententia vtiliſſima cõcludere.

PSAL. VI.

Domine ne in furore tuo arguas me.

ARGVMENTVM.

GRAVISSIMI morbi languore affictus, hunc Pſalmũ vates compoſuit, exiſtimans ſe à Deo offenſo ob humanam aliquam culpam, quæ in antiquorum temporum viris nonnunquam deprehendebatur, ita fuiſſe à Deo correptum. deprecatur igitur diuinam iram, quæ, cùm incenditur, ſeueriſſima eſſe ſolet. appellat identidem nomen illud יהוה, quod ad miſericordiæ rationes appellari plerumque ſolet, illius nominis fidem & tutelam ſibi inuocanti certam eſſe cupit. ad hanc rem morbi ſui grauitatem corporis animiq́ue ſtatum depingit, vt miſericordiam Dei magis moueat. auget commiſerationem expoſitione lætitiæ magnæ, qua aduerſarij ſui, qui eidem Deo inuiſi erant, ob ſuam ipſius miſeriam geſtiebant. his iiſdem rebus ipſe confirmatur in ſpe recuperandæ ſanitatis, adeò vt illum grauiſſimũ laborem in apertius & illuſtrius diuinæ miſericordiæ atque virtutis exemplum, maioremq́ue aduerſariorum pudefactionem euaſurum eſſe affirmet.

1 למנצח בנגינות על השמינית׃ מזמור לדוד׃

1 *Ad præſtantem in Neghinoth ſuper octauam,*
Pſalmus Dauid.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

2 יהוה אל באפך תוכיחני ואל בחמתך תיסרני׃

2 *O Parce naſo me miſerum tuo*
IAS ſeuero inuoluere crimini,
Iraq́ue deſiſte incalente
Emeritas eclerare pœnas:

2 *Naſo.*] אף. Naſus præcipuè inter omnes faciei partes iram indicat, calidiſſima cordis & ſtomachi aſpiratione æſtuans. Verſio hęc omnem Hebraicã poeſim refert.

3 IAH comminutum me rigidè foue
Miſertus IAS, & medica manu
Defende, quem robur ſolutis
Oſſibus exanimat reuulſum.

3 חנני יהוה כי
אמלל אני
רפאני יהוה כי
נבהלו עצמי׃

4 Iamque inquietis viſceribus breuis
Vitæ cadentis ſpiritus euolat;
At tu ſalutis auctor IAS
Quémue modum ſtatuis laborum?

4 ונפשי נבהלה
מאד ואת יהוה
עד מתי׃

5 IAS reuerſus (nam potes) expedi
Languore vitam protinus obrutam;
Ac dexter afferto ſalutem
Numine præfacilis benigno.

5 שובה יהוה
חלצה נפשי
הושיעני למען
חסדך׃

6 Obliuioſæ mortis in horridis
Concluſus antris haud memor eſt tui:
Quis dictus eſt muto in ſepulchro
Poſſe tuum celebrare numen?

6 כי אין במות
זכרך בשאול מי
יודה לך׃

7 Nullum eſt gementis pectoris otium;
Nocteis per omneis lectulus innatat;
Humentis & ſtratum cubilis
Continuis lachrymis liqueſcit.

7 יגעתי
באנחתי אשחה
בכל לילה מטתי
בדמעתי ערשי
אמסה׃

8 Exeſus atra mæſtitia color
Perdurat hoſteis inter & æmulos,
Qui me, neque immunem dolorum,
Inuidiæ laqueis coarctant.

8 עששה מכעס
עיני עתקה בכל
צוררי׃

9 At vos nefando qui ſtudio mali
Ardetis omnes, me procul irriti
Abſiſtite; IAM quippe vox hæc
Atque mei tetigere fletus.

9 סורו ממני
כל פעלי און כי
שמע יהוה קול
בכיי׃

10 Hic ſupplicantis vocibus annuit
IAS petiti muneris efficax;

10 שמע יהוה
תחנתי יהוה
תפלתי יקח׃

3 Si morbus hic in me miſſus eſt corripiendi cauſa, correpto à Deo ſum & afflicto, vt pene iã nihil reliquũ ſit præter mortem, quod ſubire poſſim. opportunũ igitur iã ſatis eſſe videtur, vt illa miſericordia erga me vtaris, quã tuũ iſtud nomẽ promittit.

6 Quòd ſi ad mortẽ vſq. me corripere velis, quî poterit tuũ conſiliũ atq. iudiciũ vel à me cõfeſſione publica & gratulatione laudari, vel ab aliis in exemplũ cognoſci? idemq. erit de miſericordia tua quã ego celebrare cupio.

7 Si verò ad meæ culpæ agnitionem, deteſtationem, & pœnitẽtiæ partem contritionem dictã ſpectat, in ipſo lecto decumbẽs, quanquã morbo afflictus & exhauſtus, tamen perpetuò meam culpam defleo. idq. ipſa facies mea indicat. itaque quod tu probare ſoles, hoc eſt, pœnitẽtiã, in me vides & cognoſcis: ſed afflictio mea iã ad id quod improbas, peruenit, hoc eſt, aduerſatiorum meorum de mea miſeria lætitiam, & oportunitatem mihi commodiùs nocendi.

9 Enthuſiaſmo certam & veluti præſentem ſibi ex Deo promittit ſalutem.

Non

יא יבשו ויבהלו מאד כל איבי ישבו יבשו רגע׃

11 *Non auſpicati voti vt hoſtes*
Pertrepidum referant pudorem.

PSAL. VII.

Domine Deus meus in te ſperaui.

ARGVMENTVM.

SAVLIS pater Cis filij ſui partes ex humano magis ſtudio quàm certo iudicio cùm foueret, Dauidis cauſam, violentia, calumnia, dolo, infamia, ac maledicentia, vt mores hominum ſua ipſorum amantium ſunt, proſequebatur. eam cauſam à populo & vulgo, qui fortunam ſequi, & oppreſſiores damnare plerumque odiſſeque ſolet, ad Deum iuſtum iudicem transfert vates, cui ſtudia actionesque ſuas & aduerſariorum etiam exponit, examinandas & iudicandas vtraſque partes permittit: fretus æquitate illius iudicij, à quo ſe ſperat victorem euaſurum cum ſumma iudicis ipſius laude, innocentiæ commendatione, & improbitatis infamia.

א שגיון לדוד אשר שר ליהוה על דברי כוש בן ימיני׃

1 SIGAION *Dauid, qui cecinit Domino ſuper verba Cus filij Iemini.*

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

ב יהוה אלהי בך חסיתי הושיעני מכל רדפי והצילני׃

2 O *Forte rebus præſidium meis,*
Atque orbis IAS *arbiter vnice*
Aſſertor æquus me ſequentum
Faucibus eripias cruentis:

ג פן יטרף כאריה נפשי פרק ואין מציל׃

3 *Namque hoſtis artus vt laniet meos*
Viuentis audax, obſidet vt leo,
Si fortè contingat carentem
Vindice me & gregibus reuulſum.

ד יהוה אלהי אם עשיתי זאת אם יש עול בכפי׃

4 *O Rector* IAS, *ſi facinus malum*
Prudens peregi, ſi dolus improbas
Palmas notauit; vel nocentum
Crimina criminibus repono.

ה אם גמלתי שלמי רע ואחלצה צוררי ריקם׃

5 *Si me vel is qui non meritum premit,*
Fraude abdicata, ferre poteſt reum,
Non ceſſet hoſtili minacem in
Me ſtudio properare curſum:

2 Tu iuſtus iudex es, & violentiæ vindex, ego iniuſtè affligor, idq. violentiſſimè. nãque vt imbellis aliqua præda petor à lupis, vrſis, & leonibus multis rapaciſſimis atq. auidiſſimis.

4 Si regnum per vim & crudelitatem, atq. temeritatem & ambitionẽ, vel cupiditatem affecto, vel ſi factas mihi ſæpè iniurias vlciſcor:

5 Quocunque nomine ego accuſari ſine calumnia poſſim, nõ recuſo omnem pœnã, non ſolùm vt ſecundũ leges puniar, ſed vt aduerſariorum crudelitati permittar.

6 *Composque vitam præcipitet grauem,*
Terram cruore is dum satiet meo;
Nostrumque nec certo in sepulchro
Puluis iners decus VSQVE *celet.*

6 יחתו אויב נפשי וישג וירמס לארץ חיי וכבודי לעפר ישכן סלה׃

7 Sed cùm te iudice atque cognitore non modò ad calumniam, sed ad terribilem crudelitatem rapiar immeritus, tuum est non modò iudicem, sed vindicem celerrimum agere.

7 *Exurge naso quo tremeris, tuo, &*
Me, IAS, *prementum pectora turgida*
Contunde, sublimisque monstra
Iura tibi placuisse recta.

7 קומה יהוה באפך הנשא בעברות צוררי ועוררי אלי משפט צויתי׃

8 Diuinæ prouidentiæ argumẽta grauissima ex bonorum & malorum, iustorum & improborum exitu ac fine plerique omnes homines petere solent.

8 *Te spissa, gentes, agmina iudicem &*
Spectare mores conueniunt tuos:
Excelsus assertorque recti
Sedibus ergo tuis coruisca.

8 ועדת לאמים תסובבך ועליה למרום שובה׃

9 Hic est præsens causa, cuius iudicij spectatores multi sunt, partis vtriusque rationes omnibus ferè notæ, saltem facultates vtriusque; nãmeæ imbecillæ sunt, aduersariorum potentissimæ.

9 IAS, *nam & orbem iudicio regis,*
Causam probata lance, precor, meam
Expende, & immunes petentis
Cerne manusque animumque purum.

9 יהוה ידין עמים שפטני יהוה כצדקי ובתמי עלי׃

10 Quòd ad voluntatẽ attinet, & animi impulsum, quòd isti in me accusare velle videntur, cùm facultatem docere non possint: Deus est animorum cognitor, illi me fisto iudicandum. cui quòd probaturum meas partes credam, fido etiam omnino meam salutem fore curæ, & vltionem improborũ non negligendam, præcipuè forti ad vlciscendum.

10 *Iamque impiorum nequities ferox,*
Firmante, desit, iustitiam Deo,
Qui corda rimatur, videtque
Renibus interiora pressis.

10 יגמר נא רע רשעים ותכונן צדיק ובחן צרות וכליות אלהים צדיק׃

11 *Scutum & latenti præsidium mihi est,*
PRINCEPSque *rectis corde salutifer;*
Aequusque iudex est sceleſtis
Assiduo OMNIPOTENS *furore.*

11 מגני על אלהים מושיע ישרי לב׃

12 אלהים שופט צדיק ואל זעם בכל יום׃

11 Quòd si aliquando dissimulare & conniuere, ac cessare videatur in malis vlciscẽdis, id agit, quoniam misericors est, vt improbos ad sanam mentem & ad bonã frugem illa sua cunctatione reuocet. id quod ego quoque meis aduersariis optarim.

13 *Ac ni relictis pœniteat malis,*
Ensem ille stringens exacuit suum,
Contorquet intenditque neruos
Arcubus experiens aduncis.

13 אם לא ישוב חרבו ילטוש קשתו דרך ויכוננה׃

14 *Funesta demum tela volantibus*
Pennis adaptat sufficiens, celer
Plenis vt ardentes premendo
Conficiat cuneos pharetris.

14 ולו הכין כלי מות חציו לדלקים יפעל׃

12 Si verò improbi patientia Dei aburantur, expectationis moram pœnarum grauitate persoluunt.

En qui

15 הנה יחבל און והרה עמל וילד שקר׃

15 *En qui labore hic nequitiem malo*
Hauſit, dolorum pignora concipit;
Mendaxque producit malignos
Parturiens meditator auſus.

16 בור כרה ויחפרהו ויפל בשחת יפעל׃

16 *Excîdit altam quam foueam, ſuos*
Auctor ſubibit, nec fugiet, dolos.

17 ישוב עמלו בראשו ועל קדקדו חמסו ירד׃

17 *Iniuſtus & vertex ruinam*
Excipiet meritamque fraudem.

18 אודה יהוה בצדקו ואזמרה שם יהוה עליון׃

18 *Aſt ipſe iuſti iudiciis Dei*
Victor dicatum carmen & offeram;
Laudes & aptatis ſuperno
Attribuam fidibus parenti.

15 Theſis cauſæ hypotheſi adiungitur. Ita, inquit, fiet, vt qui (interim dū Deus expectat ad pœnitentiā) ſuſceptum ſemel conſilium de me affligēdo iniquis modis fouet & promouet, omnique ſtudio, conatu ac diligentia perſequitur, ſibi iiſdem ipſis artibus magnum malum ipſe moliatur.

PSAL. VIII.

Domine Dominus noſter.

ARGVMENTVM.

DIVINAM potentiam, ſapientiam, & benignitatem omnibus hominibus ad cognoſcendum & admirandum expoſitam eſſe confirmat vates, idque duobus nominibus. omnium videlicet corporum ac rerum, quæ in mundo vniuerſo ſunt, decore, nitore, atque efficientia, & vnius humanæ naturæ amplificatione: quæ cùm ſua ſponte fragilis ſit & caduca, tamen diuino beneficio, cæteris rebus tanquam princeps præexcellat; adeò vt ſupremis ſpiritibus angelicis tantum non æqualis initio conſtituta ſit, ſed eadem aliquando maiori quàm angelorum gloria fuerit ornanda & amplificanda; atque hac ſignificatione Chriſti myſterium indicabatur, per quem homines ad dignitatem filiorum Dei erant euehendi.

1 למנצח על הגתית מזמור לדוד׃

1 *Ad præſtantem ſuper Githith. Pſalmus Dauid.*

ODE SAPPHICA.

2 יהוה אדנינו מה אדיר שמך בכל הארץ אשר תנה הודך על השמים׃

2 *GEntis ô noſtræ moderator IAS,*
Vt tuum terræ ſpatiis remotis
Nomen excellit, ſuperas micanti atque
Æthera laude!

3 מפי עוללים ויונקים יסדת עז למען צוריך

3 *Ore lactentis validam puelli*
Inſtruis molem; penitus repulſus

3 Adeò manifeſta ſunt laudis tuæ argumenta, vt puerorū, infantiū, & nōdum ablactatorū, nutibus, ſignis, & vocibus indicentur: ita vt vel philoſophi impij vel inuiti redarguantur ſuæ ſtultitiæ ex ſuis ipſorū præceptis & placitis.

Aristoteles premit diuinitatem, Epicurus tollit, qui se vindicè hominum iactat.

Cedat vt pressor tuus, & superbo
Nomine vindex.

4 *Vt stupens cæli radiantis orbes*
(Qui tuis constant digitis) reuiso,
Menstruam & Lunam vicibusque sancta
Sidera certis!

5 *Quidve mortaleis sobolemque Adami*
Dicam? vt hos cures memor & secundo
Numine attendas, foueasque magnis
Crescere donis.

6 Prima hominis cõstitutio & conditio admirãda fuit, cuius virtutum adhuc post naturæ casum & degenerationẽ summa quædã mirabilis superstitit, & antiquæ dignitatis illustria signa reliqua fuerunt.

6 *Vndiq. & mirè.*] Hoc loco significatur mysterium Christi.

6 *Huic, parem, Princeps, animis honorem*
Penè supremis, generi addidisti,
Vndique & mirè celebri, & decôris
Dotibus aucto.

7 *Condidit quidquid tua sacra dextra,*
Gentis humanæ imperiis benignus
Annuis; cuncta huic, pedibus domanda, & Vsibus aptas.

7 *Pedibus, vsibus.*] Vtrunque significat רגל apud Hebræos.

8 *Quot greges agri pecorum, iugales*
Quotque alunt saltus nemorum, feroxque
Quadrupes quamuis patulis vagatur
Plurima campis:

9 *Quæque libratis secat alta pennis*
Nubila & cælum volucris, marisque
Monstra, quàm multis peragratur ingens
Piscibus æquor.

10 Conclusio argumentationis, quę propositio initio fuerat. cõtinet autem significationem negotij per Christum cõficiendi, quo Dei nomen in omni terra sanctificetur.

10 *Prolis ô nostræ* MODERATOR IAS
Vnice IAS *vt tua fama cunctis*
Eminet quantum celebranda vasti
Finibus orbis!

להשבית אויב
ומתנקם׃

4 כי אראה
שמיך מעשה
אצבעותיך ירח
וכוכבים אשר
כוננתה׃

5 מה אנוש כי
תזכרנו ובן אדם
כי תפקדנו׃

6 ותחסרהו
מעט מאלהים
וכבוד והדר
תעטרהו׃

7 תמשילהו
במעשי ידיך כל
שתה תחת
רגליו׃

8 צנה ואלפים
כלם וגם
בהמות שדי׃

9 צפור שמים
ודני הים עבר
ארחות ימים׃

10 יהוה אדנינו
מה אדיר שמך
בכל הארץ׃

PSAL.

PSAL. IX.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

ARGVMENTVM.

EXEMPLO diuinitus edito in morte Nebal Carmeli, quem per Metathesin antiquo more poetarum Laben vates appellat, diuini iudicij admirandam integritatem commendat, & miris laudibus celebrat, gratulaturque suam ipsius causam ita fuisse Deo probatam. vtitur elegantissima interdum parecbasi & varia, qua alios ad similium diuinarum laudum studium inuitat. Improborum motes notat, eorum exitus indicat in vniuersum: redit ad priuatam Nebalis causam; eius partes vt à Deo examinatæ & iudicatæ sint, ostendit. ex omnibus locis ad piorum vsum, & improborum reprehensionem & animaduersionem sententias profert sapientissimas.

למנצח על מות לבן מזמור לדוד׃

1 *Ad præstantem super mortem Laben.*
Psalmus Dauid.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

אודה יהוה בכל לבי אספרה כל נפלאותיך׃

2 *CORdis dicatis laudibus integri*
IAM te, honoro & carmine, proferam,
Miranda professus, tuique
Consilij imperijque testis.

אשמחה ואעלצה בך אזמרה שמך עליון׃

3 *Expleta lætus pectora gaudio*
Cogar sonoris vocibus edere
Cantus, & æternam superni
Nominis auxilijque famam:

בשוב אויבי אחור יכשלו ויאבדו מפניך׃

4 *Hosteis retusis viribus vt meos*
Cerno ruenteis præcipiti fuga,
Votisque detrusos malignis
Vindice te meritos perire.

4 Quotidie video exempla iudicij Dei in aduersarios meos; cùm ipse nullam dem operam vltioni: sed Deus ipse iudex integerrimus, qui causam innocentiæ & simplicitatis summa æquitate aduersus malitiam & potétiam iudicat.

כי עשית משפטי ודיני ישבת לכסא שופט צדק׃

5 *Causæ innocentis iudicium meæ*
Æquis tulisti lancibus arbiter,
Innixus auditor fideli
Sede manens, bonus atque iudex:

Tu se-

6 Perpetuum enim Deo eſt rectiſſimè iudicare, integrum iudicia exercere, & iudicata exequi.

6 *Tu ſeparator turbida gentium*
Fundis tremendis vocibus agmina;
Vnáque deducis malorum
Nomina cum iugulis ſecuri.

6 גערת גוים
אבדת רשע
שמם מחית
לעולם ועד׃

7 Videmus multa exempla ſuperbiſſimæ olim potétiæ, cuius vis, impetus & amplitudo omnis re iudice & vltore corruit, vnà cum famæ ac nominis monumentis.

7 *Iamque hoſtis abſunt arma minantia*
Nunquam nouandis commoda cotibus;
Vrbesque conſtructæque moles
Alta ruunt monumenta famæ.

7 האויב תמו
חרבות לנצח
וערים נתשת
אבד זכרם
המה׃

8 Tu autem ſemper manes eadem virtute integerrimus, eadem iuſtitię voluntate conſtantiſſimus, igitur in ſimilibus argumentis ſimilia exempla perpetuò expectanda ſunt piis. quibus inuocatus Deus quanquam oppreſſiſſimis, oportunè tamen ſemper aderit.

8 IAS *ſed omni tempore permanet,*
Thronumque firmat iuſtitiæ ſuum;
9 *Terrasque mortalesque turmas*
Iudiciis moderatur æquis.

8 ויהוה לעולם
ישב כונן
למשפט כסאו׃
9 והוא ישפט
תבל בצדק ידין
לאמים
במישרים׃

10 *Sublime preſſis præſidium bonus*
IAS *vocato numine, conſtitit*
Præſens, nec ignorandus arctis
Temporibus dubiisque vindex.

10 ויהי יהוה
משגב לדך
משגב לעתות
בצרה׃

11 Atq. hęc ratio & cognitio tuæ virtutis ac voluntatis certa eſſe debet omni orbi, apud eos qui nominis tui notitiam habent, nedum ijs quibus te propinquũ magis præbes.

11 *Ergo tui gens conſcia numinis*
IAS *per omnes ſpe repetit dies,*
Nunquam remiſſa te fouentem
Se tibi qui expoſuere, cura.

11 ויבטחו בך
יודעי שמך כי
לא עזבת דרשיך
יהוה׃

12 Quamobrem huius Dei curæ laudem Eccleſiæ celebrem eſſe oportet, quæ pijs ſpem expectationemque confirmet, apud quos ipſe domicilium collocauit.

12 *Sionis* IAM *dicite præſidem,*
Gentesque vates ferte per vltimas,
Vt norit infractus ſtupendas
Conſilij ſtabilire ſortes.

12 זמרו ליהוה
יושב ציון הגידו
בעמים
עלילותיו׃

13 Expoſitio moris diuini.

13 *Cùm figit vltor pectora noxia,*
Cauſas piorum perſequitur memor,
Obliuioſa nec querelas
Aure pias gemitusque condit.

13 כי דרש
דמים אותם זכר
לא שכח צעקת
עניים׃

14 Redit ad Theſim. Eundem te mihi exhibe, quem aliis iniuſtè oppreſſis, teque inuocantibus exhibere ſoles, præcipuè cùm ipſe Eccleſiæ tuæ, tibi ad laudem nominis tui dicatæ, pars ſim.

14 *Vt rebus hoſtes inuideant meis*
IAS *memento commiſerans pater;*
Ac mortis hærentem propinquis
Poſtibus eripias redemptor.

14 חנני יהוה
ראה עניי
משנאי מרוממי
משערי מות׃

Sionis

15 לְמַעַן אֲסַפְּרָה כָל תְּהִלָּתֶיךָ בְּשַׁעֲרֵי בַת צִיּוֹן אָגִילָה בִּישׁוּעָתֶךָ׃

15 *Sionis alta ad mœnia debitis*
Vt mira dicam munera laudibus,
Præſentis ac teſtem ſalutis
Expediam tibi lætus hymnum.

15 Ita fiet, vt ipſe etiam tuã amplitudinẽ ex ipſo in me edito exẽplo celebrem in eadem Eccleſia.

16 טָבְעוּ גּוֹיִם בְּשַׁחַת עָשׂוּ בְּרֶשֶׁת זוּ טָמָנוּ נִלְכְּדָה רַגְלָם׃

16 *Defoſſa gentes ſubruit æmulas*
Fraus, & latentis, retia, pars doli,
Quæ crura tendentum, pedesque
Artificis tenuere ſæuos.

16 Sentẽtia ad rem accõmodata de malorum fine & exitu.

17 נוֹדַע יְהוָה מִשְׁפָּט עָשָׂה בְּפֹעַל כַּפָּיו נוֹקֵשׁ רָשָׁע הִגָּיוֹן סֶלָה׃

17 *Atque æquus* IAS *emicat arbiter,*
Dum fraudis auctor decipitur malæ,
Et iura laudandumque cunctis
Conſilium enituere ſeclis.

17 Spectatus malorũ caſus diuinum iudicium obſeruãtibus apertè indicat, & manifeſtandum proponit.

18 יָשׁוּבוּ רְשָׁעִים לִשְׁאוֹלָה כָּל גּוֹיִם שְׁכֵחֵי אֱלֹהִים׃

18 *Expectat atrox ſcilicet improbos*
Inferna ſedes exitij domus;
Gentesque neglectus recidet
Æthera QVI REGIT *atque terras.*

18 Comperiſſimum eſt, omnes gentes, quæ Gubernatorem orbis obliuiſcuntur, dignos impietate ſua exitus habere, & vbique terrarum innocẽtiæ oppreſſæ vltorem tandẽ ELOHIM demonſtrari. Nedum illic demonſtrandũ ſperari oportet, vbi ſeſe nomine illo miſericordię promiſſionib⁹ inſigni patefacere ipſe voluit.

19 כִּי לֹא לָנֶצַח יִשְׁכַּח אֶבְיוֹן תִּקְוַת עֲנִיִּים תֹּאבַד לָעַד׃

19 *Namque indigentem ſubſidio pium*
Non vſque rector deſtituet poli,
Attenta neu fidensque ſemper
Irrita ſpes miſeris peribit.

20 קוּמָה יְהוָה אַל יְעֹז אֱנוֹשׁ יִשָּׁפְטוּ גוֹיִם עַל פָּנֶיךָ׃

20 IAS *ſupernis ſurgito legibus;*
Mortalis & ne plus vigeat ſine;
Præſensque diſſertorque recti
Diſpoſitas preme iure gentes.

20 Hoc nomine te etiam notum cupio eſſe gentibus omnibus, quibus nomine Elohim notus es, vt ſciant gentes vnum tantum eſſe Deum,

21 שִׁיתָה יְהוָה מוֹרָה לָהֶם יֵדְעוּ גּוֹיִם אֱנוֹשׁ הֵמָּה סֶלָה׃

21 IAS *pauorem pectoribus tui*
Sanctique ſenſum numinis inijce;
Mortalis agnoſcatque ſortis
Gens hominum malè ſana fines.

eiusque conſilium & voluntatem plenius ac melius cognoſcant. agnoſcant quoque ſe mortales, fragiles, caducos, atque tuum conſilium impedire minimè valentes: ita fiet, vt illi ſibi melius conſulant, concedentes rerum omnium auctoritatem tibi vt propriam & perpetuam.

PSAL. X.

Vt quid Domine receſſiſti longè.

ARGVMENTVM.

MVNDVS omnis in maligno poſitus eſt, ita vt in omni loco probi & tenues per potentiam vel fraudem opprimantur ab improbis, non metuentibus Deum iudicem & vindicem, imò nec humanarum rerum curatorem eſſe credentibus. Quam obrem Pſalmus hic à Propheta compoſitus eſt, quo Deus appellatur, vt ſeſe orbis iudicem & gubernatorem, pauperumque oppreſſorũ aſſertorem, vt verbo & promiſſo proprio nominauit, re etiam exemploque frequenti oſtendat: ita eueniet vt Dei gloria manifeſtiſſima ampliſſimaque conſtet, & probitas tranquillitate & ſecuritate, vt par eſt, fruatur.

ODE DICOLOS TETRASTROPHOS.

1 IAs *quid penitus diſſitus heu procul*
Ceſſas? quid miſeris temporibus lates?
2 *Exercetur inops, dum furit impius*
Fraude vt diſpereat ſua.
3 *Compos non domitæ namque libidinis*
Gaudet magnificis laudibus improbus,
Venaliſque fauet plauſibus huic cliens,
IAM *ſpernere nec pauet.*
4 *Geſtu præcipiti dum furit impius,*
Nec curat ſuperos, ſe neque cogitat;
Quin & ſepoſitum conſiliis DEVM,
Actis arguit & ſuis.
5 *Illius dubiis perpetuò vijs*
Fraudes atque mali mille latent doli;
Altè poſthabitis iudiciis tuis
Hoſtes ventilet vt ſuos.
6 *Ille & cuncta ſibi ſæcula commodis*
Promittit varia ſorte carentibus;
7 *Os diris precibus peierat, & malas*
Lingua diſſimulat vices.
8 *Tectus gramineis inſidias locis*
Occultamque necem, qua perit, impius

1 למה יהוה תעמד ברחוק תעלים לעתות בצרה:

2 בגאות רשע ידלק עני יתפשו במזמות זו חשבו:

3 כי הלל רשע על תאות נפשו ובצע ברך נאץ יהוה:

4 רשע כגבה אפו בל ידרש אין אלהים כל מזמותיו:

5 יחילו דרכו בכל עת מרום משפטיך מנגדו כל צוררין יפיח בהם:

6 אמר בלבו בל אמוט לדר ודר אשר לא ברע:

7 אלה פיהו מלא ומרמות ותך תחת לשונו עמל ואון:

8 ישב במארב חצרים במסתרים

2 *Fraude vt.*] Optat & cupit vt fraus in auctores ſuos recidat. præſtat, inquit, vt pereat improbus ſua fraude, quã vt exerceatur pius & probus.

3 Namq. alias malitia virtutis occupat laudẽ, & alit aſſentatores, à quibus illa ſimplicitati & innocentiæ, imo Deo ipſi præfertur.

4 Tandemque eò peruenit inſolẽtiæ malitia impunita, vt ipſum Deũ è cælo, atque adeò ex mundi gubernaculo deijcere ſaltem ſtudio, ſententia & oratione moliatur.

5 Deſcribitur malitię humanæ arrogantia, ad mouendam indignationem Dei, cuius virtus, & ſimplicitas, ac puritas tantum nefas non tolerabit.

7 Vtitur nomine Dei malitia, ſed ad execrationes, ad fraudes & fallacias: itaque omnibus modis offendit Deum, ſiue nominet, ſiue non.

8 Pulchris rerum ſpeciebus ad decipiendũ abutitur.

Obſer-

יהרג נקי עיניו לחלכה יצפנו׃

Obſeruat, miſerum & ſubſidij impotem
Intentis oculis petit.

9 יארב במסתר כארויה במכמר יארב לחטוף עני יחטף עני במשכו׳ברשתו׃

9 *Antris vtque rapax excubat abditis,*
Imbellemque trahit vi pecudem leo;
Hic tendit miſeris inſidias ferox
Captos implicet vt plagis.

10 ודכה ישח ונפל בעצומיו חלכאים׃

10 *Hinc, quando innumeris callidus artibus*
Occultatque animum, flectit & improbum,
Crebrò præualidis viribus integros
Proſternit pauidos greges.

11 אמר בלבו שכח אל הסתיר פניו בל ראה לנצח׃

11 *Sic ſecum: Superos aut latet, aut nihil*
Noſtrum ſollicitat, cunctaque negligit
FORTIS, *non oculos vertere ad infimas*
Terras perpetuò volet.

12 קומה יהוה אל נשא ידך אל תשכח עניים׃

12 IAS OMNIPOTENS, *numina iam manus*
Exurgens ſtatue, vt præmineant, tuæ;
Namque oppreſſa malis pauperies diu
Non fert immemorem Deum.

13 על מה נאץ רשע אלהים אמר בלבו לא תדרש׃

13 *Nam quid ſancta* DEI *numina prouidi*
Infandis violat vocibus impius,
Audet dum tacitus dicere (proh nefas)
Te curare hominem nihil.

14 ראתה כי אתה עמל וכעס תביט להתן בידך עליך יעזב חלכה יתום אתה היית עזר׃

14 *Itque pauperiem proſpicis & graues*
Queſtus, lata piis quos mala concitant;
Imponisque manu, quin miſeri tuo &
Orbi in præſidio latent.

15 שבר זרוע רשע ורע תדרוש רשעו בל תמצא׃

15 *Iam pridem nimijs cædibus effera*
Prauorum horriſono brachia fulmine
Contunde, vt repetens crimina ab improbis,
Ceſſaſſe inuenias tamen.

16 יהוה מלך עולם ועד

16 *Nam rex perpetua in ſæcula permanet*
IAS, *deficiat gens licet improba*

9 Omnes violétiæ, fraudis, ac doli artes tractat vt voti compos crudelitatem & sæuitiam in humiliores exerceat.

10 Itaque in humanum genus iniuriosus ac sæuissimus est, contra Dei decretum & voluntatẽ, & in Deum ipsum impius & contumeliosus.

11 Vtitur aliquãdo genere orationis in speciẽ plausibili, sed reapse pernitiosissimo, nimirum, Deum altiorem esse, & quietiorem, quàm vt humana adeo humilia curare velle putandus sit.

12. 13. Sed hoc non ferendum est IAE, qui hoc nomine se misericordem & benignũ, nomine verò EL fortem esse declarauit.

14 Maximè cùm tu editis oraculis receperis in te cautam, & defensionem, atque tutelam miserorũ & calamitosorũ.

15 Cùm igitur tu hoc consilio sis, vt miseros defendas, optarem ipse vt vires improbis præfringas, ita vt inepti & imbelles reddantur ad nocendum: vnde eueniet, vt miseri antè defendantur quàm læsi sint. cuperem, inquam, omnino, careret orbis nocentibus hominibus, eodem tempore sublatis è medio, quo facinora ab ipsis suscipiuntur.

16 Si quis dicat: sic periret maxima pars hominum, & orbis incultus & horridus redderetur: respondebo, nihil ex eare diuinę dignitati detrahi, siquidẽ etiamsi impij omnes perirent, ipse rex permaneret in æternum, suosque pios regeret, qui verè illius regni ciues sunt.

Terræ exacta procul finibus è ſuæ;
Sunt queis prouideat Deus.

אבדו גוים מארצו׃

17 Explebis itaque deſiderium pauperũ, quibus te præſentem & conſulentem es pollicitus. ſtatues tuæ iuſtitię exemplum; confirmabis conſilium decretumque tuũ in terris; cuius ſumma eſt, vt mortalis & ſe agnoſcat, & te cognoſcat.

17 *Tu deſiderium, votaque pauperum*
Ias, cernis enim, cordaque perficis,
Aurem qui penitus ſupplicibus tuam
Dictis & precibus tenent:

17 תאות ענוים שמעת יהוה תכין לבכם תקשיב אזנך׃

18 *Orbi vt iudicium ſuſcipias graue,*
Oppreſſumque leues vindice numine,
Ne mortalis adhuc deprimat infimo in
Terrarum orbe ſuum genus.

18 לשפט יתום ורך בל יוסיף עוד לערץ אנוש מן הארץ׃

PSAL. XI.

In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ.

ARGVMENTVM.

TVRBATIS & iam trepidantibus Saulis rebus, cùm multi Dauid ad fugam & remotiſſimũ exilium incitarent, alias ex illorum ſententia periculum Regisque iram & vltionem euaſurum minimè: ipſe hunc Pſalmum compoſuit, aſſerens nullam ſibi eſſe fugiendi cauſam, ſperanti & confidenti in Deo, cuius conſilio is motus in regno Saulis excitatus eſſet, nulla ſua ambitione, ſed mera Dei voluntate, eaque iuſtiſſima, qui corda hominum cùm cognoſcat, acta & facta omnia videat, ſingulos iuſtiſſimo examine iudicat, & præmio vel vitij vel virtutis digno afficit.

1 Ipſe ob propriam imbecillitatem & humilitatem non eſt quod metuam & deſperem, quippe qui in miſerẽtis Dei virtute, præſidio ac tutela lateo.

Ad præſtantem, Dauidis.

1 למנצח לדוד

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

2 Scio equidẽ malignorum & improborum hominum eſſe, infectari & infeſtare probos & innocentes quaſi ſuarum calamitatum aut moleſtiarũ auctores: neque miror ad hunc modum me ab aduerſariis vrgeri.

IAE *benigna tutò animam meam*
In ſpe latentem turba quid improba
Terretis; in monteis volucris
Proripitor trepidante penna.

ביהוה חסיתי איך תאמרו לנפשי נודו הרכם צפור׃

2 *Tentis nocentes arcubus impij*
Neruo ſagittas addere tortiles
Nunquam remittunt, vt latenti
Fraude viros feriant modeſtos.

2 כי הנה רשעים ידרכון קשת כוננו חצם על יתר לירות בעפל לישרי לב׃

Quòd

3 כי השתורין יהרסון צדיק מה פעל׃

3 *Quòd ſi malignis artibus edita*
Fundo ruerunt mœnia ab intimo,
Cur iuſtus vltores timebit?
Quam ſceleris ſubiítve culpam?

4 יהוה בהיכל קדשו יהוה בשמים כסאו עיניו יחזו עפעפיו יבחנו בני אדם׃

4 IAS, *ſacrata ac regia cui domus,*
Sedes & alto conſtat in æthere,
Inde ille terrarum colonos
Luminibus videt irretortis.

5 יהוה צדיק יבחן ורשע ואהב חמס שנאה נפשו׃

5 IAS *piorum perſpicit & fouet*
Mentem, & probandos conſilij modos;
Oditque molitos tyrannos
Omne nefas, ſcelerumque monſtra.

6 ימטר על רשעים פחים אש וגפרית ורוח זלעפות מנה כוסם׃

6 *Permixta & ignis ſulfura funibus*
Et fulminanti ſpiritus impetu:
Hæc vltionis pars ſceleſtos
Vaſe ſuo manet ebibenda.

7 כי צדיק יהוה צדקות אהב ישר יחזו פניו׃

7 *Nam iuſtus* IAS *iuſtaque præmiis*
Conferre certis nomina diligit;
Examen ac vultu probandum
Noſſe valet ſemel intuenti.

3 Sed immerito ſummiaq. iniuria probi ab improbis infeſtantur: nõ enim proborũ fraude aut violentia improborũ res corruunt, ſed ſua ipſarum malitia, quòd fideli & recto fundamento caruerint, ideoq. durare non valuerint.

4. 5. Imo harum mutationũ auctor eſt Deus, qui cùm in alto ſedeat, videt quicquid in tetris ab hominibus agitur, & omnia integerrimo iudicio iudicat & gubernat.

6 Idem maxima virtute valet ſubitò omnia mutare, & quæ videbãtur firmiſſima & ſtabiliſſima, demoliri.

7 Quanquam verò fortiſſimus ſit, nihil violenter agit, ſed iuſtiſſimè omnia: nouit enim ius & æſtimat certiſſimè vel ſolo intuitu: id quod homines non aſſequuntur plerũque.

PSAL. XII.

Saluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus.

ARGVMENTVM.

HVMANAE malitiæ impotentiam nimium iam in orbe creuiſſe conqueritur vates; acceſſiſſe etiam inſolentiã nullo modo ferendam Deo; imò nec diutius diſſimulandã, quippe cùius dicta, pacta, & promiſſa nunquam negligenda aut minuenda extent, profeſſi videlicet ſe eſſe tutorem, patronum & vindicem pauperum atque oppreſſorum, id autem exemplis multis iam ſpectatum, noua etiam cauſa exiſtente, ſpectandum denuò eſſe.

ד למנצח על השמינית מזמור לדוד׃

1 *Ad præſtantem ſuper octauam. Pſalmus Dauid.*

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

2 IAs ades redemptor & vindex ; pius
Nam nullus extat, aut probus:
Rarum est nepotes inter Adæ perfidos
Veracis exemplum viri.

3 Qui verba vanis adparata vocibus
Vtrinque fallentes ferunt;
Docti labellis insonare lubricis,
Binis loquuntur cordibus.

4 IAS doloſi labra vt oris lubrica
Linguamque scindat improbam:
Hæc qui insolente proferunt audacia,

5 Nos lingua nostra principes,
Nostrique labri compotes agnouerit,
Quis tutor est nobis datus?

6 Vindex auaræ fraudis, inquit, pauperum
Direpta quærens pignora,
Gementis excitatus vsque egenuli
Lugubribus suspiriis
IAS salutis auctor, insurgam modo
Et liberabo hoc retibus.

7 Quæ dixit IAS dicta pura, candida;
Argenti & excretum genus,
Cauo perurens scoriam quod fictili
Ignis recoxit septimus.

8 IAS redemptor ô tuum custos pecus
Seruabis, & reges bonus;
Assertor ac de gentis impuræ manu
In sæcla duces postera:

ב הושיעה יהוה כי גמר חסיד כי פסו אמונים מבני אדם:

ג שוא ידברו איש את רעהו שפת חלקות בלב ולב ידברו:

ד יכרת יהוה כל שפתי חלקות לשון מדברת גדלות:

ה אשר אמרו ללשוננו נגביר שפתינו אתנו מי אדון לנו:

ו משד עניים מאנקת אביונים עתה אקום יאמר יהוה אשית בישע יפיח לו:

ז אמרות יהוה אמרות טהורות כסף צרוף בעליל לארץ מזקק שבעתים:

ח אתה יהוה תשמרם תצרנו מן הדור זו לעולם:

2 Calumniam, fraudē, & cætera scelera ab hominibus aduersus alios homines suscepta, per alios homines legis tuæ atque iuris etiam ministros vindicati, ppulsariq; iussisti, alias verò, te oppressorū vltorem, & propugnatorem grauissimum ostensum iri es professus: sed rēs ad eū locum redacta est, vt cùm neminem habeat correctorem & assertorem, te vnicūm & certissimum atque constantissimum postulet.

3 Namque omnia sunt proditionibus, fraudibus, iniuriis, & dolis plena: atque adeò excogitatis orationibus scelera omnia non modò dissimulantur, sed defenduntur etiam: obuoluitur enim vitium specie decora, ita vt cùm inter homines agatur, nemo sit qui non speret se posse alium fallere, & arte, ingenio, atque eloquētia veritatem inuertere, vanitatem proferre probabilem, admirandaque specie laudādam exhibere. Non enim agnoscunt alium arbitrū aut Dominum, cui vitæ & actionum rationem reddant, præter homines; quibus imponere facile posse sperant: ita alij aliis imponunt. miserrimi verò sunt qui simpliciores sunt: namque ab improbissimis opprimuntur, addita oppressioni superbissima oratione.

6. 7. At verò Deus se declarauit eorū qui opprimuntur tutorem, & quæ ille dixit semel ac promisit, certissima veritissimaque sunt, neque torqueri in alium sensum possunt, quippe quæ purissima & simplicissima constent. non sunt vt hominum verba.

Cauo fictili.] Vas conflatorium ex terra, quam lutum sapientiæ Chimici vocant, ipsum vas vulgo Chrisol dicitur.

8 Vnde fit, vt sperem, vel affirmem potiùs, te simplicibus & probis esse consulturum semper, improbis & fraudulentis pro merito relaturum.

Nam

9 סביב רשעים יתהלכון כרם זלורת לבני אדם:

9 *Nam cuncta feruent conuoluta ab improbis,*
Nuſquam & quieti ſunt pij:
Furente quum terrenus arte filius
Inſurgit, & potens viget.

9 Tu enim vis orbẽ ſuis legibus & muneribus perſeuerare, & nõ diſſipari naturas rerũ, ſed omnia per tyrannos & improbos impurosq. homines, qui velut fęces ſũt, turbantur, omnia permiſcẽtur & confunduntur.

PSAL. XIII.

Vſquequo Domine obliuiſceris me in finem?

ARGVMENTVM.

DAVID maximis curis variiſque conſiliis exercebatur, cùm ab inimicis peteretur & vexaretur; namque ipſa humanæ naturæ conditio, ipſa fragilitas & imbecillitas hac etiam parte laborat, vt in rebus anguſtis animo ſemper fluctuanti ſit, niſi tandem ſeſe omnino Deo regendum, gubernandumque committat & tradat homo: tunc enim rectiſſimè ſibi conſulit, cùm cogitationes & curas ſuas in Deum reiicit; qui etiam ſuos aliquando huiuſmodi cogitationibus exerceri ſinit, vt tandem eruditi cognoſcant, omnia ſua in diuino præſidio eſſe collocanda. id agit in hoc Pſalmo vates: afferens nihil ſibi accedere ex ſuis cogitationibus, deliberationibus, & conſiliis præter mæſtitiam, dolorem & afflictionem atque confectionem ſui ipſius, ideoque Deum ſibi appellari, cui ſuam commendatam velit ſalutem, vtpote ſapientiſſimo ac potentiſſimo, & iniurioſorum hominum vindici. cui liberationis & ſalutis obtentæ gratulationis carmina dedicaturum ſe vouet.

2 Querela oratione exordiritur; quòd à Deo permiſſus ſit ſuis cogitationibus & cũris exerceri, cũ tamẽ ille promiſſa præſtare ſoleat, vt ex nomine appellato conſtat.

3 Nullũ otiũ ſibi, nullã vacationẽ à curis aut noctu aut interdiu eſſe ait. ex eaq. re nihil aliud effici, quàm vt hoſtiũ & aduerſariorũ vis, fiducia & audacia creſcat, dum ipſe intẽtus eſt cõſiliis verſandis, idq. fruſtra.

4 Non ſolùm proſpiciendũ eſt, ne ego aduerſariis commoditatem & materiam dem triũphandi de caſu meo, ſed nec ſinendus ſum à te vacillare & labi, quoniam hoc pacto cuiã iactabunt hoſtes ſuã de me victoriã, dicẽtq. me illorũ virtute & ſapiẽtia in eũ lapſum fuiſſe impulſum

1 למנצח כמזמור לדוד:

1 *Ad præſtantem, Pſalmus Dauid.*

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

2 עד אנה יהוה תשכחני נצח עד אנה תסתיר את פניך ממני:

2 IAS *profundæ quem ſtatuis modum*
Obliuionis, qua premor heu, tuæ?
Quem negligendi, vt iam negato
Me videas recreesque vultu?

3 עד אנה אשית עצות בנפשי יגון בלבבי יומם עד אנה ירום איבי עלי:

3 *Quem vel laboris conſilij (t), meum*
Quæis nocte feruens pectus inæſtuat?
Exercet aut quæ cor perennes
Anxietas, agitatque ſoles?
Quisve inſolenti finis erit, meum
Inſtanti & hoſti, vt comminuat caput?

4 הביטה ענני יהוה אלהי

4 *Auditor aduerte, atque vindex*
Excipe iam famuli querelam:

Noſtrisque

sum, idque iactabũt aduersus prouidentiam & promissionem tuam.

Nostrisque lucem luminibus tuam
Præbe, sopore vt non moriar graui;
5 *Neu iactet hostis prævalentem*
Se mihi, neu sua gesta cantet.
Namque inuidorum turba laboribus
Gaudebit amens (si mouear) meis:
6 *At ipse nostrum in te tuoque*
Munere præsidium locaui.
Compos salutis, spero, breui tuæ
Gaudebit altis visceribus meum
Cor, & dicatis semper IAM
Carminibus referam benignum.

ואירה עיני פן
אישן המות׃

5 פן יאמר
איבי יכלתיו צרי
יגילו כי אמוט׃

6 ואני בחסדך
בטחתי יגל לבי
בישועתך
אשירה ליהוה
כי גמל עלי׃

6 Ego cupio (idque paro & sedulo agam) cogitationes meas, & cor totum potius in carminibus laudum tuarũ componendis, & canẽdis ponere, quàm huiusmodi quibus nunc vexor consiliis tempus terere cum tristitia ac dolore.

PSAL. XIIII.

Dixit insipiens in corde suo.

ARGVMENTVM.

PRIMAM scelerum causam esse hominum stultitiam, quæ eò erroris quosdam adduxerit, vt Deum aut non esse, aut res humanas negligere existimauerint. hos omniũ corruptissimos esse, sed non ideo cæteros iustos atque integros omnes debere censeri, quando ex Adæ filiis nemo sit, qui exacto illo Dei examine probari vndique possit. itaque iudicio Dei omnia sub peccato conclusa esse vates affirmat. verùm quosdam esse qui Deum cùm norint, tamen sceleribus offendant, & iniuriis aduersus innocentiores conflatis, quosdam qui timeant Deum, asserentes illum esse iustorum gubernatorem. sed hi ab aliis irridentur, qui vident inopes subsidio Dei misericordis fidere. Prosilit hinc vates in magnam exclamationem, optans & cupiens, vt Christus ille iam extet, per quem piis salus erat præstanda. tunc enim magno discrimine, aperto & notissimo distabit populus Dei verus ab improbis.

2 Quanquam multa de virtutibus atque pietate, de vitę innocentia & integritate à multis disserãtur, quædam à quibusdam agantur & curentur: tamen ex quo Adam peccauit, nullus est absolutè bonus iudicio Dei, cuius egent omnes gloria.

1 *Ad præstantem, Dauidis.*

לנצח לדוד

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

אמר נבל בלבו
אין אלהים
השחיתו
התעיבו עליליה
אין עשה טוב׃

DEmens corde ferox sic statuit suo,
Nullus nam est homines qui videat Deus;
Hinc corruptio morum,
Hinc nullum studium boni.
2 IAS æthereis arcibus & genus
Obseruans hominum, quis sapiat, DEVM

2 יהוה משמים
השקיף על בני
אדם לראות

Quis

וויש משפיל דרש ארץ אלהים:

Quis curétve, colátve,
Quærit cognitor optimus.

ג הכל סר יחדו נאלחו אין עשה טוב אין גם אחד:

3 *Defecere ſimul, turbáque perdita eſt*
Omnis; nec ſtudio qui caleat boni,
Vnum comperias, vel
Cuius facta Deus probet.

ד הלוא ידעו כל פעלי און אכלי עמי אכלו לחם יהוה לא קראו:

4 *An non artifices fraudis, & impij*
Norunt quid referam? qui populum meum
Eſcarum inſtar habent, nec
IAM *vel memores vocant.*

4 Ipſorum conſcientias cito & appello teſtes, qui peruersè & iniuſtè agunt, contra fas, contra æquitatē.

ה שם פחדו פחד כי אלהים בדור צדיק:

5 *Illic icta tremor pectora concutit,*
Iudex fertur vbi, creditur & Deus,
Iuſtæ ſæcula gentis
Qui certus probet ac regat.

5 Verum eſt quoſdā eſſe, qui Deum non ament quidem toto corde, tota anima, tota virtute, &c. ſed timeant & vereantur: hi credunt Deum gubernare iuſtorum hominum genus.

ו עצת עני תבישו כי יהוה מחסיו:

6 *Turbetis miſeri conſilium pium*
IAM *qui poſuit præſidium ſibi?*

6 Apoſtrophe in eos qui iuſtos irrident, quòd Domino tātùm fidant, cùm nihilo propterea proſperiores eſſe videantur.

ז מי יתן מציון ישועת ישראל בשוב יהוה שבות עמו יגל יעקב ישמח ישראל:

7 *Quiſnam ex arce Sionis*
Iſraelis amabilem
Rebus præſtet opem, quis properet citam?
IAS *cùm populi reſtituet ſui*
Res, gaudebit Iacob,
Fiet lætus & Iſrael.

6 Studetis pudefacere calamitoſum, quòd ſuas res Deo commiſerit.

7 Hic eſt ſcopus omnium propheratum, optare & expectare Chriſtum, qui tanta proſperitate, tanta lætitia ſpirituali ſuos affecturus erat, vt omnes qui viderent eos, cognoſcerent, quòd iſti ſunt populus, cui benedixit Dominus. Magnum myſterium hîc latet.

PSAL. XV.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.

ARGVMENTVM.

SVPERIORIS fini adnectitur huius Pſalmi ſententia, deſcribens atq. indicans eos, qui ad veræ & æternæ ſalutis per Chriſtum afferendæ communionem recipiendi ſunt, hoc eſt, homines; qui, quanquam ex Adam genus duxerint, & originalem culpam contraxerint, tamē innocenter quod in ipſis diuina gratia adiutis fuerit, viuere ſtuduerint, nihil in ſe, aut in proximum vllum criminis admittentes. partitur autem omnia noxarum genera exactiſſimè, & officiorum etiam partes indicat.

1 *Psalmus Dauidis.* 1 מזמור לדוד

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

יהוה מי יגור
באהלך מי ישכן
בהר קדשך׃

IAs receptus quis sub alta culmina
Vmbræ morabitur tuæ?
Quis monte ciuis numini sacro tuo
Sedes habebit conditas?

ב הולך תמים
ופעל צדק ודבר
אמת בלבבו׃

2 *Qui rectus arcta semper incedit via,*
Et iura fasque percolit:

ג לא רגל על
לשנו לא עשה
לרעהו רעה
וחרפה לא נשא
על קרבו׃

3 *Qui corde puro vera semper cogitat,*
Linguaque profert simplici;
Afferre cuiquam incommoda expers, inscius
Quemquam probris lacessere:

ד נבזה בעיניו
נמאס ואת יראי
יהוה יכבד
נשבע להרע
ולא ימר׃

4 *Vilesque curas, vana quæque cognita*
Fastidiosè reijcit.
Miratur idem culta quos probat fides,
IAEque deducit timor.
Iuratus, & si damna deprendat sua,
Non deterit fratrem tamen.

ה כספו לא נתן
בנשך ושחד על
נקי לא לקח
עשה אלה לא
ימוט לעולם׃

5 *Ipse innocentem commodat pecuniam,*
Nec auget vllo fœnore;
Vt immerentem fraude pertentet virum
Nullo domandus munere.
Hæc qui peregit, rectus incedit, neque
Labetur vllo sæculo.

1 *Vmbræ*]Pro tabernaculo vmbram vertimus, carminis causa.

4 Oportet etiam magnanimos rerumque caducarum ac vilium cõtemptores esse eos, qui ad Dei ciuitatem aspirent.

Clementia.

Misericordia.

Integritas in iudiciis & testimoniis.

PSAL. XVI.

Conserua me Domine, quoniam speraui in te.

ARGVMENTVM.

CHRISTI publicæ salutis negotium meditantis, & iamiam inituri oratio est, à Dauide prophetico spiritu inducta. in qua negotij illius cura, fomentum, secundatio, prosperitas & exitus Deo patri à filio commendatur, cuius gloria magna ex eadem expeditione promulganda erat, cum admiranda piorũ hominum amplificatione, ad quos totius negotij fructus & vtili-

& vtilitas pertinebat, vtpote qui ex filiis Adæ in filios Dei essent mutandi. id quod re ipsa euenturum sibi & ipsis Christus promittit, ex consilio, prouidentia, & virtute patris, qui ipsum pro hominibus ad mortem traditum, à mortuis erat suscitaturus quàm maturrimè, cuius resurrectio vitam & resurrectionem hominum erat effectura.

Monile Dauidis.

א I טכתם לדוד

ODE SAPPHICA.

שמרני אל כי חסיתי בך׃

SIs mihi custos, tibi nam POTENTI *innititur constans mea spes fidesque,*

ב אמרת ליהוה אדני אתה טובתי בל עליך׃

2 *Dixit hæc* IAM *Dominum, mei qui*
Munere regni

ג לקדושים אשר בארץ המה ואדירי כל חפצי בם׃

3 *Non eget, sanctis magis adparati;*
Terra quos iustos memorat colonos,
Hos ego cunctis stabilire magnos
Destino votis.

ד ירבו עצבותם אחר מהרו בל אסיך נסכיהם מדם ובל אשא את שמותם על שפתי׃

4 *Mille & ærumnis miseri modisque*
Sunt, quibus cordi est alius salutis
Auctor; ipse horum minimè administer
Partibus addar:
Siue quis fuso vitulæ cruore
Libet, appellans repetita falsi
Numinis nostro procul amouenda
Nomina ab ore.

ה יהוה מנת חלקי וכוסי אתה תומיך גורלי׃

5 *Pars mei ast* IAS *celebranda census*
Est, & æterni calicis; meæ tu
Dextera nunquam minuente firmas
Munera sortis.

ו חבלים נפלו לי בנעימים אף נחלת שפרה עלי׃

6 *Nam mei quantum patuere fundi*
Funibus tensis, nitet alma passim
Gratia & summum decus atque pleno
Copia cornu.

ז אברך את יהוה אשר יעצני אף

7 *Conditis* IAM *celebrabo magnum*
Versibus, cuius monitu probandas

1 Appello te Deum misericordem & fortem, qui quod pollicitus es, præstare maximè & pleniſſimè potes; adeò enim magnus es, vt non augearis meo bono hoc quod cogito efficere, sed colaris potiùs; quia ego tuam voluntatem, vt seruus Domini, facio. sunt verba Christi humiliati in forma serui.

4 Nullus enim alius salutis auctor est hominibus præter te; cętera quæ coluntur, numina non sunt, sed materies laborum hominum infanda.

5 Solus Deus misericors est, beatitudo mea, verba Christi corporis mystici sui personam sustinentis.

6 *Copia cornu.*] Non est aliena translatio ab Hebraica lectione.

7 Ego, inquit Christus, in hoc veni in mundum, vt perpetuo studio meditet & curem Dei cōsilia, etiam nocte cùm quiescendum esset.

Noctibus totis recolente verſo
Pectore curas.

לילות יסרוני כליתי׃

8 *Semper eſt præſens mihi dexter* IAS,
Qui dat, vt magnis penitus periclis
Septus, immotus maneam ruinæ
Protinus expers.

8 שויתי יהוה לנגדי תמיד כי מימיני בל אמוט׃

9 *Ergo præſtanti ſtudio meum cor*
Gaudet exultans, decus atque ſurgit;
Certaque & lethum domitura, carnem
Suſtinet hanc ſpes.

9 לכן שמח לבי ויגל כבודי אף בשרי ישכן לבטח׃

9. 10. 11. Nullam difficultatem negotij à me ſuſcepti horreo, Deo meo mihi proſpiciente & præſente. Qui me ad mortem vſque deductum, tamen ſuſcitabit; imò maxima virtute amplificabit, vt ipſe reſurgam integer & incorruptus è ſepulchro.

10 *Nam neque infernis animam ſub vmbris,*
Nec tui fœda patiere corpus
Tabe dilecti minui, aut profanæ
Cedere morti.

10 כי לא תעזב נפשי לשאול לא תתן חסידך לראות שחת׃

11 *Tu mihi, vt vitas repetam, viarum es*
Auctor & ductor: ſaturante ſemper
Dextera & vultu decus atque plena
Gaudia præſtas.

11 תודיעני ארח חיים שבע שמחות את פניך נעמות בימינך נצח׃

PSALM. XVII.
Exaudi Domine iuſtitiam meam.

ARGVMENTVM.

IMPORTVNISSIMIS & frequentiſſimis aduerſariorum inſidiis circumuentus vates, Deum inuocabat, atque ad ſuam cauſam cognoſcendam ſapientiſſimum & integerrimum iudicem, ad vitam verò ſuam propugnandam & tuendam potentiſſimũ vindicem & aſſertorem appellabat, honeſtam ſuam petitionem & orationem probans, quòd ipſe innocens & imbecillus, atque humilis, adeoque pauperrimus à fraudulentis, iniurioſis, potentibus, diuitibus, & opulentiſſimis impeteretur, ex quo ipſe pernitiem expectabat, niſi à Deo, cuius vnico præſidio fidebat, defenderetur, cum magna ipſius Dei laude, & publica prouidentiæ prædicatione. affirmat autem ſe nihil aduerſariis nocere, nihil inuidiſſe vnquam ipſorum proſperitatem, vtpote qui ſolum Deum ſuorum omnium votorum & maximi boni ſibi ſummam ſtatuerit.

1 *Oratio Dauid.*

1 תפלה לדוד

ODE EADEM.

Poſco

שמעה יהוה צדק הקשיבה רנתי האזינה תפלתי בלא שפתי מרמה׃

POſco ſi iuſtum, famuli querelas
Excipe ô magnum mihi numen IAS;
Fraudis experti auxilium rogantis
Annue voci.

2 מלפניך משפטי יצא עיניך תחזינה מישרים׃

2 *Te meæ ſummum cupiens adopto*
Arbitrum cauſæ, penitus valentem
Facta quæ conſtent oculis probanda
Cernere puris.

3 בחנת לבי פקדת לילה צרפתני בל תמצא זמתי בל יעבר פי׃

3 *Intimos cordis penetras receſſus,*
Nocte me obſeruas, tacitosque renes
Excoquis, nec tu mea verba curis
Diſſona ſentis.

4 לפעלות אדם בדבר שפתיך אני שמרתי ארחות פרץ׃

4 *Ipſe verborum memor at tuorum*
Luſtro dum ſpectans homines, nocentum
Semitas certè varias latronum
Viſere cogor.

5 תמך אשרי במעגלותיך בל נמוטו פעמי׃

5 *Ac tuis noſtri duce te rotentur*
Orbitis greſſus, mea ne viarum
Lubrico tandem tremebunda curſu
Crura vagentur.

6 אני קראתיך כי תענני אל הט אזנך לי שמע אמרתי׃

6 *Te voco* FORTEM, *facilem & vocanti*
Tu meis aurem ſolitam querelis
Admoue; & quod nunc referam, benignus
Excipe dictum.

7 הפלה חסדיך מושיע חוסים מתקוממים בימינך׃

7 *Ede mirandis tua dona geſtis,*
Meque (fidentes tibi namque ſeruas)
Eripe inſtantum gregibus ſuperbis
Vindice dextra.

8 שמרני כאישון בת עין בצל כנפיך תסתירני׃

8 *Me foue, vt puris oculis micantem*
Luce pupillam, dubioque caſu
Me tuis tutum, procul & timore
Siſte ſub alis.

2 Innocẽtiam & ſimplicitatem tibi gratam eſſe ſcio, meã cauſam igitur examinandam tuo iudicio committo; quod integerrimũ, ſapientiſſimum et præſtantiſſimum eſt.

3 Non ſolùm facta & orationẽ, ſed cogitationes omnes meas, etiam nocturnas ſecretiores ac liberiores à te obſeruari cognoſciq́ue ſcio: qui tamẽ omnia ſibi atque inter ſe conſtare in me intellexeris. Nihil enim latere aut fugere iudiciũ iſtud poteſt, quia acerrimum eſt.

4 Quod ad aduerſariorum mentẽ, & voluntatem attinet, ipſe ego meo craſſo ingenio verborũ tuorum luce prætenſa, facile cognoſco, malitiam & improbitatẽ quorundam hominum & fallaciam, atque fraudem, quæ nihil aliud ſunt, quàm latrociniorum ſtudia varia quidem, vt variæ ſunt latronum ſemitæ, ſed tamen omnia ſunt latrocinia.

Latrones autem illud agunt ſemper, vt minimo ſuo incommodo maximo damno afficiant innocentes, ideoq́ue tempora obſeruant & loca; quamobrem luce tua ac tutela & fortitudine tua omnino egeo, tu autẽ ſeruare ſoles, incolumesq́ue deducere eos, qui ſe tibi ſanctè commendant.

9 *Improbis raptæ cupidisque prædæ*
Hostibus circum premor, atque densa
9.10.11. Aduersariorum meorum crudelitas maxima est. 10 *Corporum mole, & grauibus minantum*
Vocibus angor.
11 *Qua pedem simplex moueam, notantes*
Signa perlustrant oculisque acutis
Quà plagas tendant, laqueosque terræ in
Puluere celent.
12 Promptitudo & sagacitas ingens. 12 *Qualis est prædæ rabido leoni*
Ardor, occultis, catulo aut feroci,
Qui fame obseruans stimulante, captat
Tempora, lustris.
13 Magna ergo virtute & celeritate, hoc est, tua opus est, vt ego famulus tuus eripiar, nam in me liberando tua res agitur. 13 *Ergo præuerte & rapidos furores*
Dissipa exurgens, famuli tuique,
Improbis, isto gladio petitam,
Eripe vitam.
14 Isti namq vitioso tantùm consilio & proposito nocere mihi student, nihil enim à me expectare possunt præter vitâ meâ, cui insidiantur; aliàs enim nullis egent rebus ad hanc vitam, quam ipsi amant, cõmodis & iucundis: plenissimi adeò sunt, vt vel ipsis reliquarũ reliquiis rerum, hæredes suos ditissimos facere possint. 14 *Eripe ingenti auxilio manuque*
Me viris IAS *nimium prophanis,*
Grata præsentis quibus vsque constant
Munera vitæ.
His, tuis, venter satur est auarus,
Quas mare & tellus epulas recondit,
Plurima his diues soboles vel ipsis
Relliquijs est.
15 Atque ego præter te, nullas diuitias aut duco aut habeo, te vnum expeto. & tum ditissimus ero, cùm tu te mihi præbere volueris per Christum tuum, qui est imago tua. Concluditur Psalmus illo admirabili noui Testamenti mysterio. 15 *Ast mihi sortis satis est beatæ,*
Istius iusti speciem nitoris
Cernere; vtque in me tua, te benigno,
Surgat imago.

PSAL.

PSAL. XVIII.

Diligam te Domine fortitudo mea.

ARGVMENTVM.

DAVID post bella hostium, insidias inimicorum, obtrectationes & pericula omnia superata, victor, & regni à Deo promissi compos, carmen gratulatorium Deo cecinit, eodem plane artificio, quo Mosis & Deboræ diuina prorsus cantica constant; in quo se perpetuum famulum amantem & fidelem Deo tradit, suæ salutis atque prosperitatis auctori vnico, sapientissimo, ac potentissimo & prouidentissimo: commemorat autem narratione post exordium instituta, humilem rerum suarum conditionem præteritam, in qua Deus sapientiæ, prouidentiæ & virtutis suæ exempla edere voluerit, sese liberans à potentissimis, sæuissimis & astutissimis hostibus & inimicis, ac tandem abalienatorum à se populorum animos ipsi concilians; quod genus etiam victoriæ maximum est. Constat Psalmus genere dicendi sublimi, omnibus ornamentis, iuxta singularum partium rationem apprimè instructo.

א לַמְנַצֵּחַ לְעֶבֶד יְהוָה לְדָוִד אֲשֶׁר דִּבֶּר לַיהוָה אֶת דִּבְרֵי הַשִּׁירָה הַזֹּאת בְּיוֹם הִצִּיל יְהוָה אֹתוֹ מִכַּף כָּל אֹיְבָיו וּמִיַּד שָׁאוּל: וַיֹּאמַר

1 *Ad præstantem famuli Domini, Dauid inquam, qui locutus est Domino verba cantici huius, quo die liberauit Dominus ipsum è palma omniũ hostium suorum, & è palma Saulis, & dixit:*

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

ב אֶרְחָמְךָ יְהוָה חִזְקִי:

2 *VIsceribus totis* IAS *te semper amabo,*
Qui mea vis, mea robora solus.

2 Periculorum omnium propulsatorem meum te confiteor, tibique vitam debere meam, & salutem agnosco, ergo & animum etiam trado.

ג יְהוָה סַלְעִי וּמְצוּדָתִי וּמְפַלְטִי אֵלִי צוּרִי אֶחֱסֶה בּוֹ מָגִנִּי וְקֶרֶן יִשְׁעִי מִשְׂגַּבִּי:

3 *Rupes præsidiumque meum est, me liberat* IAS;
Is meus est FORTIS, *mea petra;*
Cui nitor, clypeusque mihi, cornuque salutis
Cunctis perfugiumque periclis.

ד מְהֻלָּל אֶקְרָא יְהוָה וּמִן אֹיְבַי אִוָּשֵׁעַ:

4 *Inuoco dum supplex illustrem laudibus* IAM,
Hostibus eripior violentis.

4 Humanarum rerũ curatorem, & piorum tutorem affirmo te esse ipso experimẽto.

ה אֲפָפוּנִי חֶבְלֵי מָוֶת וְנַחֲלֵי בְלִיָּעַל יבעתוני [יְבַעֲתוּנִי]

5 *Me mors lethiferis laqueis ambire, malorum*
Certabant turbare fluenta.

ו חֶבְלֵי שְׁאוֹל סַבּוּנִי קִדְּמוּנִי מוֹקְשֵׁי מָוֶת:

6 *Vndique cingebant atri tormenta sepulchri*
Me, prætensaque vincula mortis.

6 Non enim ex leuibus, sed ex grauissimis periculis, humanasq. vires superantibus, ereptum me video.

ז בַּצָּרָתִי אֶקְרָא יְהוָה וְאֶל אֱלֹהַי אַשַּׁוֵּעַ מֵהֵיכָלוֹ קוֹלִי וְשַׁוְעָתִי לְפָנָיו תָּבוֹא בְאָזְנָיו

7 IAM *æger pressusq. voco (mihi* NVMINA *nota)*
Consueto clamore cietur.
Audijt ille meam vocem, questumque superna
Præsentem auribus excipit arce.

7 *Mihi numina nota cietur.*] Ita Hebraicè etiam, vbi ei nomẽ plurale singulari verbo adiungitur.

Dei virtus & potẽtia atque maiestas indicatur ex loco in quo sedet, & arcem habet videlicet ex cælo.

Tunc

8 *Tunc concussa alto tremefactaque terra fragore est;*
Montesque ab radicibus imis
Contremuere graui turbati numinis ira,
Quam nec ferre queat ferus orcus.

8 ותגעש
ותרעש הארץ
ומוסדי ההרים
ירגזו ויתגעשו
כי חרה לו:

9 Virtus, efficacitasque Dei, deinde etiam infinita illa maiestas & inuisibilis natura his versibus à 9. ad 16. significatur.

9 *Illius in vultu fumus, deque ore perurens*
Ignis carbonesque volabant.

9 עלה עשן
באפו ואש מפיו
תאכל גחלים
בערו ממנו:

10 *Deflexisque polis descendit, subdita nubes*
Densa pedes occultat eunti.

10 ויט שמים
וירד וערפל
תחת רגליו:

11 *Cherubeo inuectus curru secat aëra pennis,*
Quas venti mouere volucres.

11 וירכב על
כרוב ויעף וירא
על כנפי רוח:

12 *Obscuraque latens caligine nubibus vnda*
Densatis tentoria figit.

12 ישת חשך
סתרו סביבותיו
סכתו חשכת
מים עבי
שחקים:

13 *Illo densa etiam nubes fulgente soluta est,*
Carbo micans grandoque ruebat.

13 מנגה נגדו
עביו עברו ברד
וגחלי אש:

14 *Intonuitque polis* IAS, *vocemque supernus*
Edit agens cum grandine fulgur.

14 וירעם
בשמים יהוה
ועליון יתן קלו
ברד וגחלי אש:

15 *Fulminaque ingeminat (sua tela) ac discutit hostes,*
Crebro & fulgure perdit iniquos.

15 וישלח חציו
ויפיצם וברקים
רב ויהמם:

16 *Tunc & aquis exhausta solo patuere profundo*
Flumina, tunc imi situs orbis.
Tantum IAS *tua vox valet immutare, minax cùm*
Spiritus ille grauis tonat iræ.

16 ויראו
אפיקי מים
ויגלו מוסדות
תבל מגערתך
יהוה מנשמת
רוח אפך:

17 Thesis, huiusmodi virtute & efficacitate affuit mihi Deus liberando.

17 *Ille manum eripiens mihi tunc porrexit ab alto,*
Meque altis protraxit ab vndis.

17 ישלח
ממרום יקחני
ימשני ממים
רבים:

18 Liberatus sum ab inimicis fortissimis, callidissimis, & promptissimis, iisdemque sæuissimis, qui nullã oportunitatem ad me perdendum prætermittebant.

18 *Sic ex hoste fero me liberat, atque potentum*
Quæ me presserat inuida turba.

18 יצילני
מאיבי עז
ומשנאי כי
אמצו ממני:

19 *Illi etenim, cùm iam strages inopina teneret,*
Me subito pressere tumultu.

19 יקדמוני
ביום אידי ויהי
יהוה למשען לי:

20 *Sed mihi præsidium est* IAS, *baculusque labanti;*
Ille locum me duxit in amplum.
Illo ego sum duris ereptus vindice rebus,
Illo inquam mihi numine dextro.

20 ויוציאני
למרחב יחלצני
כי חפץ בי:

Integri-

21 ינמלני יהוה כצדקי כבר ידי ישיב לי׃

21 *Integritati* IAS *noſtræ ſua iura reponit,*
Immunesque manus probat idem.

21 Fortiſſimus IAS Deus illa ſua fortitudine ſemper iuſtè vtitur, probos & integros liberando ab improbis, qui ſua fortitudine abutuntur.

22 כי שמרתי דרכי יהוה ולא רשעתי מאלהי׃

22 *Quippe vias* IAE *tenui, nec* PRINCIPIS *vnquã*
Vlla mei mandata refregi.

23 כי כל משפטיו לנגדי וחקתיו לא אסיר מני׃

23 *Cuncta mihi ante oculos etenim conſulta Tonantis,*
Cuius nec decreta refugi:

24 ואהי תמים עמו ואשתמר מעוני׃

24 *Simplicitas mea certa illi, ſtudiumque cauendi*
Delicti molimina praui.

25 וישב יהוה לי כצדקי כבר ידי לנגד עיניו׃

25 *Iusque meum, immunesque manus qui nouerat* IAS,
Reddidit ipſe mihi vſque benignus.

26 עם חסיד תתחסד עם גבר תמים תתם׃

26 *Ipſe pijs pius eſque viris, eſque integer idem*
Integris facilisque patronus:

26 Deus hominibus talem ſeſe exhibet, quali eos eſſe animo cognoſcit; verùm exceſſu maximo, vt humanis diuina præſtãs.

27 עם נבר תתברר ועם עקש תתפתל׃

27 *Simplicibus ſimplex, inuiſa fraude doloſis*
Callidus es, cautusque vaferque.

28 כי אתה עם עני תושיע ועיניים רמות תשפיל׃

28 *Pauperis es populi ſeruator, deijcis altum*
Faſtum hominumque oculosque ſuperbos.

29 כי אתה תאיר נרי יהוה אלהי יגיה חשכי׃

29 IAS *tu noſtræ fers lumina clara lucernæ;*
Is tenebras mihi diſcutit auctor.

30 כי בך ארץ גדוד ובאלהי אדלג שור׃

30 *Te duce per cuneos penetro, præcinctaque muris*
Tranſiliens feror oppida victor.

30 Oſtendit Deus in mea imbecillitate ſuã ſummam virtutẽ, non ſolũ vt pericula euadam, ſed vt magnas res aggrediar, ac dextrimè optimoque ſucceſſu geram.

31 האל תמים דרכו אמרת יהוה צרופה מגן הוא לכל החוסים בו׃

31 *Integer eſt* FORTIS, *ſolidis quoque moribus,* IAE
Omnia purgatiſſima dicta.
Æneus eſt clypeus cunctis qui ſpemque fidemque
Hoc vno fixere patrono.

32 כי מי אלוה מבלעדי יהוה ומי צור זולתי אלהינו׃

32 *Quodnam etenim numen præter memorabitur* IAM?
Quæ tutela, meus niſi PRINCEPS?

33 האל המאזרני חיל ויתן תמים דרכי׃

33 FORTIS *is eſt, qui præualido me robore cinxit,*
Inſtrauitque viam mihi firmam.

34 משוה רגלי כאילות ועל במותי יעמידני׃

34 *Qui facit vt poſſim pedibus præcurrere ceruas,*
Atque iugis conſiſtere in altis.

35 מלמד ידי למלחמה וכחתה קשת נחושה זרועתי׃

35 *Ille meas ad bella manus exercet, & arcus*
Dat chalybum his fregiſſe lacertis.

36 Ipſe ſalutarem clypeum mihi porrigis, atque
Dexter ades, me & numine fulcis.
Quoque magis me velle pati mala dura videris,
Hoc mage me amplificat tua virtus.
37 Ipſe meum extendis greſſum, perque ardua firmis
Tu mihi das percurrere talis,
38 Hoſteis vt penitus valeam tenuiſſe ſecutus,
Non vllisque reuertar inultis:
39 Vulnere nequicquam conatos ſiſtere noſtris
Sub pedibus cumulabo cruento.
40 Tu me namque alacri accingens ad bella vigore,
Cunctos infeſtos mihi flectis.
41 Tuque hoſteis mihi terga dare ac mihi cedere cogis;
Cæſa cadit mihi & inuida turba.
42 Auctorem caſſo illi IAM clamore ſalutis
Tunc ſurdum in ſua vota vocabunt.
43 Quos ego comminuam ceu nubem pulueris Eurus,
Vtque lutum tenuabo viarum.
44 Præcipitis mihi tu ſedas ſtudia improba vulgi;
Tuque caput me gentibus addis:
45 Ignotumque mihi populum ſeruire vel ipſa
Fama, mihi & parere iubebit.
46 Quique alias partes ſtudio feruente fouebant,
Se ſimulare meos properabunt.
Frondibus en ſimiles illi fluxere, ſuisque
In ſeptis tremuere pauentes.
47 Viuat petra mea, & victor celebretur & altus
IAS atque Deus mihi fauſtus.
48 FORTIS et ille, hoſteis quo vindice et auſpice preſſi,
Quo populos ad fræna coegi.
49 Ille & me incolumem eripuit quoq. ab hoſtibus, altū
Me ſuper infeſtos dedit hoſteis.

36 וחתן לי מגן ישעך וימינך תסעדני וענותך תרבני׃

37 תרחיב צעדי תחתי ולא מעדו קרסלי׃

38 ארדוף אויבי ואשיגם ולא אשוב עד כלותם׃

39 אמחצם ולא יוכלו קום יפלו תחת רגלי׃

40 ותאזרני חיל למלחמה תכריע קמי תחתי׃

41 ואיבי נתתה לי ערף ומשנאי אצמיתם׃

42 ישועו ואין מושיע על יהוה ולא ענם׃

43 ואשחקם כעפר על פני רוח כטיט חוצות אריקם׃

44 תפלטני מריבי עם תשימני לראש גוים עם לא ידעתי יעבדוני׃

45 לשמע אזן ישמעו לי בני נכר יכחשו לי׃

46 בני נכר יבלו ויחרגו ממסגרותיהם׃

47 חי יהוה וברוך צורי וירום אלהי ישעי׃

48 האל הנותן נקמות לי וידבר עמים תחתי׃

49 מפלטי מאיבי אף מן קמי תרוממני

Non tam elucet diuinæ prouidentiæ virtus in leuioribus & facilioribus, quàm in difficillimis & penè impoſſibilibus, per hominem imbecilli naturæ mei ſimillimum expediendis.

42 Dei auxilium fruſtra implorabant improbi, aduerſus conſilium tuum agentes.

44 Superatis periculis, bellis compoſitis, reliquum erat populi ſtudia mihi conciliare varia illa, & plerumq. temeraria atque inſolentia, ſed omnia tu breuiſſimè pacaſti, atque adeò non meam gentem modò ad obſequium, ſed finitimas ad timorem & reuerentiam mei conuertiſti.

47 Epilogus, quo redit vates ad gratulationem ac Dei laudē, quam perpetuam in orbe fore vaticinatur.

Liberum

מאיש חמס תצילני׃

Liberum ab iniuſtis conatibus vſque ferocis
Me dedit ille viriq́ue potentis.

50 על כן אודך בגוים יהוה ולשמך אזמרה׃

50 *Ergo tuas* IAS *laudes per regna per omnes*
Ipſe memor referam bene gentes.
Carminibusq́ue tuum celebrabo in tempora nomen
Gentibus à cunctis referendum.

51 מגדל ישועות מלכו ועשה חסד למשיחו לדוד ולזרעו עד עולם׃

51 *Te mihi ſacrato regi auctoremq́ue ſalutis*
Cantabunt ſemperq́ue fauentem:
Teq́ue Dauid regnum ac ſobolem creuiſſe benigne
Cuncta canent ex ordine ſæcla.

PSAL. XIX.
Cæli enarrant gloriam Dei.

ARGVMENTVM.

PSALMVS hic continet omnes rationes cognoſcendi Deum, ætatumque omnium, Naturalis, & ſcriptæ legis atque gratiæ ſummam indicat. Docet inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt conſpici hominibus, qui oculis ac ratione rectè vtuntur, quamuis nulla alia diſciplina inſtructis. hæc eſt prima Pſalmi pars.

1 למנצח מזמור לדוד׃

1 *Ad præſtantem, Pſalmus Dauid.*

ODE SAPPHICA.

2 השמים מספרים כבוד אל ומעשה ידיו מגיד הרקיע׃

2 FORTIS *immenſum decus & potentis*
Dexteræ numen docet inde apertum
Siderum curſu radiante cælum,
Narrat & æther.

3 יום ליום יביע אמר ולילה ללילה יחוה דעת׃

3 *Dicit hinc certis numeris dierum*
Ordo; nec fuſcos variata vultus
Nox tacet, magni aut patitur latere
PRINCIPIS *artem.*

4 אין אמר ואין דברים בלי נשמע קולם׃

4 *Nullus eſt ſermo ſonitusq́ue verbis*
Qui ſibi lucis ferat aut polorum
Vocem inauditam; ſonat illa ſurdis
Auribus vſque.

2 Superior, inquit, & inferior cælorũ regio ſchola eſt, qua homines vel ipſo tantùm ſpectaculo illius diſcordis concordiæ rerum atque effectuum ab ipſa editorum docentur Dei ſapientiã & virtutem ſempiternam.

3 Illæ prælectiones huius ſcholę nũquam intermittuntur, imò aſſiduę ſunt; nam dies ſuam partem docet, nox rurſus etiam ſuã. neque opus eſt longo itinere, vt perueniatur ad ſcholam hãc, namque ipſa omnes homines vbique continet.

4 Neque varias linguas diſcere opus eſt, in quibus hæc ſapientia contineatur; namque cælorum ſermo cunctis eſt notus, & vox etiam ſine ſono vllo auditur.

5 *Quà patent terræ, penetrant canentis*
Ætheris versus, sonat & rotatus
Vltimis cursu properante sermo
Finibus orbis.
Is domum in cælis posuit serenis
Luminis soli celeri ministro;
6 *Qui velut sponsus thalamis decorus*
Emicat altis.
Ille ceu doctus superare cursor
Prodit exultans, volat & reuersus,
Fine ab extremo repetitque metæ
Signa petitæ.
7 *Qui licet cæli teneat remotas*
Orbitas alti, tamen vsque ad imas
Efficax terræ validis cauernas
Ignibus intrat.
8 *Quam tamen puram tulit almus* IAS,
Lex valet lassam recreare mentem,
Et rudem dictis docilem disertis
Instruit IAS.
9 *Mandat is quidquid penitus probandum,*
Corda permulcens iuuat; ille quidquid
Præcipit, purum est, oculosque claro
Lumine complet.
10 *Castus est* IAE *timor ac perennis,*
Iura sunt IAE *quibus ipsa iusti*
Veritas mater, quibus ipsa & æqui
Munera fulgent.
11 *Splendidis gemmis potiora & auro,*
Mella quæ vincunt, fluidum & fauorum
Nectar, & quidquid placet appetenti
Dulcius ori.

5 בכל הארץ יצא קום ובקצות תבל מליה נם לשמש שם אהל בהם׃

6 והוא כחתן יצא מחפתו ישיש כגבור לרוץ ארח׃

7 מקצה השמים מוצאו ותקופתו על קצותם ואין נסתר מחמתו׃

8 תורת יהוה תמימה משיבת נפש עדות יהוה נאמנה מחכימת פתי׃

9 פקודי יהוה ישרים משמחי לב מצות יהוה ברה מאירת עינים׃

10 יראת יהוה טהורה עמדת לעד משפטי יהוה אמת צדקו יחדו׃

11 הנחמדים מזהב ומפז רב ומתוקים מדבש ונפת צופים׃

1 Ipsi præceptores, cælum, dies, nox, æther, & cæteri, suas sententias perferût in omnes hominum regiones, hoc est, suis moribus & efficiêtiis omnes, qui instrui velint, instruunt.

Inter hos præcones & prælectores vnus maximè conspicuus est sol, qui lumine efficientisque suis omnia lustrat & pernadit, idque celerrimè.

7 Quod si quispiam cæcus sit, qui solem sibi visum neget, at non negare potest caloris sensum, qui ad infimas vsque terræ & maris partes penetrat.

9 Secunda Psalmi pars.

Quanquam magna, clara, & manifesta sit doctrina, quæ ex naturæ contemplatione Deum cognoscere docet, tamen lex ab ipso Deo lata & publicata, singulari beneficio longè melius ac plenius animos hominũ non modò erudit, verùm docet, instruit, illustrat & afficit, nãque hæc non tantùm naturales, sed supernaturales & morales disciplinas continet.

10 Illa lex scripta rectéque cognita, Domini timorem in hominum animis efficit, qui initium sapientiæ, disciplina sapientiæ, & corona sapientiæ est. continet lex illa æquitatis ac iuris fundamenta omnia. continet omnia quæ scitu vtilia sunt, elegantissima oratione pertractata.

Adde

גם עבדך נזהר בהם בשמרם עקב רב׃ 12 *Adde quòd te qui colit, ille dictis*
Accipit certus, ſibi magna tandem
Eſſe te magno officij patrono
Præmia culti.

12 Continet lex diuina veram bonorum & malorum finis cognitionem.

שגיאות מי יבין מנסתרות נקני׃ 13 *Quis tamen lapſus celeres ad unguem*
Præcauet doctus? precor expiato
Quod mihi errorum latitare cæco in
Pectore noſti.

13. 14. Sed cùm lex illa peccatum & concupiſcentiam peccati euellere non poſſit, reliquum eſt Euangelium, quod credentibus & obedientibus ſanctum Dei Spiritum promittit & donat tãdem per Chriſtum, in quem omnes prophetæ intendebant: illius ſpiritus virtute & efficientia ſuperantur etiam occulta & latentia veteris hominis vitia, & purgantur.

גם מזדים חשך עבדך אל ימשלו בי אז איתם ונקיתי מפשע רב׃ 14 *Motibuſque idem famulum ſuperbis*
Subtrahe, heu ne me ſuperent; ego tunc
Integer, culpa procul & manebo
Purus & inſons.

יהיו לרצון אמרי פי והגיון לבי לפניך יהוה צורי וגאלי׃ 15 *Vt probes oris bona dicta noſtri,*
Votaque ut præſens animi ſecundes;
Robur es magnum, meus & redemptor
Et decus IAS.

15 Hoc à te impetrare maximum beneficium, Deus mi, cupio, à te, inquam, miſericordiſſimo & efficaciſſimo.

PSAL. XX.

Exaudiat te Dominus.

ARGVMENTVM.

DAVID rege ad finitimos hoſtes debellandos pacemq́, populo conſtituendã, expeditionẽ faciente, pius & ſalutis publicę ſtudioſus populus vota ſuſcipit, quibus regem Deo commendaret optimo, ſoſpitali atque Eccleſiæ ſuæ amatori, cuius præſidio ipſe populus regi victoriam, & ſibi ipſi proſperitatem promittit. hoc eſt Pſalmi ad literam argumentum, quod reapſe atque prophetæ conſilio ad Chriſtum propriè pertinet, cuius imaginem Dauid multis in rebus tulit.

2 Vt Iacob ex humili conditione atque trepidatione ac metu fratris, Dei, virtute ac numine ſublatus eſt ad dignitatem nominis Iſrael: ſic tu Dauid ex hoſtili bello atque bellicis difficultatibus euades victor & lætus ad populi tranquillitatem. Sic tu Chriſte ex illa maximaexpeditione, quam completurus es in Ieruſalem, victor ac triumphans, orbiq́ue omni ſalutaris exiſtes.

למנצח מזמור לדוד׃ 1 *Ad præſtantem, Pſalmus Dauid.*

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

יענך יהוה ביום צרה, ישגבך שם אלהי יעקב׃ 2 *DVris temporibus tua*
IAS *vota, bonus protegere, audiat:*
Et quo iam ex humili pater
Iacob, emineas nomine tu Dei.

ישלח עזרך מקדש ומציון יסעדך׃ 3 *Ille è ſede tibi ſacra*
Adſit, rupe & opem ferre Sionia;

4 Expeditionum initia à sacrificiis auspicabantur antiqui. Christus idem fecit in sacraméti Eucharistię admirabili arcano.

4 *Illum & thura vocent, pio*
Quæ permixta dabas plurima munere:
VSQVE *aris tibi quod sacris*
Fumat, gratificos in cineres eat.

5 *Ille & pectore ab intimo*
Quæ nunc vota cies, promoueat volens:
Et quod consilio graui
Vrges, prosper iter propositum beet.

6 Populus pace iam per victoris virtutem regis parta, carmina gratulatoria communi plausu canenda vouet.

6 *Nos cantabimus obuij*
Te læti & reduce & sospite; tunc Dei
Nostri nomen amabile
Hastis impositum signiferis chorus
Tollet; cùm tibi prospera
IAS *vota dabit prouidus omnia.*

7 Enthusiasmus propheticus, quo voti sui secundationem à Deo sibi populus promittit.

7 *Iam mens certa refert mihi*
IAM *mirifico numine dexterum,*
Vnctum qui incolumem suum
Orantem excipiat sedibus è poli:
Hunc & vindice numine
Ac dextræ validis viribus eruat.

8 Salutem populo pio non humana aut virtute aut arte, sed Dei voluntate & prouidẽtia afferẽdam cognouimus, idque nostris carminibus exponemus.

8 *Hi currus celebrent citos;*
Hi iactent & equos atque equitum manus;
At noster memor in Dei
IAE *plausus erit nomine plurimus.*

9 *Illis crura cadentibus*
Sunt curuata; dabit sistere nos Deus;
Qui nos amplificat Deus,
Qui nos vlterius crescere prouehit.

10 Apostrophe, qua votũ repetitur, & supplicatio fit publicè.

10 IAS *tu incolumem dabis*
Regem: iam facilis sentit & approbat
Quas fundit populus preces,
Illum quo petimus solliciti die.

4 יזכר כל מנחתיך ועולתך ידשנה סלה:

5 יתן לך כלבבך וכל עצתך ימלא:

6 נרנינה בישועתך ובשם אלהינו נדגל ימלא יהוה כל משאלותיך:

7 עתה ידעתי כי הושיע יהוה משיחו יעננהו משמי קדשו בגבורות ישע ימינו:

8 אלה ברכב ואלה בסוסים ואנחנו בשם יהוה אלהינו נזכיר:

9 המה כרעו ונפלו ואנחנו קמנו ונתעודד:

10 יהוה הושיעה המלך יעננו ביום קראנו:

PSAL. XXI.

Domine in virtute tua lætabitur rex.

ARGVMENTVM.

SVPERIORIS voti continuationem continet hic Psalmus, peracto iam sacrificio, & rege ad expeditionem proficiscente, qui totus diuinæ virtuti cùm niteretur, certam sibi iam promittebat victoriam. hanc autem spem sibi confirmat populus exemplis iam spectatis secundarum rerum & prosperitatis regis à Deo editis. additur exhortatio ad regem, & promissio victoriæ ac triumphi; ex hostibus omnino superatis & excisis, vouetur carmen gratulatorium Deo salutari.

א למנצח מזמור לדוד׃

1 *Ad præstantem, Psalmus Dauid.*

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

ב יהוה בעזך ישמח מלך ובישועתך מה יגיל מאד׃

2 IAS *tuo Rex munere præpotens*
Exultat, ô quæ gaudia sospitem

ג תאות לבו נתתה לו וארשת שפתיו בל מנעת סלה׃

3 *Tentant; cupitam qui salutem*
VSQVE *refert duce te & petitam.*

ד כי תקדמנו ברכות טוב תשית לראשו עטרת פז׃

4 *Hunc tu beare & diuite copia*
Pergis bonorum; & prouidus efficis,
Vt regnet æternùm nitenti
Ille caput decoratus auro.

ה חיים שאל ממך נתתה לו ארך ימים עולם ועד׃

5 *Vitas roganti largior annuis*
Post sæcla, totos viuere per dies;

ו גדול כבודו בישועתך הוד והדר תשוה עליו׃

6 *Huiusque seruati patronus*
Amplificas decus atque laudem.

ז כי תשיתהו ברכות לעד תחדהו בשמחת את פניך׃

7 *Hic prosper omni tempore permanet,*
Vultusque lætus luminibus tui:

ח כי המלך בטח ביהוה ובחסד עליון בל ימוט׃

8 *Nam fretus* IAE *rex superni*
Muneribus stabilis fruetur.

ט המצא ידך לכל איביך ימינך תמצא שנאיך׃

9 *Iam tu inuidentum victor & hostium*
Præsente fundes agmina dextera:

י תשיתמו כתנור אש לעת פניך יהוה באפו יבלעם ותאכלם אש׃

10 *Fornacis hos* IAS*que flammis*
Tempore non dubio peruret.

יא פרימו מארץ תאבד וזרעם מבני אדם׃

11 *Fructumque gentis, semina & improbæ*
Summota terris atque hominum choris
Tolles,

1 Imaginem & rem vna oratione significat Psalmus.

2. 3. Ex regij animi constantia, alacritate et promptitudine promittimus nobis victoriam, te Deo auctore.

4 Qui multis argumentis ostendisti regem hunc tibi dilectum esse, Dauid, inquam, dilectum, sed Christum dilectissimum.

5 Vitas huius sæculi & futuri petiuit Dauid, ex Dei benignitate obtinuit, sed Christus veras vitas excellenti ratione suis impetrauit & tribuit.

7 Apertè hîc regnum Christi significatur.

9 Dauid visibiles hostes, Christus visibiles etiam, sed maximè inuisibiles omnium atrocissimos vicit, fudit & perdidit: hoc præcinebat futurum vates.

11 Dauid nationes quasdam prorsus deleuit: Christus peccata & semen peccati, hoc est, corpus peccati, abstulit.

12 *Tolles, malorum quæ labores*
Mente tibi inualida parabat.

12 כי נשוא עליך רעה חשבו מזמה בל יוכלו

13 finistros ante hum.] Habitus est eorũ qui arcu iaculantur.

13 *Hos tu ſiniſtros ante humerum tibi*
Fallente nunquam conſtitues manu,
Et certus in proſpecta neruos
Expedies iaculator ora.

13 כי תשיתמו שכם במיתריך תכונן על פניהם׃

14 Sanctificabitur nomen tuum, tuque victoriæ ac triumphi auctor cognoſceris. idque nos cantibus & plauſibus celebrabimus.

14 IAS *tuo te robore præpotens*
Victorem & altè conſpicuum dabis;
Nos iſta mirati ſequemur
Carminibus fidibuſque geſta.

14 רומה יהוה בעזך נשירה ונזמרה גבורתך׃

PSAL. XXII.

Deus Deus meus reſpice in me.

ARGVMENTVM.

PLANE propheticus eſt Pſalmus: neque video qua parte conuenire rebus Dauid poſſit, cùm totus omnino Chriſti rebus quadret. Fuit autem cõpoſitus à propheta Chriſti agonem illum acerbiſſimũ contemplanti & præuidenti: Chriſti, inquam, in cruce pendentis totius mundi peccatis à ſe ſuſceptis preſſi, ac diuinæ iræ plagas & pacis noſtræ diſciplinam ſuſtinentis: aduerſariorum iniuriis, maledictis, & contumeliis oneratis laborum ſuorum exitus Deo patri commendantis, quem proſperum & omni orbi vtilem ac ſalutarem futurum ipſe Chriſtus ſperans, diuinarum laudum publicè & priuatè decantandarum voto ſibi confirmat.

1 *Ad præſtantem ſuper ceruam auroræ.*
Pſalmus Dauid.

1 למנצח על אילת השחר מזמור לדוד׃

ODE DICOLOS TETRASTROPHOS.

2 Chriſtus tempore quo poteſtas tenebris facta eſt, acerbiſſimè percuſſus fuit, patre permittente, atq adeò interim deſerente, dũ illa hora tranſiret, vt illius liuore nos ſanaremur.

2 O FORTIS *mihi, mi* FORTIS *ades mihi,*
Cur me terribili tempore deſeris?
Cur ſemota ſalus, dum rugio dolens,
A verbis profugit meis?

2 אלי אלי למה עזבתני רחוק מישועתי דברי שאגתי׃

3 *Totam luce Deus te voco per diem;*
Reſpondes tamen haud tu mihi; noctibus
Appello vigil, heu nec modus additur
Clamandi, aut requies mihi.

3 אלהי אקרא יומם ולא תענה ולילה ולא דומיה לי׃

Sed

4 ואתה קדוש יושב תהלות ישראל׃

4 *Sed tu ſanctus eras, ſanctus & inſides,*
Atque immota tenes numina laudibus
Olim culta bonis, quas tuus Iſrael
Miris concinuit modis.

4 Tua illa magna potentia virtusque ſempiterna, qua te probaſti ſingularem populi tui tutorem & conſeruatorem, manifeſtè conſtitit & conſtat; tua etiam magna miſericordia & prouidétia, qua vocatus piis ſemper affuiſti.

5 בך בטחו אבותינו בטחו ותפלטמו׃

5 *Tu noſtris proauis ſpes Deus efficax,*
Quos ſpes certa dedit viuere ſoſpites:

6 אליך זעקו ונמלטו בך בטחו ולא בושו׃

6 *Hos clamore citius dum rapis è malo,*
Speraſſe haud puduit viros.

7 ואנכי תולעת ולא איש חרפת אדם ובוזי עם׃

7 *Nunc ſum vermis ego, non vir, & infimum*
Quem ducunt homines dedecus, vt vides:

7 Harum tuarum virtutum efficientia opus eſt mihi ad infimum humilitatis locum deducto, atque ab hominibus deriſo, quaſi à te ſim derelictus, & dignè mea culpa hoc ſupplicium luam. ſarcaſmi & irriſiones atque inſultationes ipſis corporis cruciatibus leuiores minimè mihi ſunt.

8 כל ראי ילעיגו לי יפטירו בשפה יניעו ראש׃

8 *Deriſor populus me labiis petit*
Inſanis, caput & mouet.

9 גל אל יהוה יפלטהו יצילהו כי חפץ בו׃

9 *Hic* IAM *in ſolidum vertitur, vt rota,*
Euadat dubiis hoc duce caſibus;
Hunc ipſe eripiet, linquite, namque amat
Dilectumque ſouet Deus.

10 כי אתה גחי מבטן מבטיחי על שדי אמי׃

10 *Alui aſt ipſe tamen de latebris tener*
Erupi expoſitus numine iam tuo:
Tu me, dum genitrix vbere paſceret,
Iam ſpe fulcieras bona.

Myſterium admirabilis generationis Chriſti.

10. 11. Sed quod ad humanitatē pertinet, etiā ego à te ex angustiſſimo loco mirabiliter ſum eductus in lucem, adeò vt mea genitura, mea natiuitas, mea educatio ſuper naturę vices tibi vni auctori accepta referatur.

11 עליך השלכתי מרחם מבטן אמי אלי אתה׃

11 *Dumque ipſe ex vtero ſoluerer, vnicus*
Tu exceptor fueras; matris in intimis
Tu mi FORTIS *eras viſceribus Deus*
Mirandisque modis pater.

12 Ergo qui me ex illis vteri materni anguſtiis & infantiæ imbecillitate ad vitæ vſum integrum deduxiſti, perfice in me id, quā ob rem natus ſum in mundo, adſis mihi in hoc labore, quem vni mihi ſuſceptum & toleratum eſſe voluiſti: maximè cùm nullum habeam adiutoré prę-ter vnum te, cæteros omnes qui me ambiunt, aduerſarios ſæuiſſimos ſentiens.

12 אל תרחק ממני כי צרה קרובה כי אין עוזר׃

12 *Anguſtis igitur dum propius premor*
Rebus, ne abfueris longius: en mihi,
(Ni tu præſidio ſubuenias citò)
Mortale auxilium vacat.

13 סבבוני פרים רבים אבירי בשן כתרוני׃

13 *Tauri.*] Viſibiles & inuiſibiles inimici validiſſimi, quorum imperum Chriſtus pro nobis ſuſtinuit, & noſtra cauſa perfregit.

13 *Vt tauri innumeri me obſideant vides,*
Quot Baſſan validos ſaltibus educat:

14 פצו עלי פיהם אריה טרף ושאג׃

14 *In me os, quæ eſt rabies ſæua leonibus,*
Et rictus patulos ſerunt.

14. 19. Conditio Christi secundum carnem, eo tempore quo languores nostros tulit.

15 *Instar fluxit aquæ & dispersit vigor,*
Et corpus fluidis soluitur artubus
Vt cera, in mediis visceribus nimis
Cor pressum mihi liquitur.

טו כמים
נשפכתי
והתפרדו כל
עצמותי היה
לבי כדונג נמס
בתוך מעי׃

16 *Vis, ceu testa recens cocta, peraruit;*
Hæret lingua rigens faucibus asperis:
Qualis mortis inest pulueribus color,
Est pellis mihi lurida.

טז יבש כחרש
כחי ולשוני
מדבק מלקוחי
ולעפר מות
תשפתני׃

17 Canes dicuntur in Scriptura, allegoricos Gétiles, quibus ministris Iudæi usi sunt ad crucifigendũ Christum.

17 *Nam me prærabidi turba nocens canes*
Circumducta feris rictibus obsidet;
Perfodere meas cum pedibus manus
Frendens vnguibus vt leo.

יז כי סבבוני
כלבים עדת
מרעים הקיפוני
כארי ידי ורגלי׃

Perfodere.] Sic habet antiqua Hebraica lectio. quidam codices habent: vt leo manus meæ. vtraque lectio simul aptissimè conuenit Christo.

18 *Ossa vt cuncta ego iam dinumerem mea,*
Me cerno: ast oculis inuida perfidis
Hæc me turba videt, spectat & insolens,
Irridetque meam vicem.

יח אספר כל
עצמותי המה
יביטו יראו בי׃

19 *Diuisere meas, ceu spolium, sibi*
Vestes: ac tunicam diuidi inutilem
Sortis iudicio tollere singuli
Contendunt, cupidè & petunt.

יט יחלקו בגדי
להם ועל לבושי
יפילו גורל׃

20 IAS *tu mihi nunc non procul hæseris,*
Fer mi fortis opem, sed propera ô vigor:

כ ואתה יהוה
אל תרחק
אילותי לעזרתי
חושה׃

21 *Ex ferro hanc animam protinus vnicam*
Defende èque canum manu.

כא הצילה
מחרב נפשי
מיד כלב
יחידתי׃

22 Diabolus crudelissimus ad omne sæuitiæ genus instigabat eos qui Christũ crucifixerunt, si quomodo posset salutis negotium interturbare.

22 *Tu me de rabidis eripe rictibus,*
Queis pressum impatiens me lacerat leo;
Et queis me validus rhinoceros iacit,
Altum cornibus excipe.

כב הושיעני
מפי אריה
ומקרני רמים
עניתני׃

23 Ad vitam restitutus Christus, æterni patris virtutem discipulis suis demonstrauit per Spiritum sanctum: id quod futurũ in ipso mortis articulo etiam sibi promittebat Iesus Christus.

23 *Sospesque ipse tuam fratribus omnibus*
Virtutem referam, nominis ac tui
Tunc laudes recinam cœtibus integris
Mirantum, ac repetam frequens.

כג אספרה
שמך לאחי
בתוך קהל
אהללך׃

IAM

24 יראי יהוה הללוהו כל זרע יעקב כבדוהו וגורו ממנו כל זרע ישראל:

24 IAM *qui colitis, laudibus inclitis*
Cantate, altisonis tollite plausibus
LVCTATI *soboles, semen & Israel;*
Sacro suscipite hunc metu.

LVCTATI.] Idem significat Iaacob Hebræis, quod Luctatus Latinis.

25 כי לא בזה ולא שקץ עניות עני ולא הסתיר פניו ממנו ובשועו אליו שמע:

25 *Namque ille haud inopes prospicere abnuit,*
Nec fastu miserum despicit inuido,
Nec vultus famulo distinuit sacros,
Sed præsens querulum audijt.

25 Ex cognita Dei natura, & experimentis perspecta sibi, atque corpori suo mystico, salutem & vitam præsagit Christus.

26 מאתך תהלתי בקהל רב נדרי אשלם נגד יראיו:

26 *Vnum te referet laus mea principem*
Audita innumeros per populos: tibi
Soluam vota pios inter ouans choros,
Magnum qui metuunt Deum.

26. 27. Omnia hæc plena sunt mysteriis efficacitatis Christi Iesu à mortuis excitati.

27 ואכלו ענוים וישבעו יהללו יהוה דרשיו יחי לבבכם לעד:

27 *Libabitque epulas turba modestior;*
Et lætum peragent hunc saturi diem:
IAM *qui celebrant, laude canent noua;*
Viuant corda diu pia.

28 יזכרו וישבו אל יהוה כל אפסי ארץ וישתחוו לפניך כל משפחות גוים:

28 *Telluris memores vndique termini*
IAM *deposita stultitia petent,*
Quem diuisa locis agmina Gentium
Votis supplicibus colent.

28 In vniuerso mundo prædicandum erat Euangelium crucis & resurrectionis Christi.

29 כי ליהוה המלוכה ומושל בגוים:

29 IAS *regnum etenim iure tenet suo;*
Huic cedetque hominum cuncta potentia:
Ille æquo varias (nam sapit, & valet)
Gentes imperio regit.

29 Regnum Dei diuina potentia in hominibus stabiliédum post Christi resurrectionem.

30 אכלו וישתחוו כל דשני ארץ לפניו יכרעו כל יורדי עפר ונפשו לא חיתה:

30 *Et quotquot saturat delitiis ferax*
Tellus, cum dapibus suscipiam meis;
Mirati superûm munera, supplices
Grates exolüent pij.
Hoc præsente graui corruet impetu,
Quisquis delituit puluere sordido,
Cuius non animam numine viuido
Magnus restituit pater.

30 Arcana significatio donorum Spiritus sancti, per Christum distribuendorum.

Excæcatorum, qui Euangelio non crediderint & obtemperauerint, exitus.

32 *Sed ſemen, placido pectore quod colet*
Illa ætate Deum, cedet amabilem
Conſcriptum Domini ac principis in gregem,
Iunctum ciuibus & poli.

32 זרע יעבדנו
יספר לאדני
לדור׃

33 In nobis completa eſt prophetia hæc.

33 *Illi pòſt genito iuſtitiam Dei*
Narrantes populo, nuntia deferent:
Dicent pollicitis denique vt efficax
Numen conſtiterit ſuis.

33 יבאו ויגידו
צדקתו לעם
נולד כי עשה׃

PSAL. XXIII.

Dominus regit me.

ARGVMENTVM.

EORVM qui ſeſe curæ & prouidentiæ miſericordiſſimi Dei regendos commiſerint, feliciſſimam, ab omni graui animorũ periculo & difficultate maximè alienam, omni oportunarum ad ſalutem rerũ copia affluentem conditionẽ hoc Pſalmo, ſub paſtoris & pecoris imaginibus, depingit Dauid, vtriuſque Teſtamenti tempora ſignificans.

1 *Pſalmus Dauid.* 1 מזמור לדוד

ODE SAPPHICA.

1 Diuinæ legis doctrina paſcitur animus meus, ſalutifero cibo, iis qui ſe regendos Deo miſericordi tradunt.

DVm ſalutaris mihi paſtor IAS יהוה רעי לא
Conſulit, felix ego nil egebo, אחסר׃
2 *Ille me caulis ſtabulat virenti* 2 בנאות דשא
Gramine lætis. ירביצני על מי
Ille me lenis fluuij quietos מנחות ינהלני׃
Riuulos propter medium per æſtum
Ducit, ac lympha recreat liquenti hæc
Languida membra.

Quo poſſim pabulum illud diuinæ legis commodè concoquere, & in meam ſalutẽ ac vitam digerere, diuina gratia eodem auctore reficior.

3 Hoc paſtore omnẽ vitæ curſum rectè inſtituo, & ab omnibus difficultatibus & erroribus auertor.

3 *Callibus rectis bonus atque iuſtis* 3 נפשי ישובב
Orbitis ducet pecus, & vaganti ab- יבחני במעגלי
uertet errore: hæc bene certa cura eſt צדק למען שמו׃
Nominis almi.

4 Huius præſidio ac doctrina, huius verbo confiſus, nullum vel maximum periculum non ſuperabo.

4 *Pone me, lethi ad tenebras, profundis* 4 גם כי אלך
Vallibus, pallens vbi ſemper horror בגיא צלמות לא
אירא רע כי

Excubat;

אחרית עמדי שבטך ומשענתך המה ינחמני:

Excubat; nulla hîc mala te pericla
Rege timebo.
Quem geris dextra, baculus, potenti,
Et pedum, cunctis metuenda monstris
Arma, ſecurum inſidiis iubent me
Viuere cunctis.

Timor Dei efficaciſſimus, quo quiſquis affectus purè eſt, neminem alium timet, neque dæmonem ipſum.

5 תערך לפני שלחן נגד צוררי דשנת בשמן ראשי כוסי רויה:

5 *Inuido atque hoſti ante oculos refertam*
Inſtruis menſam mihi tu, caputque
Dum bibo plenis pateris, fragranti in-
ungis oliuo.

5. Reſtat autem mihi alius paſtus, alius cibus per te exhibendus Chriſti virtute, quo planè ſaginer cęleſtibus donis.

6 אך טוב וחסד ירדפוני כל ימי חיי ושבתי בבית יהוה לארך ימים:

6 *Quin beans virtus tua me ſequetur,*
Luce dum vitæ fruor hac ſerenæ;
Mox dies IAE *innumeros beata vt*
Verſer in aula.

6 Id fiet cùm tu non ſolùm in futura, ſed in hac etiam vita Spiritum ſanctum tuum mihi donaueris.

PSAL. XXIIII.
Domini eſt terra, & plenitudo eius.

ARGVMENTVM.

PSALMVS hic noui Teſtamenti myſteriis plenus, à Dauid decantatus eſt ſolenni aliqua pompa, cuiuſmodi fuit illa qua tranſlata eſt arca ex domo ObedEdom Hieroſolymam. in quo magnam diuinæ maieſtatis miſericordiam erga Iſraelitas præſtitam celebrat vates. Nam cùm Deus ſit totius terræ orbis Dominus, ſingularis gratiæ ac prouidentiæ ſuæ exempla edere voluit in Eccleſia, quæ olim apud Iſraelitas, nunc apud Chriſtianos eſt; in qua Eccleſia ipſe certa ac ſingulari tutela atque cura conſulit familiaribus ſuis; quorum certa ſigna deſcribuntur. ij ſunt qui piè viuere volunt. eos admiſſos ille ſuſcipit, & magno numine protegit, ſeſe illis præſentem multis beneficiis exhibens, magna cum maieſtate & tremenda cæteris gentibus.

1.2. Omnis terra ſubeſt Deo gubernatori, omnes homines à Deo curantur, atque ad agnitionem veritatis vocantur; ideo terram Deus non modò ſolidam fecit, quam poſſent homines peragrare, ſed mari interiecto ac fluminibus frequentibus ductis, eam habiliorem ad hominum communicationem reddidit: in eadem ſuam domum ipſe locauit, quæ ab hominibus adiri poſſit, verùm non omnibus; ſed qui virtutis ac pietatis rectam atque expeditam viam inſiſtunt.

Pſalmus Dauid.

1 לדוד מזמור

1 ODE DICOLOS DISTROPHOS.

ליהוה הארץ ומלואה תבל וישבי בה:

TErra parens opibus plena, & quos cõtinet orbis
Magni IAE *ſunt ſæcla virorum.*

2 כי הוא על ימים יסדה ועל נהרות יכוננה:

2 *Is terram ſuper impoſuit maria omnia firmam;*
Fluminibusque aptauit agendis.

3 מי יעלה בהר יהוה ומי יקום במקום קדשו:

3 *Quis nam* IAE *ſubeat montem, loca ſancta tenere*
IAE *quis poterit pede recto?*

4 נקי כפים ובר לבב אשר לא נשא לשוא נפשו ולא כשבע למרמה׃

4 *Immunes quiſquis palmas extendit in altum;*
Cui nullis tumidum eſt vitiis cor.
Quiq. animo vanum cupijt nihil improbus, arte &
Iurando ſemotus ab omni eſt.

5 ישא ברכה מאת יהוה וצדקה מאלהי ישעו׃

5 *Hunc charum & iuſtum, numeroſa ac dote beatum*
Rex ſuus efficiet bonus IAS.

6 זה דור דורשו מבקשי פניך יעקב סלה׃

6 *Hoc genus eſt ſobolesque illum quærentis Iacob,*
Lumina qui tua viſere tendunt.

Vos portæ.] Huiuſmodi carminibus celebrabatur Dei maieſtas, cùm arca inferretur in terrã Chanaan, vnà cum tabernaculo & populi exercitu; ité cùm transferretur arca Hieroſolymam; ſed apertè ſignificatur Dei & Chriſti eius triumphus, qui Euangelij enũtiatione, Domino confirmante, per totum orbem ducendus à vatibus prędicabatur.

7 שאו שערים ראשיכם והנשאו פתחי עולם ויבוא מלך הכבוד׃

7 *Vos portæ mundi, & vos oſtia tollite limen,*
Rex ſummi quibus intret honoris.

8 מי זה מלך הכבוד יהוה עזוז וגבור יהוה גבור מלחמה׃

8 *Quis nam iſte immenſi penitus rex dignus honoris,*
Cui porta eſt anguſtior orbis?
Armipotens IAS *qui fortia prœlia vincit,*
IAS, *numine qui omnipotens eſt.*

8 Qui fortia prœlia vincit, cuius numine hoſtes viſibiles & inuiſibiles ſuperantur, Aegyptij, Chananæi, Palæſtini, Græci, & tandem peccata, ac diabolus.

9 שאו שערים ראשיכם ושאו פתחי עולם ויבוא מלך הכבוד׃

9 *Vos portæ, & mundi vos oſtia tollite limen,*
Rex alti quibus intret honoris.

10 מי הוא זה מלך הכבוד יהוה צבאות הוא מלך הכבוד סלה׃

10 *Quis nam iſte æterni venit huc Rex dignus honoris,*
Quem capiunt minus oſtia mundi?
Agminibus magnis ille eſt qui præſidet IAS:
Huic, nam Rex eſt, plaudite, honoris.

1c Deus exercituum ſuperiorum & inferiorum.

PSAL. XXV.

Ad te Domine leuaui animam meam.

ARGVMENTVM.

MALA deprecatur miſericordiæ fide & ſpe, quibus præſtare ſe ait hoſtibus, qui mala fide & calumnia iniuriosè ſe opprimunt.

1 לדוד׃

1 *Dauidis.*

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON acroſticon, vt in Hebræo eſt.

אליך יהוה נפשי אשא׃

א *ATtollens animum, te peto, maximi*
IAS *præſidij te mihi* PRINCIPE

2 אלהי בך בטחתי אל אבושה אל יעלצו אויבי לי׃

2 ב *Blando, fidere fruſtrà*
Hoſtes me haud videant mei.

1. 2. 3. Gloriæ tuæ cauſa agitur, cùm quis in te verè ſperãs liberatur à periculis, id ego nominis tui ergò poſco.

Gentis

ג 3 *Gentis ne patere vt ſpes pereat piæ,*
Confundatque tuos ſollicitus pudor,
Sed qui vana petunt, téque
Auertunt, premat hos pudor.

ד 4 *Dexter ſiſte tuis me docilem vijs,*
IAS, *meque tuas inſtrue ſemitas,*

ה 5 *Hinc anquirere verum*
Duc me, quà valeam, tuum.

ו *Valde ſi ſoleo te mihi* PRINCIPEM
Exſpectare dies per ſolidos, meæ
Auctoremque ſalutis,
Me nunc diſcipulum doce.

ז 6 *Zelatorque tuis conſulito artibus,*
IAS, *orbe nouo nempe prioribus,*
Queis nos te proprium, queis
Clementem & canimus bonum.

ח 7 *Heu peccata quibus me iuuenem leuis*
Ætas diſtinuit, crimina & improba,
Ne cures memor IAS;
Me cura vt memor ac bonus.

ט 8 *Totus nempe bonus, rectus, & integer*
IAS *eſt; ideò gaudet amabilem,*
Quos peccata malignè
Fallunt, ducere per viam.

י 9 *Iure oppreſſa hominum corda reget bono,*
Deducetque ſua rectè humiles via,
Nunquam fallere quenquam
Certus, diſcere qui cupit.

כ 10 *Cunctæ, quas ſolet inſiſtere ſemitas*
IAS, *ſancta quibus fœdera ſint ſua, &*
Queis reſponſa placebunt,
Sunt verum atque benignitas.

3 גם כל קויך לא יבשו יבשו חבובדים ריקם׃

4 דרכיך יהוה הודיעני ארחותיך למדני׃

5 יחדריכני באמתך ולמדני כי אתה אלהי ישעי אותך קויתי כל היום׃

6 זכר רחמיך יהוה וחסדיך כי מעולם המה׃

7 חטאות נעורי ופשעי אל תזכר כחסדך זכר לי אתה למען טובך יהוה׃

8 טוב וישר יהוה על כן יורה חטאים בדרך׃

9 ידרך ענוים במשפט וילמד ענוים דרכו׃

10 כל ארחות יהוה חסד ואמת לנצרי בריתו ועדתיו׃

Iuſ æquitasque poſtulat, vt qui vanis diis vel conſiliis fidunt, ipſi pudefiant: non autem qui fiduciam ſuam in te vero & potentiſſimo Deo collocarunt.

4 Ipſe ego adeò tibi fido, adeò credo, vt nullam vitæ partem ſine numine, conſilio, & documento tuo tranſigere velim: te ducem, te principem miles ipſe, diſcipulus, atque cliens perpetuò ſequi, ſub tua diſciplina militare.

6 Propria tibi etiã eſt miſericordia, benignitas, et liberalitas, quibꝰ vſus es ante mũdum conditũ, quippe quòd mundum condideris, benignitatis tuæ fuit. igitur antiquũ te obtinere par eſt, cùm ſis Deus & immutabilis.

7 Peccata mea ſunt recentiora, & ex iuuentutis temeritate profecta. hæc mala ſunt, quorum me piget, occultata iam & abolita velim. tu antiquæ miſericordiæ, quam cõſtare ſemper decet, memor, obliniſcere meorum peccatorum.

8 Dei naturam appello cõſtantiſſimam, cuius voluntas eſt, deuios ad viam reducere, quos ſub militiæ ſuæ ſignis ſacramentũ præſtare & ſeruare nouerit.

10 Nihil eſt quòd fallar, nihil quòd deſperem, modò purè ſanctéq. velim pactũ eius obſeruare, quoniam Deus iis qui animo ſtudioque ſunt hoc, perpetuò clemẽter, miſericorditer, & conſtanter conſulit, quacunque via vel ſemita illos deducat.

Longè

11 Ideo ego agnoſcẽs meam prauitatẽ, Dei miſericordis nomen conſtantiſſimum efficaciſſimumque appello.

11 ל *Longè intorta licet ſit mihi prauitas,*
IAS, *miſſa tamen ſoluitur; hoc tuo*
Certè perfacile vſque eſt
(Nam IAS *dicere) nomini.*

11 למען שמך יהוה וסלחת לעוני כי רב הוא:

12 Vidimus multa exempla & perpetua ferè eorum, qui ſeſe Deo docendos ac regendos tradiderunt, quos ipſos proſperari & proſperitatis ſuæ hæredes filios ſuos reliquiſſe cognouimus.

12 מי זה האיש ירא יהוה יורנו בדרך יבחר:

12 מ *Magnum* IAM *metuens quis colet? optimam*
Certè diſcet enim doctior is viam:

13 נ *Namque is ſorte beatus*
Terræ ac ſemine principe eſt.

13 נפשו בטוב תלין חדעו יירש ארץ:

14 Quæ verò Deus oracula ſua arcana de miſericordia ſua illa maxima per Chriſtũ olim tribuenda timẽtibus ſe enuntiauit, illa certa fide & ſpe retinẽtur à piis, quam ob rem non dubito illius miſericordiam expoſcere.

14 סוד יהוה ליראיו ובריתו להודיעם:

14 ס *Sacra arcana pijs integra permanent*
IAE, *& quæ teneant fœdera dulcia*
Nullo tempore vana,
Digna ac perpetuò coli.

15 עיני תמיד אל יהוה כי הוא יוציא מרשת רגלי:

15 ע *Omnes ipſe meis luminibus dies*
IAM *proſpiciam, qui expediat meos*
Duri caſſibus hoſtis,
Firmetque incolumes pedes.

16 Et quoniam miſericordia in alienis miſeriis ſubleuandis ſpectatur, ipſe tibi mearũ rerum ſtatum afflictum expono.

16 פנה אלי וחנני כי יחיד ועני אני:

16 פ *Preſſum me atque hominum in cœtibus vnicè*
Deſertum miſerans reſpice, ab omnibus

17 צרות לבבי הרחיבו ממצוקותי הוציאני:

17 צ *(Sat cordi anxia cura eſt)*
Me diſcriminibus rape.

18 ראה עניי ועמלי ושא לכל חטאותי:

18 ר *Raptatum varijs ſæpè doloribus*
Afflictumque vide, ignoſceque turpibus
Cunctis criminibus, queis
Hæc ſum commeritus pati.

19.20. Miſericordiæ autem præcipuè eſt, ignoſcere peccatis, quę calamitatem & miſeriam effecerunt; itaq. morbum cum cauſa curare, tuum eſt, medici ſapiẽtiſſimi opus. Verum eſt me juſtè pati meos labores, ſed ego te appello miſericordem: at verò hoſtes mei indignè, hoc eſt, nullo ſuo iure me premunt, & te nõ inuocant, non colunt; decet ergo te potius mihi, quàm illis conſulere.

19 ראה איבי כי רבו ושנאת חמס שנאוני:

19 ר *Rurſus prævalidis aſpice viribus*
Hoſteis, inuidia heu quos agitat mei,
Nullo iure petentes
Me, ſed conſilio fero.

20 שמרה נפשי והצילני אל אבוש כי חסיתי בך:

20 ש *Sperantemque tuo præſidio erue,*
Et ſerua hanc animam, ſpes tua quam fouet;
Nec turbet famulum iſto
Confiſum auxilio pudor.

Theſau-

21 תם וישר יצרוני כי קויתיך׃

21 ת *Thesauris veluti vasa reconditis*
Sic me simplicitas seruet & æquitas;
Expecto facilem te,
A te subsidium peto.

2 Illi nullas virtutes afferunt, ad quas respicias, cùm sint potentissimi, malitiosi, et callidi. ipse verò, quãuis peccator, tamen simplicitatem & bonam mentem sine fallacia & fuco tibi propono, ad quę tu respicere soles.

22 פדה אלהים את ישראל מכל צרותיו׃

22 פ PRINCEPS *ipse tuum casibus arduis*
Susceptum redimas protinus Israel;
Vindexque eripe cunctis
Arctè queis premitur malis.

22 Decet autem te qui te Israelis Principem, & gubernatorẽ ac protectorem declarasti, illum ex angustis rebus eripere. itaque & priuato & publico nomine hoc efficies.

PSAL. XXVI.

Iudica me Domine, quoniam ego in innoc.

ARGVMENTVM.

VITAE suæ integritatem Deo examinandam, fouendam, & protegendam commendat Dauid: quam etsi ex humanæ carnis imbecillitate minùs absolutam & exactam confiteatur, attamen à malo studio, mala mente, ac pertinaci peruicacia, vel affectato errore alienam esse profitetur, idq. Deo probandum exponit, cuius misericordiam appellat, & clementiam ad ea expianda, quæ aliqua ex parte maculata & contaminata deprehendentur. Manifestum enim sibi esse ait, Deum exigere ab hominibus bonam voluntatem, studium, & conatum purum & integrum; quidquid verò desit ad exactissimæ sanctitatis puritatem, ipsius clementia & misericordia suppleri, interim dum ille diuinus spiritus nondum datus est, qui excoctis omnibus vitiis, animis hominum dat & velle & perficere pro bona voluntate.

א לדוד

Dauidis.

I

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

שפטני יהוה כי אני בתמי הלכתי וביהוה בטחתי לא אמעד׃

ME *suscipe* IAS *arbiter integris*
Vitæ ambulantem moribus; vnico
Sermone me iuuantis IAE
Non trepidus refugúsve, fido.

2 בחנני יהוה ונסני צרופה כליותי ולבי׃

2 IAS *paratus sæpè periculis*
Tentator vrens méque probans, age;
Committe flammis atque renes
Corque meum speculare viuis.

2. Voluntatẽ & mentem mihi simplicem & sanam esse, examinatis internis affectibus, iudicabis.

3 כי חסדך לנגד עיני והתהלכתי באמתך׃

3 *Promissa dicto certa satis tuo*
Constant apertos ante oculos mihi;
His (vera nam vigent) receptis
Quidquid ago, ingredior minister.

3 Fidem etiam in misericordia tua cõstantissimam ipse profiteor.

4 Me nec virorum vana mouentium
Vnquam assidentem concilio dedi,
Astuta nec me turba cæcis
Ducta viris comitem notauit.

5 Cœtus nocentum, & terribiles choros
Odi, profanum nil placuit mihi;
Sedisséque auersor malignis
Sedibus, & fugio remotus.

6 Firmare vt, IAS, hæc valeam, manus
Puris lauabo fontibus, ac tuam
Immunis aram sæpe circum
Ibo equidem, intrepidusque tangam:

7 Vt voce laudis confitear tibi
Præsente acutis auribus Israel;
Narremque miratus tuorum
Cuncta operum mihi quanta constent.

8 IAS amaui (scis etenim) tuæ
Ædis carentes crimine fornices,
Tentorij, & quæ tu decoras
Muneribus loca sancta magnis.

9 Ne (quæso) sensus addideris meos
Turbæ scelestûm, viuere, neu puter
Vixisse cum sæuis cruentûm
Agminibus socius virorum;

10 Incesta quorum fraus manibus viget,
Plena est iniquo dextera munere:
Tu me misertus (nam peregi
Integer) ô redime absolutor.

12 Immotus æquis moribus ac solo
Pes (non timebo) quin steterit meus,
IAM salutarem ac beantem
Cœtibus vt memorem refertis.

4 לא ישבתי
עם מתי שוא
ועם נעלמים
לא אבוא:

5 שנאתי קהל
מרעים ועם
רשעים לא
אשב:

6 ארחץ בנקיון
כפי ואסובבה
את מזבחך
יהוה:

7 לשמע בקול
תודה ולספר
כל נפלאותיך:

8 יהוה אהבתי
מעון ביתך
ומקום משכן
כבודך:

9 אל תאסף עם
חטאים נפשי
ועם אנשי דמים
חיי:

10 אשר
בידיהם זמה
וימינם מלאה
שחד:

11 ואני בתמי
אלך פדני
וחנני:

12 רגלי עמדה
במישור
במקהלים
אברך יהוה:

4 Consuetudine eorũ qui me corrumpere, à eóque abstrahere & abalienare possunt, quantum in me est, fugio & auersor.

Primùm enim eos qui apertè vana docent & disputant respui semper.

Deinde etiam eos qui occulta fraude aut malitiosa interpretatione ius, æquitatem & virtutẽ circumueniunt & produnt.

5 Nec iis addor, qui iniuriam per vim inferunt, neque qui peruersis causis & iudiciis alios opprimunt.

6 Adeó verum est me nullis huiusmodi criminibus teneri, vt coram te manibus innocentiá professus lotis, & altari tuo lustrato, te testem adhibens, possim pro concione legem tuá interpretari, & narrare mirabilia tua, illa quæ pertinent ad mores, hæc ad fidem, & tamen à nemine, vt præuaricator, reprehendar.

8 Ego enim cupio esse familiaris tuus, hocq. præcipuè optaui semper, vt in tuam domũ non indignè admittar, ad eamque rem me, quam potui, diligenter comparaui.

9 Quam ob rem ne me enumeres inter prophanos & maculatos, qui ad extimum atrium relegantur in templo tuo.

11 Et quoniam adhuc redemptione tua me egere sentio (quanquã enim egerim quod debui, seruus inutilis sum) tu impartire mihi illam misericordiæ tuæ redemptionem.

12 Quã cùm te donante obtinuero, & rectissimè incedam, & tibi vni acceptam gratulabundo, carmine publicè referam.

PSAL.

PSAL. XXVII.

Dominus illuminatio mea.

ARGVMENTVM.

QVO tempore Dauid à Saule & cæteris oppressus, aduersariis maxima violentia infestaretur, in Domini tabernaculum venit, sub Abiathar principe sacerdotũ, vbi loci sancti contemplatione animatus, spem conceptam suæ salutis confirmabat sibi: ex quo argumento hunc Psalmum cecinit, in quo se neminem timere ait, vtpote qui totius vitæ suæ momenta & salutis rationes Deo misericordi & constanti commendauerit, summa fide nixus ipsius promissorum, neque ille ipse aliud sibi vnquam optarit aut petierit, quàm vt posset vnus è pio populo Dei ædem gratus & placens frequentare, id quod aduersarij impedire omnino conentur; esse autem suum votum adeò honestum vt irritum fore non timeat, imò ratissimũ optimo euentu speret, atque à se ipso decantandum miris Dei laudibus, quibus pij docti, diuinæ misericordiæ & veritati omni fide atque spe innitantur.

Imaginem etiam Christi sustinet in hoc Psalmo propheta.

א לדוד יהוה אורי וישעי ממי אירא יהוה מעוז חיי ממי אפחד׃

1 *Dauidis.*

IAS *salutis lux mihi prosperæ, hoc*
Præsente quemquam num metuam virum?
Munimen IAS *ipse vitæ est*
Vsque meæ, anne homines pauebo?

ב בקרב עלי מרעים לאכל את בשרי צרי ואיבי לי המה כשלו ונפלו׃

2 *Me dum paratis noxia prœliis,*
Esura carnem, gens premeret, meam,
Hostesque tendentes pericla
Arcta mihi, cecidere capti.

ג אם תחנה עלי מחנה לא יירא לבי אם תקום עלי מלחמה בזאת אני בוטח׃

3 *Me fixa quamuis castra minantium*
Vallent, timore haud cor paueat meum;
Insurgat omnis pugnã in vnum
Me, tamen intrepidus manebo.

ד אחת שאלתי מאת יהוה אותה אבקש שבתי בבית יהוה כל ימי חיי לחזות בנעם יהוה ולבקר בהיכלו׃

4 *Hæc vna voti summa frequens mei est*
Vrgenda, vt IAE *consideam domo,*
Vitamque per totam decori
IAE *adeam speculator aulam.*

ה כי יצפנני בסכה ביום רעה יסתירני בסתר אהלו בצור ירוממני׃

5 *Me nam receptum tempore turbido*
Tentorij vmbra proteget in sui,
Tutum & tabernacli latebris
Rupe iterum in solida reponet.

1 Deus est ductor meus, qui me incolumem deducit, quem timebo?

Ille est vitæ meæ præsidium, cuius ope, cuius tutela ac virtute munitus sum.

2 Nam in bellicis discriminibus cùm irruerent hostes in me sæui, & mortis meæ cupidissimi, ipso propugnatore ceciderũt.

3 Iam ergo assiduis Dei beneficijs edoctus, neque magnum exercitum timebo: maximè cùm ego neque auaritia, neque ambitione vlla laborem, quibus homines in pericula incidunt meritò, sed vnico pietatis studio flagrem: adeò vt nihil ego mihi maius optarim, quàm posse vitam transigere in domo Dei mei, ibique quietus operam dare diuinis laudibus.

5 Hoc votum meum Deo probatum ratumque iri spero.

6 Tantò etiam mihi gratius & suauius illud tempus erit, quò maioribus periculis liber gratulatorium carmen cum sacrificio confessionis me canẽtem videro.

7 Quod votum quia tu ex animo profectũ cognoscis, oro à te vt audiatur, & eventu secundetur suo.

6 *Ereptus alto vertice ab hostibus,*
Me qui petitum perdere cinxerant,
Iam victor ad puluinar IAE
Sacra feram altisonumque carmen.

7 IA *ô vocantis vocibus efficax*
Misertus adsis, mens mea nam suo
8 *Intenta te vultu requiret;*
IAH *que tuas facies requiram.*

9 *Celaris istas ne facies mihi,*
Vultuque verso desere ne tuum,
PRINCEPS *salutis auctor ante*
Tu mihi, me, precor, haud relinquas.

10 Quanquam ego in eo statu sim, vt etiã à parentibus deserar; tamen à te, qui neminem times, qui semper misericors es, me nũquam deserendũ esse confido.

11 Igitur cùm te vnicum tutorem, ducem & propugnatorẽ mihi proposuerim, tibi cõmendo rerum mearũ rationes omnes dirigendas, quamuis difficillimas, meo & aliorum hominum iudicio.

12 Aduersarij mei mendacio, vanitate, dolo, & calliditate vtũtur aduersum me. his artibus ego quid opponam, nõ habeo, nisi virtutem, simplicitatem, & misericordiam tuam, quibus ego omnino fido.

13 Huic fidei meæ tuam misericordiam exhibebis. namque alias ego aduersum tãtam potentiam & malitiam quid possem, nisi tuo prȩsidio niterer.

14 Concluditur Psalmus sententiosa pataenesi, vt multi alij.

10 *Vterque quanquam me timidus parens*
Cautus periclum auertere, deserat;
IAS *misertus atque tutor*
Me tamen excipiet benignus.

11 IAS, *tuam dux me doceas viam,*
Rectoque des insistere tramite,
Securus vt sæuas nocentum
Insidias que dolumque temnam.

12 *Ne me scelestis arbitriis virûm*
Tradas prementum, respice vt inuidè
Mentita testes turba crimen
Conflat ouans mihi & instat vrgens.

13 *De me quid actum, quid foret improbis?*
Ni certus, IAS *visere crederem*
Vt possit in terra piorum
Protegere & recreare vitas.

14 IAM *potentem nil pauidus mane,*
Exspecta & IAM *pectore viuido,*
Nullisque deiectum periclis
Firma animum, intrepidusque persta.

6 ועתה ירום ראשי על אויבי סביבותי ואזבחה באהלו זבחי תרועה אשירה ואזמרה ליהוה׃

7 שמע יהוה קולי אקרא וחנני וענני׃

8 לך אמר לבי בקשו פני את פניך יהוה אבקש׃

9 אל תסתר פניך ממני אל תט באף עבדך עזרתי היית אל תששני ואל תעזבני אלהי ישעי׃

10 כי אבי ואמי עזבוני ויהוה יאספני׃

11 הורני יהוה דרכך ונחני בארח מישור למען שוררי׃

12 אל תתנני בנפש צרי כי קמו בי עדי שקר ויפח חמס׃

13 לולא האמנתי לראות בטוב יהוה בארץ חיים׃

14 קוה אל יהוה חזק ויאמץ לבך וקוה אל יהוה׃

PSAL.

PSAL. XXVIII.

Ad te Domine clamabo, Deus meus ne ſileas à me.

ARGVMENTVM.

SE cauſámque ſuam commendat, nec vanam, neque malis artibus aut ambitione ſuſceptam, vt fieri ſolet, faciúntque aduerſarij. eam autem & Deo probandam & fouendam eſſe ſperat, ideóque gratulatorij carminis & laudum vota concipit.

לדוד א 1

Dauidis.

ODE DICOLOS TETRASTROPHOS.

אליך יהוה אקרא צורי אל תחרש ממני פן תחשה ממני ונמשלתי עם יורדי בור׃

I AS, *præſidium nam voco te meum,*
Ne ceſſes mihi, ne vel ſileas tuo;
Obſcurum miſer heu te ſine conferar
Deducto in barathrum gregi.

שמע קול תחנוני בשועי אליך בנשאי ידי אל דביר קדשך ב 2

2 *Clamorem, tibi quem profero, ſupplicem*
Audi, ſi innocuas explicui manus,
Intentusque adytis proſpicio ſacram
Ædem nominibus tuis.

אל תמשכני עם רשעים ועם פעלי און דברי שלום עם רעיהם ורעה בלבבם׃ ג 3

3 *Ne me iunge parem cœtibus improbis,*
Nec quicis vana placent acta nocentibus;
Qui ſermone ſuos pacifico trahunt,
Fraudant pectore proximos.

תן להם כפעלם וכרע מעלליהם כמעשה ידיהם תן להם השב גמולם להם׃ ד 4

4 *Horum redde igitur digna nefariis*
Actis & ſtudiis ledere feruidis;
Mercedemque operis (quæ deceat manus
Horum) & præmia reddito.

כי לא יבינו אל פעלת יהוה ואל מעשה ידיו יהרסם ולא יבנם׃ ה 5

5 IAE *nam indociles acta opus & bonum*
Obſeruare, mala ſtultitia negant:
Horum ille artificum diruet impium,
Nunquam & reſtituet, genus.

ברוך יהוה כי שמע קול תחנוני׃ ו 6

6 IAE *ſemper ego commemorem pias*
Laudes, quem mea vox ſupplicis attigit.

יהוה עזי ומגני בו בטח ז 7

7 IAS *eſt clypeus, robur & eſt mihi,*
Cui cor ſe dederat meum.

1 Cùm ego adhuc viuens inter pericula & difficultates maximas, te inuocem atq. appellé, ne quæſo me inter eos qui iã mortui ſunt, & in cõmune ſepulchrum demiſſi, quorum non es memor amplius, reputes.

2 Nam adhuc viuo, adhuc loquor, adhuc noueor, te vocans, & manus tollo è regione tẽpli tui; ſentiens qua parte illud ſitum ſit: audi ergo me nondũ cõclamatũ, qui tuũ beneficium cupio, poſco, & ſentire poſſum. tu ſoles audire eos qui te colentes appellant, & inuocant, niſi vel ob fraudem & noxã indigni ſint qui exaudiantur, ſed neq. horũ in numero me ponas valde alienum ab eorum conſiliis & ſtudiis, vt tu ſcis.

4 Ego non deprecor, quin vnicuique, vt declaraſti, retribuas pro vniuſcuiuſq. operum & ſtudiorum ratione.

5 Quia nõ ſolũ malè agunt, ſed neq. te verentur, nec tua facta agnoſcunt, aut prouidentiam tuam intelligunt: quamobrẽ hos oportet iuſtitiæ tuæ documentis corripi, erudiendos hoc modo in prouidentiæ tuæ exemplis.

6 At ego qui laudare & celebrare ſoleo Deum, audientẽ meã ſupplicationem, qui eum mearum omniũ rerum præſidiũ agnoſco & prædico, qui præterita beneficia ab eo accepta cõmemoro, ſpero futuræ etiam ſalutis compos, laudes me decanturum, idque iam meditor.

Huius ſubſidium dum peto, dexterum
Expertus ſolido pectore gaudium,
Expreſſiſſe piis carminibus paro
Laudes illius & decus.

לוי ונעריצנו
ויעלץ לבי
ובשירי אהודנו׃

8 Carminis autem argumentum eſt mihi illud perpetuum, Dei curam & tutelã ſalutaré manifeſtis argumentis, & frequentibus erga vnctũ ſuum cõſtare, quam ob rem ſalutem & proſperitatem populi ſui, cuius gubernandi cauſa vnctum ſuum conſtituit, atque adeò inceptorũ & propoſiti ſui de populi æterna felicitate, eſſe etiam illi commendandam.

8 *IAS illa ſuis firma potentia eſt:*
Hoc auctore ſalus plurima præſidi
Chriſto conſtiterit, quem voluit bonus
Regemque inſtituit ſuum.

8 יהוה עז למו
מעוז ישועות
משיחו הוא׃

9 *O ſerua populum proſpiciens tuum,*
Proſperque ipſe tuo conſule prædio;
Hos tu paſtor agens euehe ſæculis
Felix omnibus & foue.

9 הושיעה את
עמך וברך את
נחלתך ורעם
ונשאם עד
העולם׃

PSAL. XXIX.

Afferte Domino filij Dei.

ARGVMENTVM.

PROVIDENTIAM probat, & religionem incutit ex efficientia Dei in ſublimibus, quæ vel impios plurimùm terret: Deum tandem regem perpetuum eſſe dicit, qui malis vltione, bonis verò beneficio ſeſe probet.

1 *Dauidis.*

ד מזמור לדוד

CARMEN SAPPHICVM.

1 Fortiſſimi quique terræ agnoſcentes veſtram conditionem, fatemini Deo proprijũ eſſe robur, illi eſſe veram & ſolidam maieſtatem, idque verbis, geſtu atque habitu ſignificate.

FOrtium terræ pueri virorum
Robur huic IAE proprium potenti.
Cedite immenſum, celebres & IAE
Cedite laudes.

הבו ליהוה בני
אלים הבו ליהוה
כבוד ועז׃

2 *Debitam ſummo reuerenter IAE*
Nominis famam, decus atque cunctis
Partibus pulchrum, penitusque ſanctum
Cedite proni.

2 הבו ליהוה
כבוד שמו
השתחוו ליהוה
בהדרת קדש׃

3 Nam quantũ Deus valeat efficere, quamque fortiter ac terribiliter, vel ſola voce ſua, ſatis indicant vẽtorum, & aquæ, ac matis tempeſtates, quas nemo fortiſſimus excitare, nemo ſedare poteſt; nemo non timet & horret.

3 *Vox aquis IAE validiſque ventis*
Imperat, FORTIS tonat ille compos
Gloriæ, & fluctus pelagi profundos
Commouet IAS.

ג קול יהוה
על המים אל
הכבוד הרעים
יהוה על מים
רבים׃

Vox

4 קול יהוה בכח קול יהוה בהדר׃

4 *Vox potens* IAE *probat obſtupendam*
Vim, decus ſummum probat illa magnis
Vſibus rerumque hominumque mundum
Clara per omnem.

5 קול יהוה שבר ארזים וישבר יהוה את ארזי הלבנון׃

5 *Vox minax* IAE *valet vſque ab imis*
Stirpibus cedros ruere: ipſe & IAS
Strauit excelſas Libani virentis
Sæpè cupreſſos.

5 Magnas, proceras, & altiſſimis radicibus terræ infixas arbores ſternit: nedum homines bipedes & labiles proruat.
Cupreſſos.] Latices Hebraic. quæ cedrorum genus ſunt, vt & cupreſſi.

6 וירקידם כמו עגל לבנון ושריון כמו בן ראמים׃

6 *Quæ velut fortes ſaliunt iuuenci,*
Sarion, ſummum & Libani cacumen
Inſtar exultant catuli ferocis
Rhinocerotis.

7 קול יהוה חצב להבות אש׃

7 *Flammeos* IAE *iaculatur ignes*

8 קול יהוה יחיל מדבר יחיל יהוה מדבר קדש׃

8 *Vox tonans, tractus quatit & remotos:*
Parturit vaſti tremefacta ab IA
Silua Cadeſſi.

7 Sed illud magis omnibus horrendum eſt, quòd non ſolum vētus & aquæ, ſed ignis etiam flammæ immittuntur in terras, fulgura & fulmina voce illa Dei, quibus flammis mōtes etiam ipſi concutiuntur & finduntur vt parietes. & ceruæ quæ velociſſimæ ſunt, illā vocē tonitruū audientes, nō poſſunt effugere, imò ex maxima trepidatione pariunt.

9 קול יהוה יחולל אילות ויחשף יערות ובהיכלו כלו אמר כבוד׃

9 *Cogit* IAE *vox properare duro*
Fœtibus ceruas vtero tumentes:
Frondibus nudat nemus: huius almo
Gloria templo

10 יהוה למבול ישב וישב יהוה מלך לעולם׃

13 *Vocibus cunctis ſonet: vnus* IAS
Æthere vltrices ſolüente nubes
Sedit IAS *Rex, patulo & ſedebit*
Prouidus orbi:

8. 9. Ergo omnes confiteantur Deum hunc, illiq́ue tribuant fortitudinem vti propriam. id quod diluuij tempeſtate omni orbi demonſtrauit.

11 יהוה עז לעמו יתן יהוה יברך את עמו בשלום׃

11 *Robur & charo populo benignus*
Proferet fauſtum moderator IAS:
Præſide hoc tutum populum ſecunda
Proſpiciet pax.

10 Atqui ille tam terribilis potentibus, mitis, proſper, fanéſq. eſt piis, quos regit clemens & fouens, & per Chriſtum tādem ſumma pace & proſperitate gubernabit.

PSAL.

PSAL. XXX.

Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me.

ARGVMENTVM.

DAVID omnibus difficultatibus ſuperatis, regno iam potitus, atque domo familiaque ſua conſtituta, cùm regni gubernaculum certo omnibus ordinibus & miniſteriis inchoandis die condicto adiret, hunc Pſalmum compoſuit; in quo Deo gratulatur, cuius conſilio, præſidio, ope atq. auctoritate ex humilitatis & tenuitatis ſuæ infimo & obſcuro loco per labores & pericula ætumnasque numero carentes, incolumis & victor ad illum tranquillum, amplum & ſplendidum regni & proſperitatis gradum fuerit deductus, dumque ſuas hoc Pſalmo deſcribit, Chriſti Ieſu res non obſcurè indicat.

1 *Pſalmus cantici initiationis Domus Dauid.* — 1 מזמור שיר חנכת הבית לדוד׃

ODE DICOLOS TETRASTROPHOS.

2 Magnificentiæ tuæ argumenta manifeſtaque documenta in me oſtenſa profitebor Domine.

2 *IAS te hymniſonis laudibus efferam,* — 2 ארוממך יהוה כי דליתני ולא שמחת אויבי לי׃
Qui me de miſero ſuſtuleris gradu;
Nec paſſus rabida es lætitia inuidos
Inſultare malis meis.

3 Qui ex ærumnis maximis, in quibus præter vocem qua te inuocarem, nihil mihi virium reliquum iam erat, tua vnius virtute & ope ſim liberatus.

3 *Vt te voce meum mæſtiſona Deum* — 3 יהוה אלהי שועתי אליך ותרפאני׃
IAS ingemui, queſtubus & piis
Expectata meis te medico ſalus
Et membris rediit vigor.

4 *IAS tu reducem tartareo ſpecu* — 4 יהוה העלית מן שאול נפשי חייתני מיורדי בור׃
Hanc iuſſiſti animam ſiſtere, & è lacu,
Quò iam præpropero funere veneram,
Viuum me reuocas bonus.

5 Ergo mecum communi ſtudio gratulamini Deo ſummis laudibus, quicunque pietate erga ipſum caletis, illiusque beneficia agnoſcitis.

6 Qui adeò clemens, adeò benignus eſt, vt ſi quâcunque ob cauſam iratus ſit, celeriter tamen iram deponat, neque diu vltionem exerceat. idé verò benigna munera ſua & beneficia diutiſſimè prorogat, & amplificat latiſſimè. deinde ſi quos afflictionibus exercet, rurſus conſolatur, ac reficit copioſiſſimè. Solet autem exercere ſuos aliquando, ne humana obliuione ſui inſolefcant: id quod ne mihi accideret, ipſe prouidebat, dum ſecundè nauigãti tempeſtatem aliquam excitari paſſus eſt.

5 *Ergò experta cohors munera proſpera* — 5 זמרו ליהוה חסידיו והודו לזכר קדשו׃
IAE, huic magnificis pſallite laudibus,
Hunc grato memores carmine & optimum,
Hunc & dicite maximum.

6 *Huic namque ira breui temporis horula* — 6 כי רגע באפו חיים ברצונו בערב ילין בכי ולבקר רנה׃
Durat, ſed placidis muneribus fauor
Vitas perpetuas, veſpere flentibus
Manè his lætitiam refert.

7 *Hic dum ſaluus ego diffluerem bonis,* — 7 ואני אמרתי בשלוי בל אמוט לעולם׃
Dixi, De ſtabili non mouear gradu,

Hæc

8 יהוה ברצונך העמדתה להרדי עז הסתרת פניך הייתי נבהל׃

8 *Hæc dum ſecla latent: namque meum tuus*
Montem munierat fauor.
IAS *heu facies dum remoues tuas,*
Turbatus miſeris excideram modis:

9 אליך יהוה אקרא ואל יהוה אתחנן׃

9 IAS *te precibus (ſicuti ſueueram*
IAM *ſuppliciter) voco.*

10 מה בצע בדמי כרדתי אל שחת היודך עפר היגיד אמתך׃

10 *Vſus quis fuerit ſanguinis heu mei,*
Cùm greſſu foueam præcipiti petam?
Num puluis fidei concelebret tuæ
Virtutem, aut referat cinis?

10 Petebam ſalutem à Domino, & vitam, quam illius laudibus celebrandis impenderem. Ego ſcio te non eſſe appetentē ſanguinis mei tua cauſa, quia tibi nullus vſus eſt ex mea morte: mea igitur eſt cauſa, quam ob rem in periculum deductus ſum.

11 שמע יהוה וחנני יהוה היה עזר לי׃

11 *Hos* IAS *gemitus auribus excipe,*
IAS *me miſerum commiſerans iuua,*
Auctor præſidio quo ſolitus mihi
Adſis, auxilio & veni.

12 הפכת מספדי למחול לי פתחת שקי ותאזרני שמחה׃

12 *Tunc triſtes elegos in placidum chorum*
Mutaſti, & rigidos, horrueram quibus,
Saccos, me exuere, & cingere gaudia,
Magnam & lætitiam iubes.

12 Ita vitā, lætitiam, pacem, & tranquillitatem omnia tibi accepta refero. omnia igitur in nominis tui cultu ponere debeo; pro ſacco quo mæſtus cingebar, nunc gaudio exilio te auctore.

13 למען יזמרך כבוד ולא ידם יהוה אלהי לעולם אודך׃

13 *Vt te lætifico gloria carmine*
(Nec ceſſare ſciens) perſonet, ô Deus:
IAS *ſemper eris tu mihi, quem piis*
Æternùm fatear modis.

PSAL. XXXI.

In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.

ARGVMENTVM.

DAVID vehementer & frequenter impetitus, atque non rarò oppreſſus ab aduerſariis, hoc Pſalmo diuinum auxilium implorabat ſibi iam notum, multisque periculis comprobatum: quod adeò certum fore ſperabat, vt tanquam præſens ſentiret ac prædicaret, atque ad ſimilis ſpei exemplum pios omnes excitaret.

1 למנצח מזמור לדוד׃

1 *Ad præſtantem Pſalmus Dauid.*

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

2 IAS tui me robore numinis
Fisum premat ne sollicitus pudor
Vnquam, sed oppressum tua me
Eripe iustitia è periclis.

2 Quãdo tu iustus es & misericors, ac potens, ne permittas me frustrari mea spe nitenti in tua iustitia & virtute, causę meę honestate proposita.
erue me, vt & meam spem, & tuam iustitiam probes.

2 כך יהודית
חסיתי אל
אבושה לעולם
בצדקתך פלטני׃

3 Aurem mihi istam iam citus admoue
Ereptor alti & præsidij domus,
Et rupis esto mî cacumen,
Ferque tuæ auxilium salutis.

3 הטה אלי
אזנך מהרה
הצילני היה לי
לצור מעוז לבית
מצודות
להושיעני׃

4 Nam petra, firmum & præsidium mihi es
Dictus: tui nunc numinis ô memor
Me liberaturus benignè
Ductor age ac perage obsecutum.

4 כי סלעי
ומצודתי אתה
ולמען שמך
תנחני ותנהלני׃

4 Tu semper me susceptum defendisti, & promouisti, arq. hoc nomine cognosci etiã voluisti: adest tempus in quo idem nomen probes, eoque magis quo grauiori difficultate laboro.

5 Munimen, arx & tu mihi cognita es;
Discriminosis eripe me plagis,
Quas fraude celatas maligna
Hostis atrox mihi iam tetendit.

5 תוציאני
מרשת זו טמנו
לי כי אתה מעזי׃

5 Namque grauibus periculis cingor, nimirum potẽtia, opibusq. aduersariorum fraude & calliditate, quibus ego superãdis par esse nequeo, nisi auxilio subsidioque tuo.

6 Hunc ipse tradens, hunc manibus tuis
Commendo, toto pectore spiritum:
IAS redemptorem mei te
Pollicitus dabis efficacem.

6 בידך אפקיד
רוחי פדיתה
אותי יהוה אל
אמת׃

6 Nõ animam & vitam meam tantùm tibi liberandam commẽdo, sed spiritũ quo sapio, quo cogito, tibi regendum trado: ipse enim sine te nec volo nec possum mihi commodè consulere.

7 Odi nihil quos detinet & nihil,
Qui vana seruant consilia; ast ego
IAE potenti nixus vsque
(Spes neque aget dubium) manebo.

7 שנאתי
השמרים הבלי
שוא ואני אל
יהוה בטחתי׃

7 Imò eos qui vanis consiliis, calliditatibꝰ, astutiisque operam dant, ego odi, nedum eiusmodi aliquid ipse in me admittam. omnem, inquam, spem meam in tuæ virtutis tutela collocaui.

8 Gaudebo dulci munere iam tuo
Lætus, dolorem videris vt meum,
Non segnis agnouisse nostræ
Difficiles animæ labores.

8 אגילה
ואשמחה
בחסדך אשר
ראית את עניי
ידעת בצרות
נפשי׃

9 Nec me tu in hostis tradideris manum:
Sed liberatos cassibus inuidis,
Et stare, & ire hos vsque latis
Efficis ipse pedes plateis.

9 ולא הסגרתני
ביד אויב
העמדת במרחב
רגלי׃

IAS

10 חנני יהוה כי צר לי עששה בכעס עיני נפשי ובטני׃

10 IAS *misertus rebus in arduis*
Me cerne felix, ira etenim meum
Corrosit ardens atque cura
Ventrem, oculos, animamque mœstam.

10 Tu qui me ex angustissimis difficultatib⁹ liberare soles, habes nunc non minorẽ anteactis periculis me liberãdi commoditatẽ; habes misericordiæ erga me exhibẽdæ materiãm: adeò enim angustè premor, vt toto corpore comprimar, atque oculorum sensu penè deficiar.

11 כיכלו ביגון חיי ושנותי באנחה כשל בעֹנִי כחי ועצמי עששו׃

11 *Vides vt atra sollicitudine*
Præcisa vitæ est tela fugax meæ,
Annique fluxerunt gemendo,
Visque graui tenuata pœna;
Nullusque rosis ossibus est vigor:

11 Nemo est qui me eripiat, multi qui premant, probrisque vexent; nemo qui vel cognoscat, aut dicere audeat; me ipsi curæ esse, vt solet fieri cùm quis à potentissimis opprimitur.

12 מכל צורריי הייתי חרפה ולשכני יאוד ופחד לידעי ראי בחוץ נדדו ממני׃

12 *Vltraque cunctos, queis premor, inuidos*
Vicina me probris perurget
Turba malis, stolidumque damnat.
Quinorat olim me, sibi nunc timens
Nouisse nollet; quique videt foris
Me vitat, auertensque cursum
Mutat iter, refugitque cautus.

13 נשכחתי כמת מלב הייתי ככלי אבד׃

13 *Obliuiosis pectoribus virûm*
(Extinctus ac si conderer) excidi
Abiectus, instar non probandæ
Fictilis ac pereuntis ollæ.

13 Cùm omnes, mei etiam propinqui, putent, nullum sibi iam vsum ex me fore, periculum verò accidere posse metuunt, non modò me nõ suscipiunt, sed quàm longissimè abiiciunt.

14 כי שמעתי דבת רבים מגור מסביב בהוסדם יחד עלי לקחת נפשי זממו׃

14 *Audire cogor, quam mihi plurimis*
Imponat atram colloquijs notam
Vulgus, quod obsedisse tendit
Hanc animam, capere atque certat.

14 Imò & suæ saluti cauere, & potentioribus gratificari posse, existimantes, multi me insequuntur & vexant, perdereque cupiunt.

15 ואני עליך בטחתי יהוה אמרתי אלהי אתה׃

15 *Ast ipse fidens præsidio tuo*
IAS *vocaui te mihi* PRINCIPEM,

15 Ego, vt dixi, ab omnibus deseror; sed vt tibi mea salus tribuatur, nullum ego vel habeo, vel volo auxiliatorem præter te vnum.

16 בידך עתותי הצילני מיד אויבי ומרדפי׃

16 *Momenta qui compos seuera*
Scripta manu mea cuncta ducis.
Tu me inuidentum libera ab hostium,
Me qui sequuntur præcipites, manu;

16 Opportunitates mei liberandi promouendi & amplificandi tua in manu sunt, & potes quandocunque volueris, quicquid velis, præstare.

17 האירה פניך על עבדך הושיעני בחסדך׃

17 *Ostende seruator serena*
Ora mihi, nitidamque lucem.

18 Pudefactio non quadrat in simplices qui te appellant, sed in duplices, dolosos, fraudulentos, & violentos.

18 IAS *vocantem me auxilium tuum*
Nunquam pudebit (sat scio) at improbi
Torpente deuicti pudore
Horrificis lateant sepulchris:

יח יחוה אל אבושה כי קראתיך יבשו רשעים ידמו לשאול׃

19 *Assueta fastu fingere turgido*
In non merentem crimen, & inuidi
Vanique sermonis magistra,
Muta cadant labia & rigescant.

יט תאלמנה שפתי שקר הדברות על צדיק עתק בגאוה ובוז׃

20 Soles tu arcanis consiliis & modis, quę neque cognosci, neq. præcaueri à malignis possunt, tuos iuuare apertissimo sapientiæ ac prouidentiæ tuæ testimonio.

20 *O quàm boni sunt plurima commoda,*
Quæ tu recondis te metuentibus,
Componis & fisis tua vi
(Terrigenum grege teste) turbis.

כ מה רב טובך אשר צפנת ליראיך פעלת לחוסים בך נגד בני אדם׃

21 *Latere tutos quos dabis in tui*
Vultus latebris, ne quis eis furens
Insurgat; & tectos sub vmbra,
Ne feriat mala lingua, condes.

כא תסתירם בסתר פניך מרכסי איש תצפנם בסכה מריב לשונות׃

22 Antequam Psalmũ finirem, me diuino auxilio mirabiliter liberatum ex illis angustiis sentio, atque ita tutũ, vt munitissima in vrbe me esse constitutum, prædicare possem.

22 IAE *perenni carmine gratulor,*
Miranda faustus commoda qui mihi
Produxit, ac tutum recincta
Mœnibus exhibuit me in vrbe.

כב ברוך יחוה כי הפליא חסדו לי בעיר מצור׃

23 Idq. contigit mihi, cùm maximè viderer iã relegatus ab Israelis regione, atque ad gentes alias à te alienas profugiens.

23 *Dixi, Timore ac præcipiti fuga*
Abscindor absens ex oculis tuis;
Exceptor audisti gementis,
Quam tibi proposui, querelam.

כג ואני אמרתי בחפזי נגרזתי מנגד עיניך אכן שמעת קול תחנוני בשועי אליך׃

24 Ergo meo exemplo docti pij omnes, toto corde Deũ amate, suorum protectorem.

24 IAM *benignum qui colitis pij,*
Omnes soluto pectore amabitis;
Nam seruat hic IAS fideles;
Reddit item cumulum superbis.

כד אהבו את יחוה כל חסידיו אמונים נצר יחוה ומשלם על יתר עשה גאוה׃

25 Quòd si quando accidat, vos difficultatibus magnis laborare, scitote id non vt pereatis, sed vt maiori cum fructu in illius gloriam euadatis, euenire: atq. animũ illius fide firmate, eritis enim fortissimi, ac tandem victores.

25 *Quicunque & IAM rebus in asperis*
Desideranti spe cupitis citum,
Durate, robusta hic viris nam
Corda dabit tolerare firmis.

כה חזקו ויאמץ לבבכם כל המיחלים ליחוה׃

PSAL. XXXII.

Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.

ARGVMENTVM.

DESIDERATISSIMVM prophetis omnibus Chriſti mortis ac reſurrectionis euentum, Dauid hoc Pſalmo, ad piorum animos admonendos, decantabat, illa admiranda atque exoptanda conditione ſignificata, qua ex veteris Adami in nouum mutatione erant vſuri, id efficiente Deo & Chriſto, per Spiritum ſanctum ab ipſis in ſuos immiſſo. Suſtinet hoc loco non ſuam tantùm perſonam Dauid, ſed omnium hominum piorum. Hic Pſalmus totus eſt myſteriis plenus.

א לדוד משכיל

1 *Dauidis animaduerſio.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

אשרי נשוי פשע כסוי חטאה׃

B *Eatus vſque qui ſolutus ambulat,*
Liberque prauo crimine;
Opertus atque tutus à nocentibus,
Intactus & culpis latet.

Huius Pſalmi interpretatio ex D. Paulo deſumpta eſt.

1 Summus maximeq. exoptandus in hac vita ſtatus, eſt ab omni culpa interiùs exteriuſque immunem eſſe.

ב אשרי אדם לא יחשב יהוה לו עון ואין ברוחו רמיה׃

2 *Homo & beatus vſque cui non æſtimat*
IAS *remiſſum iam ſcelus:*
Cuius reducto fraudulenta ſpiritu
Perſona nulla conditur.

2 Id vt contingat homini, Dei opus eſt, qui remittere & ſepelire peccata præterita poteſt, & Spiritu ſancto miſſo, animũ ad nouam vitã reformare.

ג כי החרשתי בלו עצמי בשאגתי כל היום׃

3 *Donec tacebam, cuncta conſeneſcere*
Gementis oſſa ſenſeram:
Gementis oſſa ſolibus cunctis mea,
Dolentis & graui malo.

3 Cùm nõ ſatis cognoſcerem concupiſcẽtiæ peccatum, videbã maximè corruptioni obnoxium, & remedium nõ inueniebam in me, quanquam tacitus cogitarem & conarer cogitationibus meis meum malum vel premere, vel diſſimulare.

ד כי יומם ולילה תכבד עלי ידך נהפך לשדי בחרבוני קיץ סלה׃

4 *Noctes dies me dum grauis manus tua*
Vrget, premitque prævalens;
Arens vt æſtas vrit incoquens ſata,
Succus liquens perit meus.

ה חטאתי אודיעך ועוני לא כסיתי אמרתי אודה עלי פשעי ליהוה ואתה נשאת עון חטאתי סלה׃

5 *Culpam indicaui, nec latere diſtuli*
Delicta quæ geſſi, tibi.
IAE *improbanda operta, dixi, crimina*
In me fatebor improbum:
At tu ſceleſti pondus VSQVE *criminis*
Clemens leuas & ſuſtines.

5 Sed cùm tandem ex lege agnoſcerem, peccatum in me regnans cauſam eſſe tãtorum malorũ, Deum appellaui.

6 Igitur qui cupit liberari à corpore mortis huius, te precatur, in tempore quo impetrare potest, hoc est, pœnitentiæ tempore. ita fiet, vt cùm diluuiũ illud mortis & afflictionum atque dolorum Christi inundarit, corporis Christi membra viua non submergantur.

7 Namque in tutela & præsidio tuæ virtutis diuinæ latebo, illo tẽpore à te susceptus, vt membrum corporis tui, atque ita euadam mortem meam morte tua, & liber canam carmen triumphale

8 Prosopopœia, qua spiritus Christi pollicetur virtutẽ & efficientiam ac doctrinã à se communicatum iri, iis, quibus sese insinuarit.

9 Inuitatio & exhortatio ad pœnitẽtiam, quæ ab adultis necessariò debet præstari, diuino Christi dono affici volentibus. Ne, inquit, sitis tardi ad studium boni capessendum, ne legis tantùm metu, & maledicto ac pœna terreamini, sed amate virtutem & probitatem.

10 Nam que malos, qui formidine pœnæ tantùm aguntur, arq. eos etiã qui improbi sunt, quocunque improbitatis nomine notentur, multæ manent pœnæ.

Sed eos qui fide atque spe diuinæ misericordiæ ducuntur; Spiritus ille sanctus induet & ornabit magnis ornamentis, & Dei misericordia profectis

11 Enthusiasmos futuræ salutis.

6 *Ergo precatur omnis expertus tuum*
Numen petendi tempore:
Vndante certè vt multo aquarum flumine
Intactus ille prodeat.
7 *Tutela tu qua seruer, es præsens mihi,*
Angustijs méque expedis.
Quocumque vertar, clamo liber liberis
VSQVE ô *triumphe vocibus.*
8 *Certam monebo te meam docens viam,*
Tutus queas quà tendere:
Et consulenti doctor ipse lumine,
Præcessor ac ferar tuus.
9 *Qualeis equusque & mulus esse absistite*
Expers genus prudentiæ,
Pictis lupatis ora queis constringier
Duris capistris & solent:
Non parituris aut adhæsuris tibi
Ni sic coactis belluis.
10 *Plagæ & dolorum non ferenda pondera*
Manent nocentes impios.
Circumstat vsque munit & benignitas
IAE, *colentes spem ratam.*
11 IAM *canentes læta turba iustior*
Ouante plausu dicite,
Quòd corde rectos pulset, atque cantibus
Sonare festis incitet.

6 על זאת יתפלל כל חסיד אליך לעת מצא רק לשטף מים רבים אליו לא יגיעו׃

7 אתה סתר לי מצר תצרני רני פלט תסובבני סלה׃

8 אשכילך ואורך בדרך זו תלך איעצה עליך עיני׃

9 אל תהיו כסוס כפרד אין מבין בזמם ורסן עדיו לבלום בל קרוב אליך׃

10 רבים מכאובים לרשע והבוטח ביהוה חסד יסובבנו׃

11 שמחו ביהוה וגילו צדיקים והרנינו כל ישרי לב׃

PSAL. XXXIII.
Exultate iusti in Domino.

ARGVMENTVM.

TOTIVS Ecclesiæ auctoritatem & vocem Psalmus refert; ideò nulli priuato auctori adscriptus videtur, sed Spiritui sancto, qui primus omnium Psalmorum auctor est. Continet patæneſin ad laudes Dei decantandas, his, quibus in eadem Ecclesia esse contigerit, vt veram religionẽ edoctis, & diuinæ potentiæ, sapientiæ ac misericordiæ cognitione præditis. nam qui

hæc

hæc rectè nouit, cauſas, efficientias & fines omnium tam naturæ quàm humanarum rerum probè tenet, ſcitque vnde proficiſcatur quidquid in orbe fit, atque temporariæ proſperitatis commoda, quomodo, à quo, & quatenus peti oporteat, intelligit; idemque veri boni ſpiritualis cognitione atque optione motus, petitionem & votum ſtudiosè ſuſcipit.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

1 רננו צדיקים ביהוה לישרים נאוה תהלה׃

1 IAM *iuſtitiæ carmine nobili*
Cultores canite, vt grata per integros
Exoptandaque laus eſt
Quos laudis ſtudium decet.

1 Decet eos qui pietatis & iuſtitiæ ſtudio tenentur, laudibus diuinis operam dare.

2 הודו ליהוה בכנור בנבל עשור זמרו לו׃

2 IAM *Vos cithara cum fidibus decem*
Laudantes tumido & dicite nablio.
Teſtudo accinat, hiſque
Mixtum pſallite canticum.

3 שירו לו שיר חדש היטיבו נגן בתרועה׃

3 *Huic cantate nouum carmen, & optimis*
Aptate huic numeris lætitiæ modos,

3. 4. Deo efficaciſſimo debetur laudis carmen.

4 כי ישר דבר יהוה וכל מעשהו באמונה׃

4 *Recte ſiſtere verbum*
IAE *perualido ſuum.*

5 אהב צדקה ומשפט חסד יהוה מלאה הארץ׃

5 *Namque is iuſtitiam iuraque diligit:*
IAE *plena patet muneribus bonis*
Tellus omniparens, hunc
Auctorem celebrat ſuum.

5 Eidemque iuſtiſſimo, qui potétiam ſuã eum iuſtitia & æquitate maxima coniungit. præterea liberaliſſimo atque benigniſſimo, qui ſponte ſua tellurem auxit & ornauit.

6 בדבר יהוה שמים נעשו וברוח פיו כל צבאם׃

6 IAE *atque imperium conſtituit polos,*
Et quæ ſignifero militat æthere
Lucens turma phalanxque
Oris ſpiritus efficax.

6.7. Pollet idem ſapiétia infinita: id quod manifeſtè docet cœlorum mundique opificium nõ caſu, aut naturæ ipſius virtute, ſed Dei conſilio certo ac verbo pronuntiato.

7 כנס כנד מי הים נתן באוצרות תהומות׃

7 *Ille vndas liquidas congerit, & mare*
Ceu denſum cumulum cogit; & abditis
Cellis condit abyſſos,
Præſcripto & cohibet loco.

8 ייראו מיהוה כל הארץ ממנו יגורו כל ישבי תבל׃

8 *Ergo* IAM *metuant finibus omnibus*
Terræ multijuges, hunc trepident ſimul,
Vaſto quotquot in orbe
Sedes diſpoſitas colunt.

8. 9. Quam ob rem omnes totius terræ homines, vel naturæ rerum contemplatione excitati, diligenter, tantarum rerum auctorem quæſitum, & illum Deum noſtrum eſſe cognoſcentes, venerari ac religiosè colere debent.

Hoc

9 כי הוא אמר ויהי הוא צוה ויעמד׃

9 Hoc dicente etenim quidquid adeſt, fuit;
Hoc dictante etiam ſubſtitit audiens
Iuſſum reddere certum, &
Fines continuit ſuos.

10 יהוה הפיר עצת גוים הניא מחשבות עמים׃

10 Illenõ ſolùm naturam reliquam, ſed hominum etiam res cognoſcit, ſuaq́ prouidentia diſponit, ita vt nec populi, nec nationes totæ cõiunctis conſiliis & viribus quicquam, Deo auerſante, efficere poſſint.

10 IAS *conſilia ac improba gentium*
Euentu ſolüens diſſipat irrito;
Frangitque acta frequenti
Suſcepta à populis manu.

11 עצת יהוה לעולם תעמד מחשבות לבו לדר ודר׃

11 Cùm tamen ipſe vel volentibus, vel inuitis omnibus aliis, quotquot in mundo ſunt, etiam temporibꝰ quæ maxima mutare poſſe videntur; ſuum conſilium maturè, atque certè re ipſa & euentu firmet.

11 IAE *conſilium permanet omnibus*
Sæcli temporibus; quæque agit arbitro
Corde is, deïjcit ætas
Nulla, aut imminuens mouet.

12 אשרי חגוי אשר יהוה אלהיו העם בחר לנחלה לו׃

12 Igitur illa Gens maximè ſapit, optimeq́. ſibi cõſulit, quæ omnium rerũ ſuarum ſummam ſibi in vnius Dei ſapientia ac voluntate præfinit.

12 *Felix multiplici ac ſorte beatior*
Gens, IAM *voluit quæ ſibi* PRINCIPEM:
Ille & quem populum optans
Sortem ſepoſuit ſuam.

13 משמים הביט יהוה ראת את כל בני האדם׃

13 Qui rebus omniũ hominum admirãdæ prouidentiæ arbitrio conſulit, clauumque tenet, gubernatoris ſede conſidens.

13 IAS *proſpiciens ſedibus ætheris*
Adami ſobolem vidit; is omnibus

14 ממכון שבתו השגיח אל כל ישבי הארץ׃

14 *Alto terricoliſque*
Proſpexit ſolio è ſuo.

15 היוצר יחד לבם המבין אל כל מעשיהם׃

15 Inde autem non modò facta, ſed cogitata hominũ cognoſcit.

15 *Quorum fictor item ſingula prouidus*
Nouit corda, ſimul cunctaque percipit
Quæ geſſere volentes,
Vel quæ facta parauerint.

16 אין המלך נושעברב חיל גבור לא ינצל ברב כח׃

16 Neque illius arbitriũ & imperiũ deuitare poteſt vlla maxima auctoritas, quãuis maximis inſtructa opibus: nullum robur, nulla fortitudo.

16 *Non rex multiplicis munere copiæ*
Seruatur; valido aut robore virium
Fortis liber abit, quin
Caſu corruat vltimo.

17 שקר הסוס לתשועה וברב חילו לא ימלט׃

17 Nulla magna & præſtans celeritas, aut naturâ aut arte comparata, ita videmus his rebus inſtructos multos, tamen vinci, ſuperari, & perire.

17 *Mendax fallit equus dum fugit impotens*
Seſſorem eripere; ac nec vegetis valet
Seſe viribus ipſum
Aut curſu eruere arduo.

18 הנה עין יהוה אל יראיו לטיהלים לחסדו׃

18 IAS *ecce ſuos ſeruat amans pios,*
Intentoque videns hos oculo fouet
Se quicunque benignum
Sperant, & precibus vocant.

18.19. Deus verò ſua tantùm prouidentia ſuos propugnat, protegit, ac fouet, quâuis cæteris humanis ſubſidiis carentes.

19 להציל ממות נפשם ולחיותם ברעב׃

19 *Hos & mortiferis caſibus eripit,*
Nec ſæua patitur deficere in fame:

20 נפשנו חכתה ליהוה עזרנו ומגננו הוא׃

20 *Noſter ſpirat ad* IAM
Senſus, quem probat vnicum.

21 כי בו ישמח לבנו כי בשם קדשו בטחנו׃

21 *Auctorem auxilij, quem clypeum ſacrum*
Nobis perpetuæ lætitiæ ducem
Noſtrum pectus habebit,
Cuius numine fidimus.

21 Ex quo fit, vt omnis vitæ atq. rerũ noſtrarum ſpes & fiducia in Deo collocata ſit, ab ijs qui illum rectè nouimus, & piè colimus.

22 יהי חסדך יהוה עליבו כאשר יחלנו לך׃

22 IAS *iſta, dabis, grata benignitas*
Nos ſemper populum ſuſcipiat tuum;
Vt nos excipimus te,
Noſtrumque expetimus Deum.

22 Non enim nos periculis eripere, & rebus oportunis ad vitã proſequi tantùm poteſt, ſed id quod ſummum & maximè optandum eſt, ſua illa maxima miſericordia eò deducere poteſt, vt dij & filij excelſi ſimus, atque hoc expectamus.

PSAL. XXXIIII.

Benedicam Dominum in omni tempore.

ARGVMENTVM.

DEI curam & prouidentiam erga pios hoc Pſalmo, ex præſenti ſui ipſius exemplo, prædicat vates; ad quam laudandam, & in ſuam ipſorum ſalutem optandam & expectandam omnes, qui iudicio valent, exhortatur, quippe quem nunquam defuturum credat iis, qui vitam ſuam eo modo inſtituerint, vt Deo ſe charos & curandos exhibeant. neque enim diuinæ vel voluntatis vel facultatis defectu, ſed humana culpa accidere ait, vt homines in pericula veniant, ex quibus liberari nequeant. quippe in hoc mundo plura pericula ſtruuntur iuſtis, quàm improbis, & tamen illi ſemper victores euadunt, auctore Deo. vnde fit, vt non ex periculorum neceſſitate, ſed ex abalienatione à Deo pereant ij qui pereunt.

1 לדוד בשנותו את טעמו לפני אבימלך ויגרשהו וילך׃

1 *Dauidis, cùm mutauit ſenſum ſuũ ante Abimelech,*
& relegauit eum, & abijt.

2 *Nihil vnquam ego vel prudentiæ vel viribus meis adſcribam: cùm magnas vel difficultates euaſerim, vel proſperitates obtinuerim, omnia Deo miſericordi accepta referam.*

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

2 אברכה את יהוה בכל עת

2 *SIt quæcunque dies volet,*
Iam gratifica voce canam bonum:

Cui laus ſemper erit frequens
Cantata ore piis carminibus meo.

1 Huius propoſitinõ ego tantùm ero, ſed vt omnes boni atque pij ſint, operã dabo.

3 *Blandis mens mea plauſibus*
ב IAM *dicet enim tam ſibi commodum;*
Hæc cùm turba modeſtior
Mirata audierit, gaudeat illicet.

4 *Gratis dicite laudibus*
ג IAM *magnificum, votáque vos mea*
Augete ô ſocij, ac Dei
Tollamus ſuperum nomen in æthera.

5 Semper Deus & eõ filij & auxilij oportuni auctor mihi fuit. Id quod exitu ſecundiſſimo ſum expertus.

5 *Duris conſului ducem*
ד IAM *temporibus, qui mihi proſperum*
Reſponſum retulit bonus,
Tutum & multiplici me dedit ex metu.

6 Neq. vnquam aliquis ſanctè Deo fidẽs, ſpe ſua fruſtratus inueniri potuit.

6 *Hunc qui reſpiciunt, nitent,*
ה *Queis non ora malus corripuit pudor.*

7 Teſtes appello cunctos, omni humano auxilio deſtitutos, qui diuinũ ſubſidiũ inuocauerũt, & certiſſimũ ſenſerunt, vt ego ipſe vnus ex illis.

7 *Hæc ſcit qui miſer atque inops*
ו IAM *in vota ciens, auxilium & petens*
Senſit liber ab omnibus
Quàm multis penitus preſſus erat malis.

8 Statim atque Deus ſuos opprimi aut obſideri videt, mittit angelum ſuum qui vallet eos.

8 *Hinc illinc ſitus Angelus*
ח IAE *munit agens, liberat ac, pios.*

9 Cuperem vos omnes, qui aliis rebus vt vobis iucũdis aut vtilibus futuris ſtudetis, ſemel guſtare ſimplicem illam & ſuauiſſimam Dei bonitatem. nã ego profectò beatitudinem eſſe affirmo illius, qui in Deo vno ſuam fiduciam collocauit. manifeſtũ namq. eſt, in illo vno omnium bonorum ſummam eſſe.

9 *Si tantùm ſemel integro*
ט *Guſtu percipitis quàm bonus eſt ſuis*
IAS, *ſorte beatior*
Vir certè audierit, qui petit hunc fide.

10 IAM *quos pia ſanctitas*
י *Vulgo ſepoſuit, vos colite, & metu*
Iuſto quærite: nam nihil
Numen qui metuunt illius, indigent.

11 Cùm videamus fortes & potentes, qui alienis etiam rebus ſuas accumulant, fame & inopia laborare.

11 *Creuit ſæua leunculis*
כ *Et cum ſolicita pauperies fame:*

רומיד תהלתו בפי׃

3 ביהוה תתהלל נפשי ישמעו ענוים וישמחו׃

4 גדלו ליהוה אתי ונרוממה שמו יחדו׃

5 דרשתי את יהוה ועכני ומכל מגורותי הצילני׃

6 הביטו אליו ונהרו ופניהם אל יחפרו׃

7 זה עני קרא ויהוה שמע ומכל צרותיו הושיעו׃

8 חנה מלאך יהוה סביב ליראיו ויחלצם׃

9 טעמו וראו כי טוב יהוה אשרי הגבר יחסה בו׃

10 יראו את יהוה קדשיו כי אין מחסור ליראיו׃

11 כפירים רשו ורעבו ודרשי

IAM

יהוה לא יחסרו כל טוב:

IAM *qui ſtudiis petunt,*
Turbat nulla premens indiga vis boni.

12 לכו בנים שמעו לי יראת יהוה אלמדכם:

12 *Huc lecti pueri, vt metum*
ל IAE *vos doceam, currite protinus.*

13 מי האיש החפץ חיים אהב ימים לראות טוב:

13 *Longos quiſquis amas dies,*
מ *Qui viuis cupidus cernere commoda,*

14 נצר לשונך מרע ושפתיך מדבר מרמה:

14 *Nectens vincla tuæ, caue*
ב *Linguæ, ne malè ſit, neu labiis dolus:*

15 סור מרע ועשה טוב בקש שלום ורדפהו:

15 *Semotus refuge ac malum,*
ם *Et pulchri ſtudiis, pacis & incuba.*

17 עיני יהוה אל צדיקים ואזניו אל שועתם:

16 *Obiectos oculis pios*
ע IAS *cernit amans, auribus & capit*
Quidquid vel tacito ſinu
Implorant, querulis vocibus aut petunt.

18 פני יהוה בעושי רע להכרית מארץ זכרם:

17 *Firmat ſed faciem trucem*
פ IAS, *falſidicos iudicet vt viros,*
Terris quos penitus ſolet
Delere, ac memori nomine Gentium.

18 צעקו ויהוה שמע ומכל צרותם הצילם:

18 *Iuſtis vocibus adſuit*
צ IAS *eripiens caſibus omnibus:*

19 קרוב יהוה לנשברי לב ואת דכאי רוח יושיע:

19 IAS *corde dolentibus*
ק *Ipſe & ſoſpes adeſt queis animus dolet.*

20 רבות רעות צדיק ומכלם יצילנו יהוה:

20 *Rara haud comperias mala*
ר *Quæ iuſtos varijs partibus impetant:*
IAS *prouidus omnibus*
Victores ſtatuens eruit è malis:

21 שמר כל עצמותיו אחת מהנה לא נשברה:

21 *Seruans omnia roborat,*
ש *Cuſtoditque potens oſſa fidelium:*
Quorum nec minimum teri
Nec frangi patitur mille periculis.

22 תמותת רשע רעה ושנאי צדיק יאשמו:

22 *Trux aſt improbitas neci*
ת *Tradet (nec dubium eſt) præcipitem impium.*

12 Sed oportet ſcire quibus artibus Deus ſuis cõciliatus curam impendat.

13 Siue vitam illam feliciſſimã, ſiue huius etiam vitæ dies tranquillos expetas, poteris vtrumque aſſequi ex diuino beneficio, dummodo ab omni malitia & fraude atque crimine alienus, ſimpliciter & purè pietatem ac probitatẽ colas. Hæc ſumma iuſtitiæ virtutis humanæ eſt, quam ita fouet Deus, vt ſemper aſpiciat, & appellatus perpetuò audiat.

17 Idem autem improbos & maledicos aſpicit quidem, ſed vt perdat, atq. vnà cum nominibus, & fama, ac celebritate demoliatur.

19 Deus eſt proximus iis, qui corde ſunt fracto, piis, inquam, cognoſcentibus ſuã inopiam, ab inſolentia & iactantia alieniſſimis, qui ſpiritus non attollunt.

20 Signum eſt quòd iuſtus multis malis (vt mundus eſt) premitur; & tamen nunquã obruitur, ſed ſemper ſuperior euadit, id efficiente Deo, qui non ſolùm eos toros, ſed omnia eorũ oſſa conſeruat in numerato habens, tanquam cuſtodiæ ſuæ commiſſa.

22 At verò improbis ſua ipſorum malitia exitium molita tandem adfert: & videmus non ſolùm probos liberari & cuſtodiri, ſed eorum inimicos interire.

Iustos qui inuidia graui
Vrgent, intereunt emeritis modis.

23 Suos famulos sibi dicatos, non patitur Deus, ab alijs captos & oppressos, detineri; sed assertor redimit, atque expe antes se perire non sinit.

23 *Præsenti redimens ope*
Ias tutor adest, queis colitur pijs:
Quorum spes bona non sinit
Deleri genus aut nominæ viuida.

23 פורה יהוה נפש עבדיו ולא יאשמו כל החוסים בו׃

Psal. XXXV.

Iudica Domine nocentes me.

ARGVMENTVM.

Magno impetu ac temeraria insolentia aduersariorum suorum vexatus, ad mortemque petitus, cùm violentiam ferre se non posse tantam intelligeret Dauid, hoc Psalmo Deum assertorem primum, & iniuriarum propulsatorem, deinde etiam iudicem integerrimum appellabat; affirmans se à gente Saulis per vim, fraudem, & calumniam ad mortem peti omnino immeritum, imò optimè de illis meritum. exponit officia sua erga inimicos: eorum quoque iniquitatem & sæuitiam in se indicat, quam ab integerrimo iudice ac Domino suo impunitam minimè fore credit. ex qua re euenturum asserit, vt diuini iudicij integritas, diuinæ tutelæ etiam certitudo & præstantia tam à se quàm ab aliis bonis ac piis perpetuò celebretur.

Refert etiam Christum hoc Psalmo propheta.

1 *Dauidis.* 1 לדוד

Carmen tricolon tetrastrophon.

1 Causam meam ad iudicium tuum afferre studentem, me quia non tantũ spatiũ violenti & inuasores habere sinunt, assertor Deus eripe. res agitur impetu ac tumultu, quem compesci prius oportet à te, deinde iudiciũ exerceri, violentia propulsata: alias antequam audiat, oppressus ab his peribo, & iniuria victrix euadet, latebitque in obscuro cùm innocentia mea, tum iudicij tui integritas, atque virtutis ad iniurias propulsandas præstantia.

1 *Svsceptor Ias, quos mihi iurgia*
Iniusta cernis promere, iurgio
Propulsa & expugna parantes
Bella mihi immeritamque pugnam.
2 *Et scuta & hastas fortiter arripe,*
Præsens vt adsis auxilio mihi:
3 *Strictoque ferro occurre vindex*
Hostibus heu malè me insecutis.
Seruator adsum, dic animæ meæ.
4 *Hanc expetentes turpis agat pudor,*
Cedantque frustrati, mihi qui
Perniciem meditantur acrem.

1 דיבה יהוה את יריבי לחם את לחמי׃
2 החזק מגן וצנה וקומה בעזרתי׃
3 והרק חנית וסגור לקראת רדפי אמר לנפשי ישעתך אני׃
4 יבשו ויכלמו מבקשי נפשי יסגו אחור ויחפרו חשבי רעתי׃

Vt ven-

5 יהיו כמוץ לפני רוח ומלאך יהוה דחה:

5 Vt ventus atri turbinis aridam
Glumam, impetitos proruat Angelus:

6 יהי דרכם חשך וחלקלקות ומלאך יהוה רדפם:

6 Et pellat actos infideli
Vsque via in medijs tenebris:

8 כי חנם טמנו לי שחת רשתם חנם חפרו לנפשי:

7 Celare cæcis in puteis mihi
Auſos doloſas non merito plagas,
Vitæque defodiſſe noxis
Vſque meæ foueam carenti.

8 תבואהו שואה לא ידע ורשתו אשר טמן תלכדו בשואה יפל בה:

8 Illum imparatum comprimat impetus,
Detque in retruſas quas poſuit plagas:

9 ונפשי תגיל ביהוה תשיש בישועתו:

9 IAM ſalutarem mea vt mens
Læta canens celebret ſupernum.

10 כל עצמותי תאמרנה יהוה מי כמוך מציל עני מחזק ממנו ועני ואביון מגזלו:

10 Sedata magnis oſſa laboribus
IA ô vocabunt, quis ſimilis tui?
Cui cura ſeruare à potenti
Vi miſerum ac tenuem rapina.

11 יקומון עדי חמס אשר לא ידעתי ישאלוני:

11 Mi ignota ſæuæ verba calumniæ
Teſtes parantur fingere, qui bonum
Factis rependant improbandis,
Hancque animam ſterilem reponant.

12 ישלמוני רעה תחת טובה שכול לנפשי:

13 ואני בחלותם לבושי שק עניתי בצום נפשי ותפלתי על חיקי תשוב:

13 Ægros at ipſe hos ſicubi cernerem,
Saccis premebar ſupplicibus, fame
Ieiunus orabam, meum quæ
Verſa ſinum repetiſſe vellem.

14 כרע כאח לי התהלכתי כאבל אם קדר שחותי:

14 Ceu frater, arctus ceu ſocius mihi
Eſſet, premebar ſollicitus, velut
Materna pullatus gemebam
Funera curuus inopsque mentis.

15 ובצלעי שמחו ונאספו נאספו עלי נכים ולא ידעתי קרעו ולא דמו:

15 Nutare ſi quid contigerat mihi,
Læti coronas cogere, cogere,
Palmisque compoſi inſcientem
(Nec modus) ore fero increpabant.

5 Celeritate magna opus eſt, qualis eſt angelorum tuorum, qui hos perturbent ac diſſipent, & expellant: nã aliàs, vt multi ſunt, magno conſenſu atq. impetu celerrimè propoſitum ſuum peragent.

7 Non enim me impetu tantùm, ſed inſidiis petunt, vt euadere nequeam.

9. 10. Vt celerrimè obtentæ mihi ſalutis te auctorem & agnoſcam & celebrem, ac promiſſorum tuorum ſeruantiſſimum prædicem.

11 Scio me ab his dãnatum falſis teſtibus, à quibus poſtulor id quod omnino ignoro. ſuſcepta autem eſt ab illis hæc calumnia, nulla mali aut damni accepti vlciſcendi cauſa, imò pro beneficio maleficiũ reponitur. volunt nulli vſui vitæ meæ ſit feminatũ beneficium.

13 Non modò beneficiis eos vltrò affeci, ſed labore aliquo, vel leui affectos mæſtitia, commiſeratione ac deprecatione frequẽti ſum proſecutus, quam deprecationem in me cedere optarim.

14 Ex illorum calamitatibus, quamuis non ita magnis, ego tantum dolorem cõcipiebam, vt in animi deiectionem inciderem.

15 Illi contrà quacunque aduerſitatem meam impetu facto vrgebant, exploſionibus & probris proſequebantur.

16 Scurrarum more in gratiam potentiorum, à quibus opprimebar, fabulas, ac dicteria de me iactabãt, quælibet in quemuis opprobria fingere sæui.

16 Docti impudentes fingere fabulas
Scurras sequuti, quemlibet vrere,
In méque stridentes canius
Dentibus vsque mouent susurros.

16 בחנפי לעגי
מעוג חרק עלי
שניהמו׃

17 Sed in tanta iniuria atque insolentia quis modus erit conniuendi tibi Domine? cuius cùm seruus egosim, ad interitum rapior, cætera peculij mei quæ ad te pertinebãt, omnia direpta iam mihi sunt, honor, fama, pax, quies, consilium, vna tantùm vita mea postrema iam petitur.

17 Quando videbis tu Domine ô meam
Vitam, maligno restitue impetu:
Quæ sola iam vix est superstes,
Assere rictibus è leonum.

17 אדני כמה
תראה השיבה
נפשי משאיהם
מכפירים
יחידתי׃

18 Cætu frequenti te celebrem mihi
Cantabo, densis in populis tuas

18 אודך בקהל
רב בעם עצום
אהללך׃

18.19 Præstat vt ego materiem lætitiæ & gratulationis ác prædicationis de te piis patẽt, quàm improbis his gaudij ac triũphi de innocentia parti.

Omnia enim fundamenta consiliorum su brui oportet, iis qui mendacio & vanitate nituntur: mala mente, maloque animo, & quietissimos quosque ac mitissimos in terra nfe stant.

19 Laudes reponam. noli vt hosti
Gaudia suppeditem doloso:
Neu qui malis me nunc odiis petunt,
Obliqua nictent lumina nescij

19 אל ישמחו
לי אויבי שקר
שנאי חנם
יקרצו עין׃

20 Sermone vel pacem vocare,
Eloquium aut posuisse recto.
Quin quos quietos terra tenet viros
Excogitatis fraudibus opprimunt:

20 כי לא שלום
ידברו ועל רגעי
ארץ דברי
מרמות יחשבון׃

21 In méque diducunt solutum os,
Vidimus euge oculis ruentem.

21 וירחיבו
עלי פיהם אמרו
האח האח
ראתה עינינו׃

22 Hæc omnia à te spectata sunt Domine, quorsum nam deducta sint, aperte videnti: oportet ergo & assertoris & iudicis muneri exercendo consuli.

22 IAS (vides nam) ne sileas, mihi aut
Abstes remotus te DOMINVM precor;

22 ראיתה
יהוה אל תחרש
אדני אל תרחק
ממני׃

23 Nostrum excitatus cerne iudex
Iudicium DOMINE atque litem.

23 העירה
והקיצה
למשפטי אלהי
ואדני לריבי׃

24 Iudicis est sedaro iudicio vti, & ex legũ æquitate, non ex aduersatorum libidine agere.

24 IAS tua me iustitia argue,
Appello certum te mihi IVDICEM;
Non passus exultare nostro
Hos cohibe & retine in labore.

24 שפטני
כצדקך יהוה
אלהי ואל
ישמחו לי׃

25 Ab istis nihil aliud agitur, quàm vt te præsente absumar, antequam defendendi tempus nanciscar.

25 Ne gratulanti pectore proferant
Vah vota pulchrè nostra valentia;
Sermone neu iactent superbo,
Perdidimus satis en voratum.

25 אל יאמרו
בלבם האח
נפשנו אל
יאמרו בלעגוהו׃

Turpis

26 יבשו ויחפרו יחדו שמחי רעתי ילבשו בשת וכלמה המגדילים עלי:

26 *Turpis pudoris corripiat rubor*
Quoscunque nostrum lætificat malum;
Circumque perfundant pudenda
Probra mihi inimis imminentes.

26 Illis libido & improbitas sua irrita, pudorem turpem repulsamque pariat.

27 ירנו וישמחו חפצי צדקי ויאמרו תמיד יגדל יהוה החפץ שלום עבדו:

27 *Cantent volentes iustitiam meam,*
Lætique dicant, maximus optimus
IAS *canatur, cui placet pax*
Recta sui & bene firma serui.

17 Lætitia verò illos perfundat, qui tuam erga pios famulos tuos prouidentiam & curam agnoscent.

28 ולשוני תהגה צדקך כל היום תהלתך:

28 *Munus tuæ tum iustitiæ mea*
Nunquam petitis lingua silentiis
Dum vesper, aurora & manebunt,
Carminibus meditata dicet.

28 Huius beneficij monumentum perpetua gratulatione ponam.

PSAL. XXXVI.

Dixit iniustus vt delinquat in semetipso.

ARGVMENTVM.

MALI Deum negligunt, ideo scelera intrepidi suscipiunt. At verò Deus misericors est, qui illos aliquandiu impunitos sinit, vt ad pœnitentiam reuocet; sed idem iustus iudex, qui vt misericordiam promissam præstat: sic etiam iudicium seuerè maturum exercet. Sapientum verò est nolle experiri illam expectationem Dei, sed dare operam, vt misericordiam beneficiis acceptis experiantur semper, maximè spiritualibus, quorum causa omnia agenda, omnia ferenda sunt, quæ virtutis ratione conseruare & promouere solent.

א למנצח לעבד יהוה לדוד:

1 *Ad præstantem serui Domini Dauidis.*

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

ב נאם פשע לרשע בקרב לבי אין פחד אלהים לנגד עיניו:

2 AFfirmat tacito mi scelus impij
Dum certo penitus pectore cogito,
Huic nulla ante oculos relligio aut decens
IAE *sistitur aut metus.*

2 Profectò scelus ipsum malorum cùm à me cogitatur, indicat manifestè illos nullo Dei timore esse affectos.

ג כי החליק אליו בעיניו למצא עונו לשנא:

3 *Cui strata ante oculos mollis adest via,*
Offensum scelus vt non odio abnuat:

3 Nam video illos ita securè vitiorum & scelerum viam insistere, imò percurrere, vt putem, nulla religione, nullo metus aut reuerentiæ scrupulo molestari.

ד דברי פיו און ומרמה חדל להשכיל להיטיב:

4 *Sic prauum sibi dux ore fouet dolum*
Præcepti indocilis boni.

ה און יחשב על משכבו יתיצב על דרך

5 *Secretis agitat praua cubilibus,*
Insistitque viam certior haud probam,

Nunquam

Nunquam propositum pertimuit scelus,
Aut pœnam comitem mali.
6 IAS *nota tua est vsque benignitas,*
Cælos ac penetrat nubila veritas.
7 *Ista & iustitia est montibus amplior*
Longè & fortior inclytis.
Amplusque Oceanus iudiciis tuis
Angustus magis est; namque homines bonus
Seruas, atque genus quadrupedum simul
IAS *incolume efficis.*
8 IAS *omne tua vt summa benignitas*
Peruincit pretium; terrigenæ vt tuis
Alis suppositi præsidium sibi,
Vmbram & viuificam petant.
9 *Vbertate domus hos saturos tuæ*
Explebis placidi flumine gaudij:
10 *Nam vitæ est proprius fons tibi, luceque*
Nos lux perficiet tua.
11 *Produc, vt tua sit fausta benignitas*
His notus quibus es, mentibus & probis
Munus iustitiæ præniteat tuæ,
Queis fraus displicet impia.
12 *Me neu pes, sine, neu mos petat insolens,*
Neu migrare adigat me manus improba:
13 *Illic artifices præcipitat suos*
Prauum, restitui impotes.

לא שוב רע
לא ימאס:

6 יהוה
בהשמים חסדך
אמונתך עד
שחקים:

7 צדקתך
כהררי אל
משפטיך תהום
רבה אדם
ובהמה תושיע
יהוה:

8 מה יקר
חסדך אלהים
ובני אדם בצל
כנפיך יחסיון:

9 ירוין מדשן
ביתך ונחל
עדניך תשקם:

10 כי עמך
מקור חיים
באורך נראה
אור:

11 משוך חסדך
לידעיך וצדקתך
לישרי לב:

12 אל תבואני
רגל גאוה ויד
רשעים אל
תנדני:

13 שם נפלו
פעלי און דחו
ולא יכלו קום:

6 Sed tamē quidquid impij cogitet & agat, tua misericordia, tua veritas, ac iustitia spectatissimæ sunt; adeò enim magnæ sunt, vt latere non possint.
7 Verùm quoniam rationes, quibus tu cōsilia tua inis & promoues, sunt profundissimæ & plurimæ, quas hominū capere non possit ingenium, fit, vt recto, sed occulto nobis iudicio illos finas insanire; hos affligi patiaris, tamē suo tempore & iudicium & iustitia proferūtur in lucem.
Videmus enim te adeò misericordē esse, vt cures non homines tantùm, sed iumenta etiam; quare & mali à te tolerantur, qui vt equus & mulus sunt.
8 Sed magnū discrimen est inter curam, quam filiis hominum impendis, & eam, quā brutis: homines enim vt dignioris naturę, & quos tu amplificare volueris, familiari ac singulari tutela foues.
9. 10 Hos, inquam, ad lucem tuam deducete, hoc est, ad vitam æternam, quæ cognitione tui & filij tui à te mittendi definitur.
10 Igitur, quoniam pij malunt vti te misericorde & protectore atque amplificatore sui, quàm patiente & dissimulatore, vt mali vtuntur, ostēde in his iuuandis ac fouendis singularem curam, & quæ plurimum præstet ei, quæ malis tolerandis adhibetur; nec patiaris me in aliquem errorem induci mea improbitate, aut alterius exemplo, aut culpa: est enim periculū certum improbis, idq. grauissimum.

PSAL. XXXVII.

Noli æmulari in malignantibus.

ARGVMENTVM.

CONVENIT huius Psalmi sententia cum superiori. Postquam enim propheta de improborum via & exitu secum & cum Deo egerat, intellexeratque Dei iudicium certissimum esse erga probos & improbos, oportunè composito

compoſito Pſalmo, exhortatur pios ad virtutis & pietatis viam ſtudioſè perſequendam, certa fide & ſpe animatos beneficiorum ac miſericordiæ Dei erga bonos, & iudicij ac ſupplicij in malos conſtituendi.

א לדוד 1

Dauidis.

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

אל תתחר במרעים אל תקנא בעשי עולה׃

א *ARdens nefandi ne artifices mali*
Mirere, neu tu ijs inuideas, quibus
Iniuriarum ſæua mater
Fraus placet vtilitasque cæca:

1 Præſentem malorum proſperitatem ne miteris; aut inuideas.

כי כחציר מהרה ימלו וכירק דשא יבולון׃ 2

ב *Namque vt reciſum gramen abit citò,*
Marcent cadentes, germinis vt viror,
Nec praua perſiſtit malorum
Longius, aut ſoboles niteſcit.

2 Sed exitum ipſum expecta, videbis eos pe rire cum totis familiis & rebus ſuis.

בטח ביהוה ועשה טוב שכן ארץ ורעה אמונה׃ 3

ג IAE *fidelis nitere numine,*
Honeſti & vnum tu ſtudium pete;
Terris vt hæres haud mouenda
Sede habites fideique cultor.

3 Perſta in virtutis ſtudio, confiſus Dei miſericordis numine, qui te perpetuò conſeruabit.

והתענג על יהוה ויתן לך משאלות לבך׃ 4

ד IAM *vocabis delitias tibi,*
Is vota cordis perficiet tui:

4 Si videas malos voluptatibus ac delitiis affluere, conſtitue tu tibi in Deo delitias omnes, quibus multò ſuauiùs fruêre, quàm illi ſuis terrenis. illi tuis non poſſunt frui, hoc eſt, diuinis: & hoc age, vt Deum tibi cõcilies, ſenties ſuauitatẽ & proſperitatem admirabilem, dabit tibi iuſtitiæ ſuæ donum lucidiſſimum & clariſſimum, veram felicitatem nullis tenebris contaminatam.

גול על יהוה דרכך ובטח עליו והוא יעשה׃ 5

ה *Gratus fidelisque huic viam mox*
Flecte tuam, experiere fauſtum.

והוציא כאור צדקך ומשפטך כצהרים׃ 6

ו *Is lucis inſtar iuſtitiam tuam*
Et ius nitentem proferet in diem:

דום ליהוה והתחולל לו אל תתחר במצליח דרכו באיש עשה מזמות׃ 7

ז *Tedas & IAE te, ſilensque*
Hunc pius opperiare certum.
Ne proſperanteis arſeris in vias
Eius, malignum qui ſcelus explicat:

7. 8. Nõ ſolùm volo te à malorum æmulatione & inuidia alienum eſſe, ſed nec etiã iratum & iniquo animo ferentem illorum proſperitatẽ: eſt enim potius dicenda miſeria, quàm proſperitas, vt exitu ipſo cognoſcetur: nam pereunt facilè, & non reſtituuntur. at verò qui in Deo ſpem ſuam collocant, hi permanent beati.

חדל מאף ועזב חמה אל תתחר אך להרע׃ 8

ח *Hærere néve iram furoris*
Inuidulus patiare culpæ.

כי מרעים יכרתון וקוי יהוה המה יירשו ארץ׃ 9

ט *Scinduntur omnes qui mala perpetrant;*
Quicunque at IAM ſpe repetunt bonum,
Terram replebunt incolentes,
Sedibus intrepidi quietis.

10 Neque enim felicitas dicenda, quæ caduca, fluxa, ac momentanea est, vt eorũ qui in comœdiis aut ludis reges vel principes agunt.

10 Vix indicandi temporis improbus
Existet horis, mox aberit citò;
Dumque huius obseruas notatam,
Haud poteris reperire, sedem.

10 ועוד מעט ואין רשע והתבוננת על מקומו ואינכו׃

11 Pij possident terram, fruuntur animorum tranquillitate, & veris deliciis.

11 Sed quos modestos simplicitas fouet,
Terram tenentes iure colent pio;
Hos pacis æternæ ministra
Semper habet placidos voluptas.

11 ועניים ירשו ארץ והתענגו על רב שלום׃

12 Magno labore & studio, assidua cura, & irrequieto animo improbi probis malũ moliuntur, sed Deus illorum insaniam ridet, quibus proxima ruina iam imminet.

12 ז Deuoluit amens ingenium impius
Iusti vt quietem dissipet, ac fremit,
13 Ac dentibus stridet; propinquam huic
Ridet agens Dominus ruinam.

12 זמם רשע לצדיק וחרק עליו שניו׃
13 אדני ישחק לו כי ראה כי יבוא יומו׃

14 Non est ignota aut noua malorũ via, qui omnibus studiis, viribus, & fraudibus probos & simplices circumueniunt, sed hoc in ipsorũ auctorum caput recidit.

14 ח Heu peruicaces vt gladium improbi
Stringunt, & arcus tendere non timent;
His pauperes rectosque morum
Deïcere & iugulare tentant.

14 חרב פתחו רשעים ודרכו קשתם להפיל עני ואביון לטבוח ישרי דרך׃

15 Districtus ensis cor subiens heri
Configet, arcus dissilient truces,
Fractique disiectis nocebunt
Particulis domino furenti.

15 חרבם תבוא בלבם וקשתותם תשברנה׃

16 Minori labore, & cura iustus fruitur iucundissimè etiam rebus externis.

16 ט Tam parua iusti quàm videas viri
Angustioris munera prædij;
Hæc improborum crede magnas
Vincere opes nimium frequentum.

16 טוב מעט לצדיק מהמון רשעים רבים׃

17 Namque impiorum brachia fortium
Confracta casus comminuet grauis:
Ias sed assertor proborum
Resque & opes animumque fulsit.

17 כי זרועות רשעים תשברנה וסומך צדיקים יהוה׃

18 Impij non sunt temporis domini, ideò suas res constabilire non possunt. At verò rebus piorum permãsuris, Deus temporum Dominus nouit, & constituit suos dies.

18 י Ias probandos simplicium dies
Nouit beanti munere prouidus;
Hæreditas mansura quorum
Perpetuo statuetur æuo.

18 יודע יהוה ימי תמים ונחלתם לעולם תהיה׃

Præsæ-

19 לא יבשו בערת רעה וביומי רעבון ישבעו׃

19 *Præſæuientis temporibus mali*
Illos pudor non conficit indigus:
Si regnet aut cunctis diebus
Dira fames, ſaturi hi manebunt.

20 כי רשעים יאבדו ואיבי יהוה כיקר כרים כלו בעשן כלו׃

20 כ *Conſumet atrox exitium improbos,*
IAE *furentum commoda & hoſtium,*
Vt mollium agnorum peribit
Pinguis adeps reſoluta fumo.

21 לוה רשע ולא ישלם וצדיק חונן ונותן׃

21 ל *Luctatur arcta pauperie improbus,*
Soluenda nunquam debita congerens:
At iuſtus ærumnas miſertus
Munera diſtribuit benignè.

22 כי מברכיו יירשו ארץ ומקולליו יכרתו׃

22 *Is, queis miſertus proſpicit & fauet,*
Terras tenere ac perpetuas dabit;
Quos vrget idem non probatos,
Excidiis reſecantur altis.

23 מיהוה מצעדי גבר כוננו ודרכו יחפץ׃

23 מ *Munit probandis conſiliis pedes*
IAS *virorum, greſſibus & bonis*
Componit inſpector, ſacramque
Ipſe viam docet atque monſtrat.

24 כי יפל לא יוטל כי יהוה סומך ידו׃

24 *Quòd ſi periclis incidat arduis,*
Non ille caſu proteritur graui;
Præſente quippe hunc fulcit IAS
Ipſe manu, & retinet labantem.

25 נער הייתי גם זקנתי ולא ראיתי צדיק נעזב וזרעו מבקש לחם׃

25 נ *Nunc iam ſeneſcens qui fueram puer,*
Iuſtum relictum non memini mihi
Viſum, neque illius miſellum
Progeniem rogitare panem.

26 כל היום חונן ומלוה וזרעו לברכה׃

26 *Hic & miſertus commodat, ac diem*
Nullum benigno fert ſine munere:
Huiuſque diteſcunt metentes
Semina poſt cumulata nati.

19 Illos dies à Deo ſic conſtitutos, nulla téporum vicißitudo, vel naturalis, vel diuino conſilio ſingulari aliquo allata mutabit.

20 Perit omnis proſperitas improborum, perit autem ingratè & obſcurè, nullo ferè vſu; nam in fumum abit: non enim ſolida, & bene compacta caro, ſed pinguedo eſt. pingues non ſunt rectè valentes, neq. bona habitudine vt carnoſiores.

21 Videmus improbos, quamuis diuites putemus, ſemper egere, alieno ære plerunque grauari: iuſtis verò ſuas res ita ſuperare, vt cõmodare aliis poſſint.

22 Impij ſuis conſiliis ducuntur, quę plerumque inſana ſemper & incerta ſunt.

23 Pij Deo rectore gubernãtur, cuius via conſtans, certa & aperta eſt, cura etiam ad eos fouendos & promouendos certiſſima.

24 Sunt pericula & labores in hac mortali vita, quibus tamen probi non obruuntur, Deo conſeruante & protegente.

25 Ipſe ego non ſolùm ex legis diuinæ lectione, ſed longa obſeruatione comperi, à me narrata eſſe certiſſima: vidi enim pios omnem caſum ſuperantes, permanere, atque ſuæ proſperitatis hæredes relinquere filios ſuos.

26 Vidi probum beneficus aſſiduè ponẽdis ſtudentem, qua vita nulla ſuauior eſt. vidi eius poſteros illorum beneficiorũ fructum vberrimum colligentes.

27 Ergo me consulto & auctore fuge malũ, & sequere bonũ. hoc enim pacto verã beatitudinem summa cũ tranquillitate à Deo obtinebis.

27 סור מרע ועשה טוב ושכן לעולם׃

27 ם *Suspecta factis crimina turpibus*
Vitabis, ardens & studiis bonum
Auctor sequeris; tunc quietus
Perpetuos habitabis annos.

28 Quandoquidem quæ Deus fouet & conseruat, illa manẽt & constant: quæ ille respuit, pereunt penitus.

28 כי יהוה אהב משפט ולא יעזב את חסידיו לעולם נשמרו וזרע רשעים נכרת׃

28 IAS *pium nam ius amat & fouet,*
Seruansque charos deserit haud suos
Vnquam, sed inuisum improborum
Stirpe cadet pereunte semen.

29 Cùm videamus probos permanere in terra, prudentis erit sapienter de finibus bonorum & malorũ sentire & loqui.

29 צדיקים יירשו ארץ וישכנו לעד עליה׃

29 *Telluris hæres iusta cohors tenet*
Sedes, vt æuum proroget incola:

30 פ *Prudensque iusti os recta iusque*
Cogitat, eloquiturque lingua.

30 פי צדיק יהגה חכמה ולשונו תדבר משפט׃

31 Est autem certissima via ad beatitudinẽ diuinæ legis custodia, in qua summa sapientia, nullus error est.

31 תורת אלהיו בלבו לא תמעד אשריו׃

31 *Legem sui dum visceribus Dei*
Et corde scriptam continet integro,
Huic nulla vis instans valebit
Composítos temerare gressus.

32 Nec terrearis insidiis & malignitate improborum, cùm Deus probos defendat & tueatur.

32 צופה רשע לצדיק ומבקש להמיתו׃

32 ע *Stat, non paratum & quærit vt enecet*
Iustum doloso consilio improbus:

33 יהוה לא יעזבנו בידו ולא יַרשיענו בהשפטו׃

33 IAS *sed illum nec manu nec*
Iudicio huic superare tradet.

Perstiste in via Domini, & videbis tandem exitum tuum beatissimum, impiorũ verò miserrimum.

34 קוה אל יהוה ושמר דרכו וירוממך לרשת ארץ בהכרת רשעים תראה׃

34 ק *Quin spe frequentem tu colito viam*
IAE, euehendus qua teneas diu
Terras, & excisos malignos
Ipse homines videas superstes.

35 Homines vt arbores sunt, sed quidam fructiferis, quidã sterilibus persimiles: illas coli ac foueri ab agricolis videmus; has verò vbi nimium creuerint, ad vsum lignorũ excidi, atque à radicibus imis euelli.

35 ראיתי רשע ערין ומתערה כאזרח רענן׃

35 ר *Radice vt alta prænitet ac viret*
Iniussa tellus quam tulit arborem,
Vidi malignum sic potentem
Magna soli spatia occupare.

36 ויעבר והנה איננו ואבקשהו ולא נמצא׃

36 *En ille tantus transiit, vt citò*
Iam nullus esset: quærere perstiti
Nusquam reperturus; notatis
Ante locis aberat recisus.

Simplex

37 שמר תם וראה ישר כי אחרית לאיש שלום:

37 ש *Simplex probusque vt promineat vide,*
Ac diligenti iudicio tene,
Certasque constare adnotabis
Pacificum soboles virorum.

37 Non minori cura seruantur, fouentur, & plantantur bonarũ arborum propagines, quàm ipsæmet ex quibus natę sunt.

38 ופשעים נשמדו יחדו אחרית רשעים נכרתה:

38 *Exlex furentum turba perit simul*
Deleta; namque hic exitus improbos
Cunctosque conuoluet scelestos
Perpetuæ excidium ruinæ.

38 Noxiarum & inutilium arborum plantæ, vnà cum ipsis matribus euelluntur.

39 ותשועת צדיקים מיהוה מעזם בעת צרה:

39 ת *Tutore iustos percipiet salus*
I A, *hic prementis tempore turbinis*
Munimen illis est superni
Præsidij, validumque robur.

40 ויעזרם יהוה וימלטם ימלטם מרשעים וישיעם כי חסו בו:

40 *Succurret* I A S *liberet vt pios,*
Quos è malignis eruet, eruet:
Certaque perfundet salute,
Spesque dabit valuisse iustas.

PSAL. XXXVIII.

Domine ne in furore tuo arguas me.

ARGVMENTVM.

GRAVI animi ac corporis ægritudine afflictus Dauid, ob humana peccata, in quæ fortè inciderat, Deum flebili atque affectuosa oratione sibi placare studet, confessus primùm culpam suam, pœnam etiam correptionis sibi non casu, sed diuino iudicio illatam sentiens. Mouet diuinam clementiam laborum suorum commemoratione; atque aduersariorum in se insolentia indicata, se diuinæ misericordiæ inniti; aduersarios crudelitate, sæuitia, & furore agi narrat. quibus ipse nihil simile vel verbo referat, vt qui summa patientia Deum ad misericordiam oppressus, ipse ac tacens, illis verò magis insolescentibus excitare studeat. Psalmus videtur eo tempore compositus, quo ipse ciuilibus & intestinis bellis, Absalone auctore, vexabatur.

1 מזמור לדוד להזכיר:

1 *Psalmus Dauid ad commemorandum.*

CARMEN MONOCOLON IAMBICVM.

2 יהוה אל בקצפך תוכיחני ובחמתך תיסרני:

2 *Accensus* I A S *ne, calens néue argue;*
Me nec furenti corripe ô precor manu:

3 כי חציך נחתו בי ותנחת עלי ידך:

3 *In me sagittæ namque delatæ tuæ,*
In me subitque vis tuæ manus grauis.

4 Corpore doloribus oppresso, & animi cõscientia irrequieta sunt, quæ corporis etiam morbũ auget.

4 *Nil carne sanum te æstuante est in mea,*
Peccata pacem nec relinquunt ossibus:
5 *Delicta verticem obruere nam meum,*
Quæ me grauante pondere validè opprimunt.

6 Video me nimium distulisse pœnitẽtiam & agnitionem solidã mearum culparum, atque confessionem; ideò putruisse illam tabem adeò, vt grauissimè nunc affligar.

6 *Fœtent tumoris tabe putrida vlcera,*
Monstrare stultus dum medenti distuli.
7 *Pressus dolore terga curuante, & nimis*
Obscurus omnes, ater &, dies ago.
8 *Fœdo redundant pure nostra & ilia,*
Nec sana ab vlla parte consistit caro.
9 *Ac debilis confractus vsque confremo,*
Tantus tumultus corde surgit intimo.

10 Quod maximè opto & cupio, id est, vt tibi recõcilier: nam iræ tuæ cogitatio me miserrimè angit.

10 IAS *auenti scis quid ipse pectore*
Poscam, mea ac te non latent suspiria.
11 *Cor inquietis vertitur præcordiis,*
Vires recedunt, luxque nulla luminum est.

12 Nullum prætereà habeo consolatorem, aut mei curatorem, prætet vnum te.

12 *Sperata mi tam turba amica proximi*
Fugere vulneris procul plagam mei.

13 Habeo autem aduersarios, inuidos, & maleuolos atque nocentes mihi quàm plurimos.

13 *At colligati, vita queis grauis mea,*
Atque inuidentum turba molitur mihi
Fraudes dolosque, quanta percurrit dies:

14 Horum ego maleficia in me patienter fero, ita vt surdus ac mutus videar; quam ob rem concocto dolore, vehementius affligor.

14 *Ceu surdus adstem, mutus aut ego, nihil*
Audire curo aut ore aperto proloqui:

15 16 Nolo enim me ipse vlcisci, vel verbo & oratione, sed omnes res meas tibi gubernatori meo cõmitto.

15 *Instar stupentis auribus qui nescit*
Redarguenti pellere ore crimina.
16 *Respondeas, expecto namque* VINDICEM
IAS *meum te nomine acturum meo.*

17 Quando ego omnes res meas tibi committo, fac vt antè liberer quàm hi vel de fide in te mea, vel de prouidentia in me tua malè sentiant, rideantque delusam spem meam.

17 *Ridere, dixi, ô ne parent isti malis*
Nostris, triumphant si vacillet pes mihi:
18 *Nam claudicare pronus, heu, dolore sum*
Vrgente semper, vim refringit qui meam.

19 Quòd si ideo exerceor laboribus, vt re-

19 *Delicta sponte narro confessus mea,*

Et cura

4 אין מתם בבשרי מפני זעמך אין שלום בעצמי מפני חטאתי׃
5 כי עונתי עברו ראשי כמשא כבד יכבדו ממני׃
6 הבאישו נמקו חבורתי מפני אולתי׃
7 נעויתי שחותי עד מאד כל היום קדר הלכתי׃
8 כי כסלי מלאו נלקה ואין מתם בבשרי׃
9 נפוגרתי ונדכיתי עד מאד שאגתי מנהמת לבי׃
10 אדני נגדך כל תאותי ואנחתי ממך לא נסתרה׃
11 לבי סחרחר עזבני כחי ואור עיני גם הם אין אתי׃
12 אהבי ורעי מנגד נגעי יעמדו וקרובי מרחק עמדו׃
13 ויקשו מבקשי נפשי ודרשי רעתי דברו הוות ומרמות כל היום יהגו׃
14 ואני כחרש לא אשמע וכאלם לא יפתח פיו׃
15 ואהי כאיש אשר לא שמע ואין בפיו תוכחות׃
16 כי לך יהוה חוחלתי אתה תענה אדני אלהי׃
17 כי אמרתי פן ישמחו לי במוט רגלי עלי הגדילו׃
18 כי אני לצלע נכון ומכאובי נגדי תמיד׃
19 כי עוני אגיד אדאג מחטאתי׃

Et cura aduror ipſe peccati graui.

20 ואיבי חיים עצמו ורבו שנאי שקר׃ 20 *Hoſteis valere at viribus cerno meos,*
Mihi inuidentes ac beari perfidos.

21 ומשלמי רעה תחת טובה ישטנוני תחת רדפי טוב׃ 21 *Malam reponunt mî bonorum gratiam:*
Bona aſſecutum me petunt calumniis.

22 אל תעזבני יהוה אלהי אל תרחק ממני׃ 22 *Me ne relinquas, te peto mî* PRINCIPEM,
IAS *remotus neu procul ſiſtas mihi:*

23 חושה לעזרתי אדני תשועתי׃ 23 *Feſtinus adſis iam mihi auctor auxili,*
Here ô ſalutis auctor iam note ac meæ.

deam ad ſanam mentem, fateor me agnoſcere culpam meam, ideoque miſericordiã poſco, & vitæ correctionem profiteor. potius vertendam opto indignationem in hoſtes, vt agnoſcant illi ſua crimina, quæ minimè agnoſcunt dum mihi præualent.

22 Ideo appello te principem & gubernatorem meum, mihi ſæpiſſimè notum, frequentiſſimè decantatum, vnicum ſalutis præſidium. qualem neque hoſtes ſibi agnoſcunt, atque adeò nec expetunt quidem.

PSAL. XXXIX.
Dixi, Cuſtodiam vias meas.

ARGVMENTVM.

TOTVS Pſalmus de diuinæ prouidentiæ, humanæ vitæ vſu & fine, ac de æterna ſalute eſt. Dum variis modis affligeretur propheta, conſtituit patientia, taciturnitate, ac tolerantia calamitatem ſuam perferre: ſed cùm videret ſe ab improbis tanquam impium aut perditum vrgeri, tandem erupit in querelam, qua Deo ſuarum rerum ſtatum exponit, cupiens vitæ tam acerbæ modum & finem cognoſcere, cuius breuitate animum conſolaretur ſuum: aſſerit autem ſe nihil habere in hac vita præter Deum, quam ob rem viuere velit; cætera quæ hominibus in vita expetenda, atque magnis laboribus quærenda videntur, ſibi nihili fieri, cùm præter Deum nihil ſit, quod beare poſſit in hac vita, cuius poſſeſſio in hac vita beat, ſed longè eumularius in altera, quam ob rem piis alteram vitam gratiorem & optabiliorem eſſe ait, vtpote Deo fine vlla vel propriæ vel alienæ miſeriæ intermiſſione fruituris.

א למנצח לידותן מזמור לדוד׃ 1 *Ad præſtantem ad Iedithun, Pſalmus Dauid.*

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

2 אמרתי אשמרה דרכי מחטוא בלשוני אשמרה לפי מחסום בעוד רשע לנגדי׃ 2 *OBſeruabo vias meas,*
Dixi, lingua nihil peccet vt inſolens;
Quamuis me improbus vrſerit,
Ori claustra meo prouidus inferam.

3 נאלמתי דומיה החשיתי מטוב ובאבי נעכר׃ 3 *Ac tam muta ſilentia*
Concepi, nihil vt proloquerer boni,
Dum qui me cruciat dolor,
Conturbata nimis membra furens quatit.

2 Ita volo viuere quietus & tranquillo, ac ſi nulla re huius mundi offenderer, adeò, vt non ſolùm factis, ſed nec verbis errem. tanquam nihil ad me attineat hæc propoſueram.

3 At verò video iſtud nimium ſilentium & mihi nocere, & aliis anſam dare ad detrahendum virtuti, probitati atque innocentiæ.

Cor

4 Tandem animi affectu permotus, cogor cogitata eloqui.

5 Scire cupio quàm longa restet mihi vita: nam quanquam vita hominis breuissima sit, longa tamen videtur iis, quibus laboriosa est & anxia.

6 Hebraicè, *palmos dies.*] præcisos ac certos tuæ prouidentiæ, eosque breues, & vt verum fatear, nihil est vita hominis quantumlibet longissima, & actiones hominũ quæ in te non intenduntur, nihili sunt, & tamen homines in nihili vita, nihil agendo soliciti admodũ sunt, nam toti sunt ad congerendas diuitias intenti, quibus tamẽ nec ipsi fruentur, nec ij fortassis quos maximè vellent.

8 Ego verò præter te vnum votorũ meorũ finem, nihil præterea in hac vita expeto, nihil cupio, vellẽque mea omnia negotia in hoc tantum bonum dirigere: id autem efficere tu mihi potes, remotis peccatis meis, quæ impedimẽto mihi esse possunt, ne te fruar. deinde effice, vt hæc spes euentu suo nõ frustretur, ne stulti opprobrio mihi dent, quòd ignauus in vita fuerim, nihil præclari, vt illi putant, gesserim ad meam amplitudinem: id tu prohibueris, vbi me voti compotem reddideris. Ego illis nihil respondeo, etiam si affligar, quia scio te omnia scire, & nihil sine iudicio fieri, miserere ergo mei.

12 Satis grauis est correptio tua, quæ verbis etiam cùm fiat, deterret fortissimos, nedum homines vanos & fragiles.

4 *Cor in visceribus calens*
Flammas, dum meditor, suscitat igneas:
Quas ipsa opprimere impotens
Perruptis loquitur lingua silentiis.

4 חם לבי בקרבי בהגיגי
תבער אש
דברתי בלשוני:

5 IAS *indica & exitum,*
Et quàm longa mihi restet adhuc dies:
Mundo quàm nimium fruar,
Opto scire libens, quóve fruar modo.

5 הודיעני יהוה
קצי ומדת ימי
מה היא אדעה
מה חדל אני:

6 *En palmos mihi das dies,*
Te præsente nihilque est spatium meum:
Quin nil quidquid id est homo,
Quisquis constat homo, scilicet est nihil.

6 הנה טפחות
נתתה ימי וחלדי
באין נגדך אך
כל הבל כל אדם
נצב סלה:

7 *Certè vmbræ & tenebræ viros*
Versant, sollicitatque hos trepidos nihil:
Illi plurima congerunt,
Ignari positum quis cumulum occupet.

7 אך בצלם
יתהלך איש אך
הבל יהמיון
יצבר ולא ידע
מי אספם:

8 *At nunc ô here quid velim*
Expectémve mihi, spes mea te petit:
Cunctis me eripito meis
Noxis, me stolidis dede nec in probrum.

8 ועתה מה
קויתי אדני
תוחלתי לך
היא:

9 מכל פשעי
הצילני חרפת
נבל אל
תשימני:

10 *Mutus contineo meum*
Os, namque illa tuo non sine numine.
Parce ô verberibus grauis
In me quæ renouas, heu pereo manus
Inflictu validо tuæ,
Impar dura Dei vulnera perpeti.

10 נאלמתי לא
אפתח פי כי
אתה עשית:

11 הסר מעלי
נגעך מחלמת
ידך אני כליתי:

12 *Cùm tu crimina corripis,*
Obiurgásque virum, defluit huic decus,
Ceu vestis tineis perit,
Omnis terrigena ac scilicet est nihil.

12 בתוכחות
על עון יסרת
איש ותמס
כעש חמודו אך
הבל כל אדם
סלה:

13 IAS *auribus excipe*
Clamorem atque preces, nec lachrymas meas

13 שמעה
תפלתי יהוה
ושועתי האזינה

Surdus

אל דמעתי אל תחרש כי גר אנכי עמך תושב ככל אבותי׃

Surdus dissimules, vides
Me (quales proauos noueris) hospitem,
Terræque hospitis incolam;
Nec quicquam stabile hîc, nec proprium mihi est.

Ego nullum habeo in terris præsidiũ præter te, quippe peregrinus sum, vt Abraham, Isaac & Iacob, solo tuo numine fisus, in terra, tanquam in aliena regione, habito.

14 השע ממני ואבליגה בטרם אלך ואינני׃

14 *Iam me solue precor, precor,*
Et cura sine me vt restituar graui,
Ne si progrediar nimis,
Pressus deficiam, nullus & auolem.

14 Matura, ô Domine, vt restituas me sanitati & quieti, ne adeò pressus peream sine vllo vitæ vsu, qualem ipse optarim.

PSAL. XL.

Expectans expectaui Dominum.

ARGVMENTVM.

NON tam suam, quàm Iesu Christi personam referebat Dauid, cùm hunc Psalmum conderet. Apertè enim significauit humanæ salutis Pontificem Christum pro vniuerso mundo litaturum sacrificio illo admirando corporis sui veri, cui mysticum corpus aptari Deus voluit, vt morte pro omnibus gustata, reconciliaretur mundus patri: id quoniam diuino consilio, iudicio, numine, & arcano modo effectum est, à Christo celebratur, qui patri suo gratulatur illam tantam expeditionem, victoriam, & amplitudinem à se partam: nam ipse & pater vnum cùm sint secundum diuinitatem, ambo simul in mysterio illo operabantur, Spiritu sancto etiam cooperante: sed huius rei auctoritas præcipua quadã ratione adscribitur patri; quia patris fuit decernere; filij, assentiri & obedire; Spiritus sancti, patris & filij voluntatem admirando modo & effectu coniungere.

א לדוד מזמור׃ 1

Ad præstantem Dauidis Psalmus.

CARMEN SAPPHICVM.

ב קוה קויתי יהוה ויט אלי וישמע שועתי׃ 2

NVmen vt sanctum mihi semper IAE
Certus expecto, mihi flexus ille est,
Ac meæ vocem placidus querelæ
Audijt ægram.

2 Pressus hominum peccatis & debitis à me susceptis, imploraui Dei misericordis auxilium, quod certissimum expertus sum.

ג ויעלני מבור שאון מטיט היון ויקם על סלע רגלי כונן אשרי׃

3 *Ille me extractum puteo sonanti,*
Atque cœnosæ barathris lacunæ
Rupe firmato pede ferre gressus
Iussit in alta.

3 Huiusmodi conditionem subierã, cùm hominum omnium filiorum Adæ personam in iudicio illo Dei tremendo sustinerem. sed illius voluntate & consolatione recreatus sum, & animatus ad bibendum calicem illum acerbissimum.

ד ויתן בפי שיר חדש תהלה לאלהינו יראו

4 *Tunc nouum grato dedit ore carmen,*
Hanc Dei nostri celebrare laudem;

P *Dum*

4 Quam ob rem moneo omnes, vt suam spem in Deo purè sanctéque collocent.

Dum vident multi, metuent & IAM
Spéque fidéque.

ורבים ויראו ויבטחו ביהוה׃

5 *Ille vir multis numeris beatus,*
Fida cui spes est bene notus IAS,
Quique mendaces negat & superbos
Cernere nutus.

ה אשרי הגבר אשר שם יהוה מבטחו ולא פנה אל רהבים ושטי כזב׃

6 Non potest subduci summa laborum & afflictionum, quibus affectus sum ob humanum genus, sed te auctore omnia superaui.

6 *Plurimis PRINCEPS mihi es auctor IAS,*
Consul & rebus, tibi quæ stupens dum
Eloquor narrans, superant carentem
Nomine summam.

ו רבות עשית אתה יהוה אלהי נפלאותיך ומחשבתיך אלינו אין ערך אליך אגידה ואדברה עצמו מספר׃

7 Nam cùm sacrificia quæ secundum legem offerebantur, nõ litarent apud te, vtpotè quæ corpus peccati auferre nequibant, aptasti mihi corpus mysticum, quod ego in corpore meo vero sustinens, offerrem innocens pro debitoribus victima effectus.

7 *Victima & munus penitus probata haud*
Sunt tibi, aptasti mihi fictor aures;
Hostiæ haud fumos petis, expiantis
Nec sacra flammæ.

ז זבח ומנחה לא חפצת אזנים כריית לי עולה וחטאה לא שאלת׃

8 *Tunc libens dixi, Venio Deus mi,*
Déque me scriptum refero volumen:

ח אז אמרתי הנה באתי במגלת ספר כתוב עלי׃

8. 9 Id ego volens libensque susceptum ad te defero sacrificandũ, & libri tui decretum implendum.

9 *Grata mi constant tua iussa, & imis*
Visceribus lex.

ט לעשות רצונך אלהי חפצתי ותורתך בתוך מעי׃

10 Huius salutis compos gratulabor tibi. cũ iis, qui te auctore per me seruabuntur.

10 *Nuntius iusti populo frequenti*
Sum tui & præco; mea labra nunquam
Continens clausi, vt mihi testis IAS
Conscius ipse es.

י בשרתי צדק בקהל רב הנה שפתי לא אכלא יהוה אתה ידעת׃

11 Id autẽ perpetuò prædico, vt omnes in te fidant, te colant, te inuocent, qui salutis auctor es hominibus.

11 *Cor meum nunquam tua iusta celat*
Facta, veracem Dominum salutis
Dico te denso in populo benignum,
Teque fidelem.

יא צדקתך לא כסיתי בתוך לבי אמונתך ותשועתך אמרתי לא כחדתי חסדך ואמתך לקהל רב׃

12 Igitur cùm in illo conflictu fuero, adsis mihi tua virtute, sapientia, & misericordia, mihi, inquam, & corpori meo mystico.

12 *Ne tuum clemens mihi pectus IAS*
Clauseris, quin me miseratus atque
Consilĉ compos tuere, & potentis
Numinis vsu.

יב אתה יהוה לא תכלא רחמיך ממני חסדך ואמתך תמיד יצרוני׃

13 Namque grauissimam & acerbissimam illam horam esse scio, in qua potestas tenebris facienda est, vt in me sæuiant hominum peccatis onustum.

13 *Me mali, turbæ numero carentes*
Obsident, curui & vitij phalanges

יג כי אפפו עלי רעות עד אין מספר השיגוני עונתי ולא יכלתי לראות

Oppri-

עצמו משערות ראשי ולבי עזבני׃

Opprimunt; quos non oculis notare aut
Cernere poßim.

14 רצה יהוה להצילני יהוה לעזרתי חושה׃

14 *Nam mei vincunt numero capillos*
Verticis, nec cor ſupereſt dolenti;
Sed volens IAS *propera, me & almus*
Eripe cuſtos.

15 יבשו ויחפרו יחד מבקשי נפשי לספותה יסגו אחור ויכלמו חפצי דעתי׃

15 *Turpis atque omnes pudeat repulſæ,*
Qui meam quærunt temerare vitam;
Qui malum mî iam expediunt, pudenda
Damna reportent.

16 ישמו על עקב בשתם האמרים לי האח האח׃

16 *Præmium turpi referant ruina*
Dedecus qui mî cupiunt, dolenti
Qui graui inſultant ſtrepitu; parati
Dicere vah, vah.

17 ישישו וישמחו בך כל מבקשיך יאמרו תמיד יגדל יהוה אהבי תשועתך׃

17 *Gaudeant qui te petiere læti,*
Quiáque amant, quam tu cupidis ſalutem
Efficis; magnis memorent ferendum
Laudibus IAM.

18 ואני עני ואביון אדני יחשב לי עזרתי ומפלטי אתה אלהי אל תאחר׃

18 *Ipſe inops, pauper licet atque egenus,*
Conſulet tutor mihi proſper IAS:
Sed precor ſoſpes mihi ne morere ô
Maxime PRINCEPS.

15 Hoſtis tuus ille antiquus cum omni ſuo exercitu viſibili & inuiſibili cedat repulſus & victus, ita vt eius caput conteratur, quemadmodum oraculo tuo fuit certior factus, ille cupit impedire ſalutem publicam per me efficiendam.

16 Qui exiſtimant nihil efficacitatis eſſe in morte & cruce mea, et mihi inſultant quaſi vano & inani, Euāgelii virtute conuicti, pudefiant.

17 Illi verò qui fide, ſpe, & charitate inſtructi, te petunt, & ſalutis per me partæ participes eſſe cupiūt, voti ſui compotes facti, lætique tibi gratulentur.

18 Hanc certiſſimam ſpem ego reporto, quanquam egenus factus pro debitis hominum, meque tibi Deus princeps efficiētiſſime commendo, vt dexter adſis mihi hoc magnum certamen ſubituro.

PSAL. XLI.

Beatus vir qui intelligit ſuper egenum.

ARGVMENTVM.

DAVID morbo oppreſſus, diſcrimen eorum, qui ſibi vel malè vel bene vellent, cognouit, namque illorum ſimulatis officiis vehementer affligebatur, horum ſinceris recreabatur. ex ea re Pſalmum doctrinę plenum compoſuit, cuius exordium in commendandis pietatis & charitatis officiis, atque in ſubleuandis alienis miſeriis, quorum præmia certiſſima à Deo etiam in hac vita oportunis temporibus conſtant, deinde narrat ſuam afflictionē, quo pacto inimici & aduerſarij ſimulationibus auxerint; ſed Deus inuocatus verè & efficaciter leuauerit, qui ſummus & maximus conſolator afflictorum eſt; quos, quamuis ob peccata affligi ſinat, tamen ab aliis irrideri non vult, imò irriſores vlciſci ſolet grauiſſimè. Hanc Dei iuſtitiam & benignitatem laudibus in fine decantatis commendat.

1 למנצח מזמור לדוד׃

1 *Ad præstantem Psalmus Dauidis.*

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS.

2 אשרי משכיל אל דל ביום רעה ימלטהו יהוה׃

2 *AVctus beato munere sortium est*
Is quisquis ægro consulit ac fauet.
Illum diebus sospes IAS
Casibus eripiet malisque.

2. Multis nominibus beatus erit, quisquis tenuium & egenorũ cura tangitur, & consolationi operam dat.

3 יהוה ישמרהו ויחיהו יאשר בארץ ואל תתנהו בנפש איביו׃

3 *Custos valentem hunc, hunc bene uiuidum*
IAS beatum terricolam dabit,
Cessisse nec dedet malignis
Hostibus atque animis nocentum.

3. Namque huiusmodi viri in tebus aduersis curam suscipiet Deus: non passurus illum ab aduersariis superari.

4 יהוה יסעדנו על ערש דוי כל משכבו הפכת בחליו׃

4 *Lecto hunc iacentem corpore languidum*
IAS fouebit fulciet ac bonus,
Totum ac laboranti cubile
Sternet & in melius reponet.

4. Morbo languenti viro huic Deus ipse lectum sternet, vt molliùs cubet.

5 אני אמרתי יהוה חנני רפאה נפשי כי חטאתי לך׃

5 *Namque ipse tristi murmure dixeram,*
IAS misertus sis medicus mihi,
Peccasse & in te confitentem
Hanc animam recrea misellam.

5. Ipse enim cùm morbo affligerer, Deũ inuocaui, cuius correptionem in illo morbo agnoscebam, & intellexi quid distet bonus amicus à simulato & fraudulento, cuius animum & orationem ipso etiam morbo molestiores sentiebam.

6 אויבי יאמרו רע לי מתי ימות ואבד שמו׃

6 *Hostes maligno murmure proferunt*
Infausta, quantum percupiunt mihi,
Quando interibit nomen, atque hoc
Lucifugæ tenebræ recondent?

6. Extremæ malignitatis est, naturalibus aut aliàs casu aliquo allatis, etiam inimicorum aduersitatibus lętari, aut insultare: eiusmodi autem animis et orationibus meam ægritudinem aduersarij prosequebantur.

7 ואם בא לראות שוא ידבר לבו יקבץ און לו יצא לחוץ ידבר׃

7 *Ingressus vt me uisere fingeret,*
Vnusque & alter vana loquens manet,
Peruersaque obseruans maligno
Pectore proloquitur reuersus.

7. Simulabant se me officiosè inuisere, verùm id agebãt, vt observarent an peius haberem; id quod maximè cupiebant; & sibi persuadentes, oratione etiam in coronis & conuenticulis affirmabant.

8 יחד עלי יתלחשו כל שנאי עלי יחשבו רעה לי׃

8 *In me susurrant protinus inuidi,*
De me scelesta & perfida cogitant:

9 דבר בליעל יצוק בו ואשר שכב לא יוסיף לקום׃

9 *Hic iam laborans impotenti*
Pondere, non penitus resurget.

9. *Impotẽti.*] בליעל Nequam Latinè percussus, inquiũt, est hic impotentissimo ictu, ob impotens aliquod scelus.

10 גם איש שלומי אשר בטחתי בו אוכל

10 *Quin ille pacis consocius meæ,*
Et cui solebam plurima credere,

10. Totus hic Psalmus à Dauide ad Christũ aptissimè transfertur.

Mensæ

לחמי חנדיל עלי עקב׃

Menſæ & ſodalis non remotus,
Nunc pede me quatit inſolenti.

Inter hos etiam nō defuit, qui mihi inſultaret, ex iis, quos ego charos habebam, quos vitæ ac menſæ ſocios, atque conſiliorum participes feceram.

11 ואתה יהוה חנכני והקימני ואשלמה להם׃

11 *At tu miſertus mē ſtatuas precor*
IAS, *vt illis pro meritis feram.*

11. 12 Sed tu iſtam ingratitudinem nō feres, Deus miſericors, neque iſtorum mores probare videri voles, ſed magis improbare, me reſtituto in ſalutē.

12 בזאת ידעתי כי חפצת בי כי לא ירוע איבי עלי׃

12 *Te me probaſſe hinc diſco, de me*
Quod minimè hoſtis atrox triumphat.

13 ואני בתמי תמכת בי והציבני לפניך לעולם׃

13 *Dumque ipſe ſimplex integer atque ago,*
Tu me tueris, tu incolumem facis,
Tu me perennem das miniſtrum,
Ante tuos ſtatuisque vultus.

13 Nam tu ſimplicitatem, non malitiam, foues & tueris.

14 ברוך יהוה אלהי ישראל מהעולם ועד העולם אמן ואמן׃

14 IAE, *gubernat qui bonus Iſrael,*
Sæclum per omne huic plaudite, plaudite:
Illi ſit ac ſplendor decusque
Perpetuos proprium per annos.

14 Gratulandum igitur eſt Deo, qui Iſraelem ſibi fidentem populum, & cum Deo potentem, ita gubernat, vt hominum prauorum libidini non permittat.

FINIS LIBRI PRIMI.

PSALMORVM

LIBER II.

PSAL. XLII.

Quemadmodum desiderat ceruus.

ARGVMENTVM.

DAVID propter bella ac seditiones à patria ciuitate exulans, cùm in montibus & inculis versaretur locis, vehementer dolebat, se illo otio esse priuatum, quod totum in diuino cultu frequentando, diuinis laudibus canendis, atque populis exemplo suo ad eandem pietatem instruendis ponere solitus erat; eoque dolore quotidie angebatur, sed longè vehementius diebus statis & sacris, cùm populi ex lege ac more ad sacram diuinorum beneficiorum commemorationem & gratulationem conuenire consueuerant. huiusmodi desiderium suum hoc Psalmo exponens, lamentatur, postulatq. à Deo eam, in qua tunc versaretur, tempestatem, in similem à se descriptæ tranquillitatem conuerti: id quod effectum iri sibi crédens persuadet ac pollicetur, quam ob rem gratulationis votum Deo nuncupat.

1 *Ad præstantem, Animaduersio filijs Coreh.*

למנצח
כמשכיל לבני
קרח׃

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

2 *VGIT ceruus velut, dum sitiens aquæ*
Ad riuos properat: sic anima hæc Deum
Te magnum cupiens icta fidelibus
Te desiderijs petit.

כאיל תערג
על אפיקי מים
כן נפשי תערג
אליך אלהים׃

3 *Magnum nempe anima hæc nostra sitit Deum*
FORTEM, *perpetuò qui viget & valet.*
O quando veniens aspiciam DEI
Vultus sorte beatior?

צמאה נפשי
לאלהים לאל חי
מתי אבוא
ואראה פני
אלהים׃

4 *Heu mî sunt lachrymæ pro dapibus diu*
Et noctu, pariter tristis vt audio;
At nunc ille Deus, quem tibi PRINCIPEM
Affirmare soles, vbi est?

היתה לי
דמעתי לחמי
יומם ולילה
באמר אלי כל
היום איה
אלהיך׃

5 *Effundam ipse dolens hanc animam mihi,*
Dum tempus recolam, quo soleo Dei
Iunctis ordinibus, composito & gradu
Ædem visere maximi.

אלה אזכרה
ואשפכה עלי
נפשי כי אעבר
בסך אדם עד
בית אלהים

Dum

2. *Ceruus.*]Antiqui auctores in affectuosis similitudinibus fœminarum animantium nominibus studiosè vtebantur, quòd impotentioribus affectibus fœminæ, quàm mares agantur sic Dauid hîc & aliàs sæpè. sic prophetæ alij.

3 Anima mea sitit Deum fortem viuũ, qui ipsam vita satiare, & ex omni afflictione liberatam recreare potest.

4 Cibi & potus loco lachrymas ex oculis in os diffluentes haurio, & deglutio, cùm audio, & aduersarios, & aliquos ex iis, qui me sequuntur, dicentes me nó esse curæ Deo, quippe cuius ciuitate & templo eiectus sim.

5 Subit animo meo deliquium vnà cum recordatione dierum, quibus solenni pompa & ritu statis diebus Dei templum frequẽtare soleo.

בקול רנה
ותודה המון
חוגג׃

Dum voces memini lætitiæ indices
Et laudum comites, carmina & inclyta,
Quæ festiua meis turba frequens choris
Sacro reddiderat die.

6 מה תשתוחחי
נפשי ותהמי
עלי הוחילי
לאלהים כי עוד
אודנו ישועות
פניו׃

6 *Quid nunc vis animæ deijceris mihi?*
In me quídve fremis? certa mane DEVM,
Cuius fausta colam numina liber, &
Sospes vota canam pia.

6 Sed quid linquor animo, eo quòd hoc tempore absens à domo Dei sim, cùm speretem me propediem in pristinam conditionẽ restituendum diuino beneficio?

7 אלהי עלי
נפשי השתוחח
על כן אזכרך
מארץ ירדן
והרמונים ממצ
בצער׃

7 *In me deijcitur mens mea mi* DEVS,
Vnde & te recolo rura per aspera
Iarden præcipitem qua lauat Hermonum &
Parui ad culmina Misgari.

7 Hermon & Misgar in quo oppidulũ illud fuit, ad quod Lot confugit. montes sunt Iordani vicini.

8 תהום אל
התהום קורא
לקול צנוריך כל
משבריך וגליך
עלי עברו׃

8 *En turbata trahens vnda voragines*
In me congeminat, vocibus excita;
Ventorum ac pluuiæ defluuijs tuæ
Vndis, fluctibus obruor.

8 Non possum non sæpè cogitationibus tristibus agitari velut tempestatibus, cùm præteritæ quietis recordationi præsentis exilij imago coniungitur.

9 יומם יצוה
יהוה חסדו
ובלילה שירה
עמי תפלה לאל
חיי׃

9 IAS *auxilium cùm daret, ac dies*
Iussisset facilis surgere prosperos;
Tunc noctu ipse canens dicere sueueram
FORTEM *præsidium meum.*

9 Maximè cùm recordor nocturnarum actionum mearũ, quæ omnes in Dei laudibus canendis versabãtur, quo tempore quietos agebam dies. nunc verò suspiriis & mæstitudine ac desiderijs totas noctes cõsumo.

10 אומרה לאל
סלעי למה
שכחתני למה
קדר אלך בלחץ
אויב׃

10 *Nunc* FORTI *ipse meo conquerar (is mihi*
Rupes) me quid enim deseris immemor,
Pullatísve facis vestibus ingredi
Me cogentibus hostibus?

10 Ideò hanc querelam Deo exponam, præsidio meo vnico. quòd me quotidiana internarum cogitationum & externarum insultationum mæstitia totos dies agere sinat.

11 ברצח
בעצמותי
חרפוני צוררי
באמרם אלי
כל היום איה
אלהיך׃

11 *Dissectis veluti me ossibus enecent,*
Probris conficiunt; queis premor hostibus,
Dum dicunt, vbi nunc, quem tibi PRINCIPEM
Affirmare soles DEVM?

12 מה
תשתוחחי נפשי
ומה תהמי
תוחילי לאלהים
כי עוד אודנו
ישועות מני
ואלהי׃

12 *Quid nunc ægra anima ô deijceris mihi?*
In me quidve fremis? certa mane DEVM,
Cuius fausta colam numina liber &
Sospes vota canam pia.

PSAL. XLIII.

Iudica me Deus, & discerne causam meam.

ARGVMENTVM.

EIVSDEM cum superiori argumenti Psalmus hic est, ideoque, vt videtur, inscriptione non indiget. Orat enim Rex prophera Deum, vt causam illam, quę inter ipsum & aduersarios suos est, iudicare & decernere maturet, in qua suas partes cum aduersariorum calumniis & violentia collatas, potiores & victrices euasuras, ex iusto Dei iudicio confidit; tum verò se patriæ ac regno restitutum iisdem rebus vacaturum pollicetur, quibus anteá; nempe sibi ac populo ex diuinis legibus gubernando, & diuino cultui in templo illo à Deo præcipuè instituto, exercendo, laudibusque diuinis decantandis.

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

1.1 Iudicem ad causam, & assertorem ad iurgium ac violentiam tē mihi Deum appello; quem mihi vtroque nomine constitutum semper affuisse agnoui.

1 IVDEX DEVS *me vlciscere, iurgium &*
Iurgare solers incipe tu meum;
Me gente defende ex proterua,
Atque viro nimium doloso.

ז שפטני אלהים וריבה ריבי מגוי לא חסיד מאיש מרמה ועולה תפלטני׃

2 *Tu (nam* DEVM *te præsidij mei*
Agnosco) cur me longius abijcis?
Cur ater incedam furente
Hoste dolens nimis ac premente?

ב כי אתה אלהי מעזי למה זנחתני למה קדר אתהלך בלחץ אויב׃

3 Mitte iudicij tui claritatem & gratiam, vnà cum constantia dictorum tuorū, quibus iustum iudicem, & oppressorum assertorē te fore recepisti.

3 *Lucem fidemque (vt pollicitus) tuam*
Mitte, vt sacrati montis in arduos
Ducar recessus; atque vt arceis
Quas colis, his ducibus reuisam.

ג שלח אורך ואמתך המה ינחוני יביאוני אל הר קדשך ואל משכנותיך׃

4 Veniam gratulabūdus ad altare Gubernatoris mundi fortissimi: ipsum fatebor, mihi Deum assertorem & prospectorem.

4 *Inde vsque ad aram perueniam* DEI,
FORTEMque *gaudi lætitiam mei;*
Dicamque plectro tunc DEVM *te,*
Teque meum fidibus PATRONVM.

ד ואבואה אל מזבח אלהים אל שמחת גילי ואודך בכנור אלהים אלהי׃

5 *Quid te meæ, quid vis animæ abijcis?*
Commota cur sic infremis? at DEVM
Intaminata spe maneto,
Carmine quem celebrem reponam:
Ille & salutis multiplicis mihi
Est auctor, illum dicere iam iuuat,

ה מה תשתוחחי נפשי ומה תהמי עלי הוחילי לאלהים כי עוד אודנו ישועות פני ואלהי׃

Spectata

Spectata cuius tanta senſi
PRINCIPIS auxilia vſque mei.

PSAL. XLIIII.

Deus auribus noſtris audiuimus.

ARGVMENTVM.

ILLA tempora referre videtur Pſalmus hic, cùm Iſraelitæ à finitimis, partim Palæſtinis, partim Idumæis, Moabitis, Amalecitis, Amonitis, atque Aramæis bello vexabãtur, excurſionibusq. & latrociniis infeſtabantur. ſed revera prophetia quædam apertiſſima eſt omnium temporum, quibus Eccleſia Dei ab inuiſibilibus aut viſibilibus hoſtibus eſt afflicta. id quod vocabulo Maſchil, quod hic Animaduerſionem interpretãmur, cognoſci poteſt. Conqueritur ergo propheta apud Deum, quòd ſuum populum, quem ſingulari prouidẽtia fouere, ſibiq. adſcribere, atq. adeò adoptare ipſe vltrò voluerit, ſibique peculiarem eſſe maximis miraculis declarauerit, ita tamen ab hoſtibus viſibilibus & inuiſibilibus vexari & infeſtari permittat; id quod quanquam populi ipſius culpa & peccatis euenerit, tamen propter inſtitutum miſericordiæ ac ſalutis humanæ conſilium deprecatur vates, oratque Deum, vt opus ſuum in ipſo populo perficiat, memor ſancti illius nominis ſui, quod ſanctificari per omnia cupit. denique concepta per fidem ſpe, voto ſuo optimum euentum ex diuina clementia & benignitate vaticinatur.

Filiis Coreh animaduerſio.

CARMEN HEROICVM.

1 למנצח לבני קרח משכיל:

2 אלהים באזנינו שמענו אבותינו ספרו לנו פעל פעלת בימיהם בימי קדם:

3 אתה ידך גוים הורשת ותטעם רוע לאמים ותשלחם:

4 כי לא בחרבם ירשו ארץ וזרועם לא הושיעה למו כי ימינך וזרועך ואור פניך כי רציתם:

5 אתה הוא מלכי אלהים צוה ישועות יעקב:

6 בך צרינו ננגח בשמך נבוס קמינו:

QVæ DEVS *antiquis geſſiſti geſta diebus,*
Certa olim victisque patrum narrata periclis,
Detulit ad noſtras ſermo veriſſimus aures:
3 *Vt nempe ipſe manu diſiectis gentibus altè*
Miſeris hîc noſtri plantaria ſeminis, vtque
Contuderis validos populos, ſiluamque nocentum
4 *Abſtuleris; non arcu etenim validisve lacertis,*
Ipſi regna ſibi atque almam peperêre ſalutem:
Dextra tua & lux illa tui clariſſima vultus,
Illis ſumma fuit laudis, quibus ipſe volebas.
5 *Tu* DEVS *ipſe mihi notus Rex, tu mihi* PRINCEPS,
Ergo Iacobæas memor ô decerne ſalutes:
6 *Nos, vt ad aſtra pilas tauri, iactabimus hoſtes*
Te duce; & aduerſos pedibus ſubigemus inulti.

2 Audiuimus certiſſimis auctoribus, quãta pro populo tuo, quem tibi ſingulariter delegeras, geſſeris, magno deliberato atque exprompto expeditoque conſilio, quæ euentu ſuo non caritura credimus, & ſperamus, quandoquidem potentiſſimus & efficaciſſimus es, & quodcunque inchoas, perficere potes.

4 Rerum ipſarũ magnitudo, non humanam, ſed tuam efficiẽtiam manifeſtè oſtendit.

5 Vt Iacob ex humili conditione ad illam illuſtrem Iſraelis ſuſtuleris, notum mihi eſt, & omnibus qui te colunt; cupimus ergo idem conſilium à te foueri.

6 Tauris ſolebãt obiici pilæ magnæ & leues, quas illi validè iactabant.

7 Non me ſecurum facit arcus, nulla ſalutis
Spes mihi in enſe meo fuerit; cùm tu vndique preſſos
8 Hoſtibus infeſtis nos eripis, irrita quorum
Conſilia impurum tandem meruere pudorem.

9 Igitur vt omnis de rebus noſtris laus tibi adſcribitur ſummo iure, ita calamitas omnis noſtra non ex aduerſariorum noſtrorũ potentia, ſed ex tuo conſilio & permiſſu oriri, meritò exiſtimatur.

9 Cunctos ergo dies nobis laus vnica PRINCEPS
Hic erit; euge tuum nomen per ſæcla canemus:
10 Tu tamen excluſos nos abijcis, atque rubere
Deluſa ſpe ſæpè facis; nec ducis vt antè
11 Agmina noſtra, fuga aſt victos conuertis ab hoſte,
Simus vt infeſtis feralis præda cãteruis:
12 Pars, pecora inuiſo veluti deuincta macello,
Tradimur; in Gentes alij diſpergimur abs te.

13 Adeò abiecti & viles apud te ſumus, vt inultos abduci & occidi patiaris: aut ſi quã vltionem ſumis de hoſtibus, ea tardiſſima eſt, vt non videatur noſtra cauſa ſumpta.

13 Nec præſente quidem pretio, nec vendere magno
Ipſe videre tuum populum, vicimus vt in nos
14 Inſultet probris, gens vndique & accola noſtras
Excipit ad riſum, ſæua & ludibria, clades.
15 Teque volente ſumus per gentes fabula, nulla eſt
Natiõ quin ſannis nos impetat atque cachinnis.
16 Totos vſque dies me præſens occupat ille,
Ille rubor turpis vultus qui velat amaros:
17 Hinc etenim inſultans vis & conuicia dura,
Hinc hoſtes inuiſa premit me turba nocensque.

18 Quanquam ſic afflicti & vexati, tamẽ tui cognitionem non amiſimus, te ſolum Deum verum credimus, quem nobis offenſum cùm ſentiamus, tamen miſericordem & placabilem atque clementem eſſe ſcimus, & nobis fore ſperamus.

18 Cuncta licet nos hæc ſenſu ſubeamus acerbo,
Non tamen eſt oblita tui mens noſtra, nec almum
19 Fallere fœdifragi pactum, nec corde proterui,
Auerſive tuo vel flexi calle notamur.
20 Nos tu contuſos adigis, latebriſque draconum
Obruis, ac tenebris lethi pallentis & vmbra.
21 Nominis immemores noſtri ſi PRINCIPIS vnquã
Suſtulimus tenſas aliena ad numina palmas:
22 Hæc DEVS inquiret iudex, cui cognita ſunt quæ
Corde latent hominum tectiſque incluſa medullis.

7 כי לא בקשתי אבטח וחרבי לא תושיעני׃
8 כי הושעתנו מצרינו ומשנאינו הבישות׃
9 באלהים הללנו כל היום ושמך לעולם נורה סלה׃
10 אף זנחת ותכלימנו ולא תצא בצבאותינו׃
11 תשיבנו אחור מני צר ומשנאינו שסו למו׃
12 תתננו כצאן מאכל ובגוים זריתנו׃
13 תמכר עמך בלא הון ולא רבית במחיריהם׃
14 תשימנו חרפה לשכנינו לעג וקלס לסביבותינו׃
15 תשימנו משל בגוים מנוד ראש בלאמים׃
16 כל היום כלמתי נגדי ובשרת פני כסתני׃
17 מקול מחרף ומגדף מפני אויב ומתנקם׃
18 כל זאת באתנו ולא שכחנוך ולא שקרנו בבריתך׃
19 לא נסוג אחור לבנו ותט אשרנו מני ארחך׃
20 כי דכיתנו במקום תנים ותכס עלינו בצלמות׃
21 אם שכחנו שם אלהינו ונפרש כפינו לאל זר׃
22 הלוא אלהים יחקר זאת כי הוא ידע תעלמות לב׃

Imò

כי עליך הורגנו כל היום נחשבנו כצאן טבחה׃

23 *Imò te propter cunctis impunè diebus*
Cædimur, vtque pecus lanienæ ducimur; ergo

עורה למה תישן אדני הקיצה אל תזנח לנצח׃

24 *Euigila ô* DOMINE, *heu quid somno mergeris? eia*
Surge, neque aut procul absistas, nimiúmve moreris.

למה פניך תסתיר תשכח ענינו ולחצנו׃

25 *Curve tuam celas faciem, nostræque ruinæ*
Immemor oppressos discrimine deseris alto?

כי שחה לעפר נפשנו דבקה לארץ בטננו׃

26 *Sordida vita iacet depresso in puluere, & hæret*
27 *Pectus humi nostrum. Surge auxiliator & vltor,*

קומה עזרתה לנו ופדנו למען חסדך׃

Teque proba nobis vindex, velut antè, benignum.

23 Quanquam sciamus nos commeritos fuisse pœnas & ærumnas, quas patimur, tamen aduersarij nostri non hoc studio aut animo in nos sæuiũt, sed odio antiquo religionis tuæ, quæ illis inuisa est, & à nobis colitur: itaque tua res agitur; tua prouidentia, tuæ religionis auctoritas ab illis oppugnatur, cùm nos opprimimur.

PSAL. XLV. Eructauit cor meum.

ARGVMENTVM.

EPITHALAMIVM est Christo & Ecclesiæ decantatum apertissimè, sub Salomonis & filiæ regis Aegypti figura, ita tamen vt verum argumentum in ipso carmine indicetur. docet admirandum esse illud coniugium, quod à Christo cum Ecclesia celebratum est. laudat Christi ipsius personã, & muneris regij exercitationem planè diuinam: ostendit regnum eius amplissimum fore, & omnino prosperum, idq. æternum; & frequentissimum variis gentium familiis, quæ ad Euangelij lucem vocandæ admittendæque erant, superatis & victis omnibus hostibus, visibilibus & inuisibilibus. hortatur ipsam Sponsam, vt dignitatem & locũ admirabilem, ad quæ ex Sponsi gratia ac benignitate euecta ipsa fuerit, agnoscat, & omni erga Sponsum officio ac pietate retineat & conseruet.

למנצח על שושנים לבני קרח משכיל שיר ידידת׃

1 *Ad præstantem, super lilia filiis Coreh, animaduersio*
canticum amorum.

CARMEN SAPPHICVM.

רחש לבי דבר טוב אמר אני מעשי למלך לשוני עט סופר מהיר׃

2 *MEns bonum feruet meditata verbum*
Nostra, quod plenum cupimus referri;
Rex modò his nostris teneat canendos
Versibus orsus.
Linguaque, vt mentis celeris ministra
Sit, mihi optanda est veluti stylus, quem
Scriba currenti digito tabellis
Læuibus infert.

2 Adeò magna cogitationũ mihi in hoc argumẽto copia, adeòq. exuberans est, vt optarim linguam habere promptissimam, quæ mentis dictata excideret ac referret omnia.

יפיפית מבני אדם הוצק חן בשפתותיך על כן ברכך אלהים לעולם׃

3 *Pulcher es, natos superasque Adami*
Gratia, atque istis fluit ex labellis,
Se tibi sæclo DEVS *vt benignum*
Annuit omni.

3 Christus quãquam Adæ filius secundum carnem; tamen naturę & gratiæ pulchritudine præexcellit omnes filios Adam cæteros: quippe de cælo cælestis est, de cuius plenitudine omnes accepimus.

4 Virtus verbi Christi, & efficacitas maxima.

4 *Nunc latus ferro niueum coruſco*
O potens cinge, & decus atque honorem
Indue, hæc ſemper tibi namque certo
Munere conſtant.

4 חגור חרבך
על ירך גבור
הודך והדרך ׃

5 Ille curru veritatis & æquitatis vectus, maximas res geſturus erat, quas & geſſit & gerit.

5 *Proſper aſcendas celer, ac decorus,*
Inſidens vero, & moderator æqui,
Tunc tua oſtendet noua monſtra rerum
Vincere dextra.

5 והדרך צלח
רכב על דבר
אמת וענוה צדק
ותורך נוראות
ימינך׃

6 Chriſti verba oppugnatores ſuos configunt, & conficiunt pectus eorum, penetrantia omnino.

6 *Vt leues ſternent populos ſagittæ*
Quas iacis dexter penitus ruenteis;
Sic tuos hoſteis & iniqua Regi
Pectora figent.

6 חציך שנונים
עמים תחתיך
יפלו בלב איבי
המלך׃

7 Chriſti regnũ, quia iuſtitia Dei fundatum eſt, æternum erit.

7 *Iſtud æternos ſolium per annos*
Conſtat, atque ipſe es DEVS, *vſque regni*
Nam tui ſceptrum tenet æqua iuſtæ
Pondera libræ.

7 כסאך אלהים
עולם ועד שבט
מישור שבט
מלכותך׃

8 Optimi regis, qualis Chriſtus eſt, mens, animus & mores, quã ob rem præ omnibus regibus & prophetis Chriſtus à patre præſtantiſſimè eſt vnctus.

8 *Diligis iuſtum, fugis improbandi*
Quidquid eſt actus, DEVS *hinc tuus præ*
Cæteris læto ſociis bonum te in-
unxit oliuo.

8 אהבת צדק
ותשנא רשע
על כן משחך
אלהים אלהיך
שמן ששון
מחבריך׃

9 Chriſtus omnibus virtutum ornamẽtis, iisque ſuauiſſimè fragrantibus, patri ſuo gratiſſimꝰ eſt, vt odore agri pleni, cui benedixit Deus.

9 *Muſcea ac tædas aloës odoras*
Spirat & ſuaueis caſias eburnis,
Quidquid expromptum loculis colit te
Veſte decora.

9 מר ואהלות
קציעות כל
בגדתיך מן
היכלי שן מני
שמחוך׃

10 Eccleſia electiſſima, & Chriſti donis refertiſſima, non habens maculam aut rugam.

10 *Candidæ, regum ſoboles, puellæ*
Inter ancillas tibi ſunt honeſtas,
Eſt comas auro redimita puro
Dextera coniux.

10 בנות מלכים
ביקרותיך נצבה
שגל לימינך
בכתם אופיר׃

11 Chriſtiana Eccleſia ex Synagoga & gentilitate orta & cõflata eſt, virtute verbi Chriſti, ad honeſtiſſimum ac digniſſimum locum traducta.

11 *Nata, des aurem facilem, videnſque*
Audias noſtris monitis; paternæ
Te domus, chari generisve, nulla
Cura moretur.

11 שמעי בת
וראי והטי אזנך
ושכחי עמך
ובית אביך׃

Fac

12 ויחאו המלך יפיך כי הוא אדניך והשתחוי לו׃

12 *Fac tuum Rex vt cupiat decorem*
Quem tibi dat ſors DOMINVM *beata,*
Tu modò hunc ſupplex venerere, amesque,
Suſpiciasque.

12 Officium Sponſæ erga Chriſtum, reuerentia, amor & obedientia.

13 ובנת צר במנחה פניך יחלו עשירי עם׃

13 *Iam Tyri te gens opulenta multo*
Munere orabit, cupiet tuumque
Sæpius gratum decus & colendos
Cernere vultus.

13 Omnium gentiũ & dignitatum homines ſeſe in Eccleſiam inſinuaturos, vt hoc modo ad Chriſti regnũ referantur. Tyrij ingenioſi, opuléti, diuites, & celebres, ſpecies pro genere.

14 כל כבודה בת מלך פנימה ממשבצות זהב לבושה׃

14 *Tota miranda ac celebranda Regis*
Filia & magna eſt penitus, decet quam
Arte felici variata & auri
Pondere veſtis.

Sponſa auro & margaritis atque gemmis, hoc eſt, variis Spiritus donis à Sponſo aucta & ornata.

15 לרקמות רצובל למלך בתולות אחריה רעותיה מובאות לך׃

15 *Ipſa iam picto decorata cultu*
Virginum pulchra comitante turba,
Quas ſibi optarat, properabit almum
Viſere Regem.

16 תובלנה בשמחת וגיל תבאינה בהיכל מלך׃

16 *Has chorus lætæ ſocians ſequetur*
Vocibus pompæ, venientque in aulam
Regis & gratos thalamos potentis,
Plaudere promptæ.

17 תחת אבתיך יהיו בניך תשיתמו לשרים בכל הארץ׃

17 *Quod tui patres tenuere regnum,*
Quam dabis multam, ſoboles tenebit,
Principes natos ſtatues patenti
Lætus in orbe.

17 In Chriſto benedicendæ erant omnes gentes terræ. nam hic verſus Sponſum alloquitur.

18 אזכירה שמך בכל דר ודר על כן עמים יהודוך לעולם ועד׃

18 *Quod tuum vates memoro canendo,*
Nomen æternum referent per æuum
Laudibus crebris populi futuri
Tempore in omni.

18 Hoc vaticinium ita verum ac certũ eſt, vt affirmare poſſim perpetuò eſſe referendum in orbe: atque nomẽ tuum commemorandum ſemper maximis laudibus.

PSAL. XLVI.

Deus noſter refugium & virtus.

ARGVMENTVM.

CHRISTIANAE Eccleſiæ amplitudinẽ, & tranquillitatem, ac pacem ſpiritualem per Spiritum ſanctum à Deo efficiendam, vates hoc Pſalmo deſcribebat, affirmans Dei erga ipſam charitate, & prouidentia, atque efficacitate infinita hoc eſſe præſtandum, ita vt in maxima naturæ rerum perturbatione, in ſumma regnorum & populorum mundanorum diſſenſione ac difficultate, tamen interiori pace ac tranquillitate ſancti viri in Eccleſia fruantur.

1 *Ad præſtantem filiis Coreh ſuper Ghalamoth.*
Canticum.

1 למנצח לבני קרח על עלמות שיר׃

ODE TRICOLOS TETRASTROPHOS. *

2 PRotector eſt & præſidium DEVS
Nobis probatus; quamlibet aſperis
Hoc experiri ſemper almum
Caſibus auxilium valemus.

2 אלהים לנו מחסה ועז עזרת בצרות נמצא מאד׃

3 Etiam ſi natura rerum omnis perturbata miſceatur, tamen ſecuros reddet ſuos Deus.

3 *Mutetur ergo ſedibus infimis*
Conuulſa tellus, ſorbeat & mare
Monteis recedentes profundum;
Nos tamen impauidi hæc feremus.

3 על כן לא נירא בהמיר ארץ ובמוט הרים בלב ימים׃

*

4 Orbis omnis hominumque mundanorũ genus confuſis ordinibus periclitetur licet.

4 *Vndæ frementes fluctibus algidis*
Tollentur alto præcipites ſalo,
Quarum ſuperba vi trementes
Vſque ſonent trepidentque montes.

4 יהמו יחמרו מימיו ירעשו הרים בגאותו סלה׃

5 Gratia Spiritus ſancti recreat & conſeruat quietem & tranquillitatem animorũ piorum.
Templum ſanctum Domini, quod pij & ſancti viri in Eccleſia ſunt.

5 *Riui ſacrati fluminis, hi DEI*
Vrbi quietam lætitiam ferent,
Qua ſancta dilatatur ædes
Principis hoſpitium ſuperni.

5 נהר פלגיו ישמחו עיר אלהים קדש משכני עליון׃

6 Deus huic ciuitati proſpicit & inuigilat, atque maturè oportuneque conſulit.

6 *Hanc, dum fouentis præſidio DEI*
Inſtructa conſtat, nil moueat loco;
Succurret huic PRINCEPS in ipſis
Manè citò properans periclis.

6 אלהים בקרבה בל תמוט יעזרה אלהים לפנות בקר׃

7 Magna ſecuritas ex Deo piis conſtat, eo tempore quo mundus vacillare & ruere videtur.

7 *Percuſſa magnis regna tumultibus*
Nutent ruentum murmure gentium,

7 המו גוים מטו ממלכות

Et voce

נתן בקולו
תמוג ארץ׃

Et voce concurſus tremenda
Diſſpereat liquefacta tellus.

8 יהוה צבאות
עמנו משגב לנו
אלהי יעקב
סלה׃

8 IAS *potentis numine vindicis*
Noſtrum tuetur perpetuò genus;
PRINCEPSque IACOBO *eſt patronus,*
Arx valida, edita & vſque nobis.

8 Exemplo Iacobi, quem humilem & ſolùm in ſe fidentē protexit ab omnibus aduerſariis, & amplificauit.

9 לכו חזו
מפעלות יהוה
אשר שם שמות
בארץ׃

9 *Venite geſta exemplaque cernite*
IAE, *valentis vertere funditus*
Terras, & extinxiſſe toto
Bella nimis furioſa in orbe.

9 Namque Deus non ſolùm hominum, ſed totius mundi ac naturæ res præ arbitrio ſuo mouere & mutare poteſt.

10 משבית
מלחמות עד
קצה הארץ
קשת ישבר
וקצץ חנית
עגלות ישרף
באש׃

10 *Arcum refringet, fruſtaque lanceæ*
Diſcindet; atris ignibus & citas
Vret quadrigas. ergo noto
Cedite numini & efficaci.

11 הרפו ודעו
כי אנכי אלהים
ארום בגוים
ארום בארץ׃

11 *Genteis per omneis, (quippe ego ſum* DEVS)
Terrasque tollar; viribus & potens,

11 Sanctificabitur nomen meum in gentibus, ait Dominus, cùm ego in puſillo grege meo regnum conſtituero.

12 יהוה צבאות
עמנו משגב לנו
אלהי יעקב
סלה׃

12 *Atque vltor* IAS *ille Iacob*
Arx valida eſt Deus VSQVE *nobis.*

PSAL. XLVII.

Omnes gentes plaudite manibus.

ARGVMENTVM.

PSALMVS datus eſt filiis Coreh ad canendū, quo tempore vel arca in pompam duceretur, vel populus ex calamitate aliqua, in qua per gentes oppreſſus eſſet, liberaretur. in eo eſt perpetuū monumentū curæ ac ſingularis prouidentiæ Dei erga populum ſuum, & imago illius voluntatis atque benignitatis, qua Deus per Spiritum ſanctū Chriſti Eccleſiam fouendam recepit, & ſemper fouit, maxima omniū cognoſcentium admiratione: ſicut ſcriptum eſt: Omnes qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus.

1 למנצח לבני
קרח מזמור׃

1 *Ad præſtantem filiis Coreh Pſalmus.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

2 כל העמים
תקעו כף הריעו
לאלהים בקול
רנה׃

2 PLauſu *omnes populi vndique*
Acclamate DEO, *ac vocibus aſſonis:*

3 כי יהוה
עליון נורא מלך
גדול על כל
הארץ׃

3 *Terris nam omnibus imperat*
IAS *terribilis, maximus & potens;*

Noſtris

Deus omnibus populis laudandus & prædicandus, qui per ipsum aduocandi sunt ad lucem: ideoq. hanc sibi peculiarem hæreditatem sepositit, vt indicaret quanti referat suis ipsius legibus & institutis, an aliis duci & gubernari. posuit igitur Israelem in lucem gentiũ; Israelem, inquam, spiritualem populum suum.

4 *Nostris qui pedibus dabit*
Deductos populos regnáque legibus:
5 *Nobis sepositit bona*
Sortis perpetuæ dona benignior:
6 *Excelsum Isacidæ decus,*
Quodque ipse vsque fouens auctor amauerat,
Exceptus litui ac tubæ
Mixto IAS *sonitu prominuit* DEVS.
7 *Nostrum psallite* PRINCIPEM
Ac Regem canite hunc, psallite, psallite:
8 *Omnes nam imperio regit*
Terras ipse DEVS, *psallite doctius.*
9 *Rex hic gentibus est* DEVS,
Et sanctum solium sede tenet DEVS.
10 *Famosi in populis duces*
Addunt se socios ad populum DEI;
Cui se prouidus Abraham
Permittens retulit nomen honestius:
Cuncti nam proceres viri
Terras qui clypeis cunque tegunt suis,
Agnoscunt Dominum DEVM,
Atque alto solidè numine PRINCIPEM.

4 ידבר עמים תחתינו ולאמים תחת רגלינו:
5 יבחר לנו את נחלתנו את גאון יעקב אשר אהב סלה:
6 עלה אלהים בתרועה יהוה בקול שופר:
7 זמרו אלהים זמרו זמרו למלכנו זמרו:
8 כי מלך כל הארץ אלהים זמרו משכיל:
9 מלך אלהים על גוים אלהים ישב על כסא קדשו:
10 נדיבי עמים נאספו עם אלהי אברהם כי לאלהים מגני ארץ מאד נעלה:

8 Psallite doctius.] Hic versus indicat quid sit מַשְׂכִּיל, toties in Psalmorum inscriptionibus repetitum.

9. 10 Deus omnia gubernat, si quid sapientiæ in aliis populis est, ab ipso proficiscitur. sed quod summa, integra, & absoluta sapientia & prosperitas apud eos est, qui omnino diuini verbi doctrina atq. efficientia gubernãtur ac ducuntur; futurum est, vt terræ principes Deo cedant, regendosque se tradant.

PSAL. XLVIII.
Magnus Dominus & laudabilis nimis.

ARGVMENTVM.

LAVDATVR peculiaris populi Dei Ecclesia, sub imagine Sionis, vtpote quam gubernandam singulariterque fouendam, defendendam, & amplificandã Deus ipse susceperit, idq. effecerit multis miraculis, ipsius causa editis, multis beneficiis in ea collocatis, ac demum Spiritus sancti dono; cuius virtute, & efficientia Ecclesia maximè illustris, atque admirabilis reddita est, regnumque facta, in quo Deus per Christum perpetuò regnet.

1 *Canticum Psalmi filiorum Coreh.*

ז שיר מזמור לבני קרח:

CARMEN SAPPHICVM.

Maximis

2 גדול יהוה ומהלל מאד בעיר אלהינו הר קדשו׃

2 *Maximis magnus celebratur* IAS
Laudibus celsæ moderator arcis,
Monte quo se iam solido probauit
Numine sanctum.

2 In mõte Sion Deus singularia & conspicua sanctitudinis suæ signa collocauit. Quid sit sanctitas Dei, siue sanctitudo, aliàs docuimus.

3 יפה נוף משוש כל הארץ הר ציון ירכתי צפון קריית מלך רב׃

3 *Mons Sion tractu celebris nitenti, est*
Omnibus terris decor & voluptas,
Regis vrbs magni hæc sedet, atque opacam
Spectat in arctον.

3 Temperamentum vrbis ex situ.

4 אלהים בארמנותיה נודע למשגב׃

4 *Arcibus cuius* DEVS *ipse notus*
Tutor ac præses: sociata in vnum

4 Adeó munita, præsidiisque diuinis instructa est Dei ciuitas, vt frustra à potentissimis aduersariis & hostibus tentari soleat.

5 כי הנה המלכים נועדו עברו יחדו׃

5 *Quam manus regum petijt minantum*
Præterijtque.

6 הנה ראו כן תמהו נבהלו נחפזו׃

6 *Hanc simul visam obstupuere, mente*
Perdita, & cursu properante cæci; ac

7 רעדה אחזתם שם חיל כיולדה׃

7 *Impotes, valde doluere, vt ipso*
Fœmina partu.

6. 7. 8. Principatus & potestates ac rectores mundi tenebrarũ harum, omnes conatus suos irritos senserunt, atque vt fœmina pariendi impos, doluerunt, dissipatiq. sunt, & protriti, vt naues Carthaginenses ab Euro. Vidimus exempla omnia, quæ & facta audieramus, & futura.

8 ברוח קדים תשבר אניות תרשיש׃

8 *Eurus & quantus rapidis procellis*
Punicas frangit pelago carinas;

9 כאשר שמענו כן ראינו בעיר יהוה צבאות בעיר אלהינו אלהים יכוננה עד עולם סלה׃

Quæ patres nobis retulere in IAE
Vidimus vrbe:
9 *Vrbe, quam* PRINCEPS DEVS *ipse condit*
Vltor & firmans fouet VSQVE *in æuum:*

10 דמינו אלהים חסדך בקרב היכלך׃

10 *Quin tua nos te* DEVS *ô manemus*
Æde benignum.

10 Quamobrem speramus te Deum absoluturum & præstiturum in domo tua & templo tuo illam misericordiam promissam.

11 כשמך אלהים כן תהלתך על קצוי ארץ צדק מלאה ימינך׃

11 *Quà tuum perfert cita fama nomen,*
Constat extremis tua laus in orbis
Finibus, iusti tua namque & æqui
Dextera plena est.

11 Scimus enim te summè efficacem potentemque, vt præstes quæ pollicitus es; & iustum, vt nunquam tuis promissa præstare negligas.

12 ישמח הר ציון תגלנה בנות יהודה למען משפטיך׃

12 *Iudice & ius te referente lætus*
Mons Sion, Iudæ & soboles puellæ
Certa plaudentes cecinere grata
Carmina voce.

13 Lustrate ciuitatem Dei, videbitis constãtem & munitã ipsius principis præsidio & beneficio.

13 *Ambitus crebros properate in orbem, &*
Turribus quantus numerus Sionis
14 *Discite attenti, valideque vt extet*
Murus & arces.

15 Idem narrate posteritati vestræ, vt expectent exitum secundum & prosperũ omnium promissorum spiritualium, quæ à Deo pronũtiata sunt.

Audiat vestro soboles futura ex
15 *Ore, vt hic noster* DEVS *est* PATRONVS,
Exitus faustos duce quo feremus
Tempore in omni.

13 סבו ציון והקיפוה ספרו מגדליה׃
14 שיתו לבכם לחילה פסגו ארמנותיה למען תספרו לדור אחרון׃
15 כי זה׳ אלהים אלהינו עולם ועד הוא ינהגנו על מות׃

PSAL. XLIX.

Audite hæc omnes gentes.

ARGVMENTVM.

COMMVNIS omnibus hominibus doctrina hoc Psalmo cõstat. docet enim vates studia hominum, qui mundi rebus detinentur, hoc est, cupiditate & ambitione, quarum altera diuitias, altera mundanos honores appetit, neutra autem parte hominibus aut bonam valetudinem, aut longiorem vitam, aut beatitudinem conciliat, affirmat vates, sed magis laborem & solicitudinem augeri, atque curam temporibus tam aduersis, quàm placidis. Ideò igitur illos sapientissimè sibi consulere, & in posterum prospicere, qui omni vitæ actione Deum optant & quærunt, qui & obtineri potest, si purè, sanctè, & legitimè quæratur, & obtentus æternam beatitudinem suis præstat.

1 *Ad præstantem, filiis Coreh Psalmus.*

1 למנצח לבני קרח מזמור׃

ODE DICOLOS DISTROPHOS.

2 AVdite hæc populi auribus,
Orbis qui incolitis quadrifidi domos;
3 *Adæ vos genus infimum,*
Summorumque etiam progenies virûm:
Quisquis diuitiis valet,
Vel quem semper egens pauperies premit.
4 *Prudens quas sapientias*
Cor dictat, meditans proferet os meum:
5 *Auri exempla canam meæ;*
Edam ænigma sacri murmure barbiti.
6 *Nam cur temporibus malis*
Vallatus timeam, finibus aut meis?

2 שמעו זאת כל העמים האזינו כל ישבי חלד׃
3 גם בני אדם גם בני איש יחד עשיר ואביון׃
4 פי ידבר חכמות והגות לבי תבונות׃
5 אטה למשל אזני אפתח בכנור חידתי׃
6 למה אירא בימי רע עון עקבי יסבני׃

Hæc

5 *Auri exempla canam meæ.*] Exempla vobis proponã, qualia mihi ipsi in primis proposita esse volo, vt ad eam rationem vitã meam instituam: itaque non cantabo, nisi quæ ipse ad meam etiam vtilitatem sequi volo.

6 *Nam cur.*] Nõ est vt ego de exitu meo solicitus sim, cùm Deum mihi proposuerim summum bonum, quod expetam & consequar.

7 חבטחים על חילם וברב עשרם יתהללו:

7 *Hæc illi metuant, quibus*
Res & percelebres ſpem cumulant opes:

8 אח לא פדה יפדה איש לא יתן לאלהים כפרו:

8 *Nullum nam redimet ſuus*
Frater, nec pretiis excipiet DEO.

9 ויקר פדיון נפשם וחדל לעולם:

9 *Vitæ cara redemptio eſt,*
Et quæ victa cadit perpetuò irrita.

10 ויחי עוד לנצח לא יראה השחת:

10 *Viuet, ſcilicet, omnibus*
Sæclis, nec tumulos ſentiet aut rogos.

10 Non ſperet diues ſtultus, ſe diuitiarum beneficio diutius victurum; cùm videat ſapientes mori, qui digniores vita ſunt, quàm diuites.

11 כי יראה חכמים ימותו יחד כסיל ובער יאבדו ועזבו לאחרים חילם:

11 *Hîc ſpectet ſapientium*
Funus perpetuò viuus & integer!
Immò, ſtultus & inſciens,
Decretum ſtabile eſt, vt pereant ſimul.
Tunc quæ parta laboribus
Res multis fuerat, cedet ad alteros.

12 קרבם בתימו לעולם משכנתם לדור ודר קראו בשמותם עלי אדמות:

12 *Illis pectore in intimo*
Ædes perpetuas pollicitis ſibi,
Et ſedes ſoboli inclytæ;
Quas non diruerint ſæcula plurima:
Illis nomina in vrbibus
Et fundata locis conſtiterant ſua.

12 Moriuntur, cùm tamè ita congeſſerint, aut congerendis diuitiis, opibus comparãdis, & honoribus obtinendis ſtuduerint, quaſi perpetuò eſſent victuri, illisque rebus aliquando ſuauiſſimè fruituri; id quod ſi minus aſſequi poſſent, tamen poſteritatem perpetuam cum vitæ et rerum ſuarum monumentis atque fama in æternum producturi; cùm tamè Deus nihil humanũ in terris perpetuum eſſe voluerit, neque in humanarum rerum natura ferat.

Sed illud ſtultiſſimum eſt, quòd anteceſſorum poſteri iisdẽ ſtultitiæ viis inſiſtũt, cùm videant maiores ſuos ſpe & voto fruſtratos fuiſſe.

At verò pij, qui ſuã ſpem in Deo collocarunt, euadent in magnam ac diuinam lucem: illi verò alteri in tenebris ſepulchri & orci erunt.

13 ואדם ביקר בל ילין נמשל כבהמות נדמו:

13 *At ſors non homini dabit,*
Ornatu vt celebri permaneat diu;
Ergo vt quadrupedum genus,
Abſciſſi variis intereunt modis.

14 זה דרכם כסל למו ואחריהם בפיהם ירצו סלה:

14 *Illis ſtultitiæ via hæc*
Quàm ſtulta: vſque volens poſteritas probat.

15 כצאן לשאול שתו כות ירעם וירדו בם ישרים לבקר וצורם לבלות שאול מזבל לו:

15 *Hos imum in barathrum vt pecus*
Cogens mors adiget, queis præerunt pij
Cùm lux fulſerit ac dies.
Deturbata vetusque his ſpecies ruet,
Aula quos propria exules
Orcus terrifico ſuſcipiet ſpecu:

16 *Vitam ſed redimet* DEVS
Semper me excipiens de barathro meam.
17 *Nullum tu metuas virum,*
Aut quem clara domus, diuitiæ aut beant;
18 *Nam nil is moriens feret;*
Quem tandem ipſa comes gloria deſeret:
19 *Hæc dum vita manet breuis,*
Ad ſummum fruitur ſollicitis bonis.
Tunc te plauſibus excipit
Vulgus, dum frueris, lautiùs atque agis.
20 *Cumque ad ſæcla parentium*
Huius vita venit, perpetuò manet
Luce excluſus, & exteris
Concluſus tenebris cum grege lurido.
21 *Hæc ſors* TERRIGENIS *data,*
Quos dementat agens præcipites honor;
Vt ceu quadrupedum genus
Scindantur variis & pereant malis.

16 אך אלהים יפדה נפשי מיד שאול כי יקחני סלה׃
17 אל תירא כי יעשר איש כי ירבה כבוד ביתו׃
18 כי לא במותו יקח הכל לא ירד אחריו כבודו׃
19 כי נפשו בחייו יברך ויודך כי תיטיב לך׃
20 תבוא עד דור אבותיו עד נצח לא יראו אור׃
21 אדם ביקר ולא יבין נמשל כבהמות נדמו׃

Iſti falluntur iudicio & opinione vulgi, à quo ſe audiũt quaſi beatos prædicari & admirationi eſſe, & credunt magis aliis de ſe, quàm ſibi ipſis, qui omnino non inueniũt in ſe id quod alij de illis prædicant.

21 Ita euenit vt illa amplitudine, qua ſperabant ſe fore beatiores & ſapientiores, lõgè ſtultiores ac brutis ſimiles reddantur, atque non ſecus ac bruta pereant inſipientiſſimi.

PSAL. L. Deus deorum Dominus.

ARGVMENTVM.

PROPHETIA eſt Aſaph, qua inducitur Deus, qui miſſo in orbem Chriſto filio ſuo, per Euangelium vocaturus erat omnes gentes, & arguturus Iudæos, qui diuinæ legis ſolida parte, & vera diſciplina neglecta & prætermiſſa, partem tantùm ceremonialem iuxta literam ſuperſtitiosè admodum coluerint, veram illarũ ſignificationem ceremoniarũ ignorantes, & rationem ipſam quam ob rem inſtitutæ illæ fuerint, reiicientes. admonet autem in fine Pſalmi eos officij ſui, quod vt de integro ſuſcipiant & præſtẽt, hortatur, alioqui illam indurationis & reprobationis pœnam minatur, qua nunc Iudæi afficiuntur, docetque quonam modo vera & Deo probanda ſacrificiorum ratio iniri debeat.

1 *Pſalmus Aſſaph.*

1 מזמור לאסף

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

1 DEVS *qui &* FORTIS, *auens loqui,*
Terram vocatam cominus arguet,
Sol vnde primo lucet ortu,
Quáque ſubit nitida ora celans.

אל אלהים יהוה דבר ויקרא ארץ ממזרח שמש עד מבאו׃

1 Deus ille Iſraelitis notus, miſericors, qui idem mundi auctor & gubernator, idem etiã fortiſſimus & efficiẽtiſſimus eſt, totum orbem per Euangelium in iudicium eſt vocaturus.

Ille

2 מציון מכלל יפי אלהים הופיע:

2 *Ille & decoris ſumma potens* DEVS
Monte è Sionis promicuit ſacro,
Noſter DEVS *non ille ſurdo aut*
Numine perueniet ſilente.

3 יבא אלהינו ואל יחרש אש לפניו תאכל וסביביו נשערה מאד:

3 *Abſumet ignis præuius aſperum,*
Sordensque quidquid comperiet, citus;
Circumque conſurgens procella
Cuncta ruens penitus mouebit.

3 Euangelij virtus & efficacitas.

4 יקרא אל השמים מעל ואל הארץ לדין עמו:

4 *Cælos vocabit protinus editos,*
Terramque certo non refugam loco,
Teſtes peracti nempe pacti, &
Iudicij huic populo ſeueri.

4 Eoſdem teſtes appellabit in iudicium aduerſus populũ ſuũ, quos cõſtituerat, cùm lege lata, cum populo eodem pactionem faceret: cælum videlicet & terram.

5 אספו לי חסידי כרתי בריתי עלי זבח:

5 *Dicet; Meos huc cogite nunc Pios*
Mecum feriti fœderis obſides,
Queis pacta firmauit probando
Sacra pecus iugulata ritu.

5 Iubebit populum illum cogi ad conuentum & iudiciũ, quem ſingularibus beneficiis ſibi ſegregatũ, pactis, conuentis, & fœdere ſancito, atque ferito, deuinxerat.

6 ויגידו שמים צדקו כי אלהים שפט הוא סלה:

6 *Cæli probabunt iuſtitiam Dei*
Nunc vſque prompti dicere: Iudicem
Audite me ius proloquentem
Vos populeô mihi iam dicate.

6 Cæli ipſi, vtpote permanentes, teſtabũtur; pactionem olim factam, ex parte Dei nunquam fuiſſe perturbatam.

7 שמעה עמי ואדברה ישראל ואעידה בך אלהים אלהיך אנכי:

7 *Teſtata iura en perſequar, Iſrael,*
Tecum eſt quod actor nunc mihi poſtulem;
Scis me DEVM, *ſcis* PRAESIDENTEM
Eſſe tuum; tibi ſcis PATRONVM.

7 Tunc autem Deus huiuſmodi oratione compellabit populũ.

Hæc omnia munera erga te præſtiti ſemper.

8 לא על זבחיך אוכיחך ועולתיך לנגדי תמיד:

8 *Non ipſe raras arguo victimas*
Quas parcus aris intuleris meis;
Non vſta totis infrequenter
Sacra mihi repetenda membris.

8 Et tamen non arguo te, quòd infrequés aut parcus fueris in victimis mihi ſacrificandis, non enim his ego indigeo mihi, neque huiuſmodi rebus paſcor.

9 לא אקח מבֵיתך פר ממכלאתיך עתודים:

9 *Non aut iuuencos cornigeros domo,*
Hircósve caulis excipiam tuis:

10 כי לי כל חיתו יער בהמות בהרי אלף:

10 *Mî ſilua producit ferasque,*
Mille greges pariuntque montes.

10 Huiuſmodi res mihi ſuppetunt abundè, ſi vti his velim, vtpote quæ à me creantur & aluntur.

11 *Montes quot vsquam contineant aues*
Noui, neque agri me quadrupes fugit.
12 *Quòd si fames me tentet, haud te,*
Me vt dapibus cumules, rogabo:
Nam constat orbis multiparens mihi,
13 *Quidquidque pleno continet is sinu.*
Num carne tauri pascar ipse,
Númve capri saturer cruore?
14 *Discas dicatæ munera gratiæ*
Offerre, summo vota ferens DEO:
15 *Me vt liber in duris vocatum*
Temporibus celebres supernum.
16 *Ast aduocato sic* DEVS *improbo,*
Statuta, dixit, quid memoras mea?
Cur ore tentas improbando
Ipse meum meminisse pactum?
17 *Pertæsus ipse es discere quod decet,*
Ac verba suetus post mea ponere:
18 *Furisque conspecti administer*
Impiger es, sociusque mœchis.
19 *Proiecto & ore infanda iacis mala,*
Fraudemque lingua concipis improbam;
20 *Confingis in fratrem sedendo*
Dedecus, in sobolemque matris.
21 *Hæc dum patrares, quòd tacui, putas*
Me moris esse aut ingenij tui;
Sed te redargutum reumque
Criminibus peragam relatis.
22 *Prudenter ergo cernite, qui* DEVM
Obliuioso pectore pellitis;
Ne raptor in prædam solutus
Nemine vos redimente vexem.

11 Anne huiusmodi epulis afficiar Deus cùm sim & Spiritus?

14. 15 Cordis animique tui cogitationes & affectiones mihi offerri in primis cupio; his victimis facilè apud me litabis, atq. litatione ipsa cognosces, quemadmodum huiusmodi hostiis delecter.

16 Sed Iudæo improbo, qui religionis ac pietatis summâ in ceremoniarum nudo ac ieiuno ritu statuit, & legis ac præceptorũ obseruãtiam negligit, acriter huiusmodi oratione increpabit Deus. Rom. c. 1.

18. 19. 20 Peruersitas morum apud eos, qui Dei diuinæque legis notitiam profitentur.

21 Putabas me dissimulantem ista scelera propter pœnitentiam, probare aut negligere, tuique similem esse, aut obliuisci.

11 ידעתי כל
עוף הרים וזיז
שדי עמדי:

12 אם ארעב
לא אמר לך כי
לי תבל ומלאה:

13 האוכל בשר
אבירים ודם
עתודים אשתה:

14 זבח לאלהים
תודה ושלם
לעליון נדריך:

15 וקראני ביום
צרה אחלצך
ותכבדני:

16 ולרשע אמר
אלהים מה לך
לספר חקי
ותשא בריתי
עלי פיך:

17 ואתה שנאת
מוסר ותשלך
דברי אחריך:

18 אם ראית
גנב ותרץ עמו
ועם מנאפים
חלקך:

19 פיך שלחת
ברעה ולשונך
תצמיר מרמה:

20 תשב באחיך
תדבר בבן אמך
תתן דפי:

21 אלה עשית
והחרשתי דמית
היות אחיה
כמוך אוכיחך
ואערכה לעיניך:

22 בינו נא זאת
שכחי אלוה פן
אטרף ואין
מציל:

Me,

כג זבח תודה יכבדנני ושם דרך אראנו בישע אלהים

23 *Me, qui fatendo, ſacrificat pius,*
Is me probato munere ſuſpicit:
Conſtantque mores cui, ſalutem
Ipſe dabo reperire DIVAM.

23 Summa meæ voluntatis eſt, vt pietate & gratiarum actione colar, ex cognitione beneficiorũ à me collatorum, & promiſſorum per me factorum fide. præterea vt via morum rectè conſtituta petat. cuicunque ego hæc cordi curæq. purè & ſanctè eſſe videro, oſtendam ſaluté illam diuinam, à me per Chriſtum donandam.

PSAL. LI.

Miſerere mei Deus.

ARGVMENTVM.

PSALMI cõdendi occaſio quæ fuerit, indicatur ſatis inſcriptione ipſa. Tota oratio in genere iudiciali eſt, in ſtatu deprecatorio. accuſat enim rex ſe ipſum, agnoſcit crimen, nullo modo defendit, tantùm precatur veniam à Deo, cuius miſericordia maxima erga pœnitentes innititur; pœnitentiam ſuam confeſſione criminis oſtendit apertiſſima: naturæ imbecillitatem, & procliuitatẽ ſuam ad peccandum exponit, vt culpam aliquo modo cleuet, non vt defendat; nam in lege Deus faciliorẽ veniam fore oſtenderat iis, qui per imprudentiam, errorem, aut imbecillitatem, quàm iis, qui per malitioſam & ſuperbam improbitatem peccarint. atque adeò hoc pacto ſtuder diuinam miſericordiam magis etiam mouere. orat non ſolùm culpam illam ſibi condonari, ſed naturam ſuam illam fragilem, & ad peccandum procliuem, mutari per Spiritum ſanctum, ita vt illius Spiritus virtute à vitio omni alienus, pietati & honeſtis Deoque gratiſſimis actionibus perpetuò operam det. ex eo autem beneficio maximam ſibi vtilitatem, magnã Dei nomini gloriam apud omnes, qui id cognouerint, futuram, magnum peccatoribus & improbis ad pœnitentiam exemplum ſtatutum iri affirmat: & ſe perpetuæ Deo gratulationi deuouet.

3. 4 Miſericordiæ tuæ diuitiæ maximæ in maximis ſceleribus remittendis ſpectantur, item virtus efficientiaque tua in maximis & penitus hærentibus maculis lauandis; ergo propoſita tibi eſt in me miſericordiæ atq. efficacitatis tuæ oſtẽdendæ materia. ſed quoniã ſine pœnitentia hominum tu nulli remittis, ipſe agnoſco delictum, cuius me ſummè pœnitet, idq. confiteor.

6 Cùm ego eſſem rex, videbar mihi neminem admittendo crimini timere poſſe, præter te, quia cæteri inferiores me erant: neminem eſſe qui obſiſtere poſſet præſens mihi præter te, itaque te vnum vltorem & vindicem agnoſcebã; & tamen tam audax & improbus fui, vt aduerſum te tantum ſcelus ſuſceperim & perfecerim. itaque me tibi iudici iuſtè victũ & damnatum fateor.

א למנצח מזמור לדוד׃

ב בבוא אליו נתן הנביא כאשר בא אל בת שבע׃

1 *Ad præſtantem, Pſalmus Dauid:*
2 *Cùm venit ad eum Nathan propheta, poſtquam ingreſſus eſt ad Bath Sabagh.*

CARMEN IAMBICVM MONOCOLON, MONOSTROPHON.

ג חנני אלהים כחסדך כרב רחמיך מחה פשעי׃

3 *O Mi benignus parce, ceu ſoles,* DEVS,
Magna & tuorum vi efficaci viſcerum
Delere noxas perge perge iam meas.

ד הרבה כבסני מעוני ומחטאתי טהרני׃

4 *Valde lauato criminum me ſordibus,*
Peccata purgans amoue prorſus mea.

ה כי פשעי אני אדע וחטאתי נגדי תמיד׃

5 *Noxas meas namque ipſe noui, nam ferox*
Peccatum oberrans ſemper inſtat mî meum.

ו לך לבדך חטאתי והרע בעיניך עשיתי למען תצדק בדברך תזכה בשפטך׃

6 *Peccator in te conſtiti audax vnicum,*
Geſſíque te præſente turpe proh malum,

Vt con-

Vt conſtet vrgens veritas dicti tui;
Vincasque iudex non mouendo calculo.
7 *Atqui ecce prauo fictus ipſe ſum malo,*
Fœcunda culpis méque mater fouerat.
8 *En veritatem renibus vis abditis;*
Secreta mî ac tu detegis myſteria.
9 *Hyſſopus adſit me benignè vt expies,*
Albam lauansque fac niuem me vincere.
10 *Audire læto da mihi tu nuntium,*
Vt oſſa te premente tuſa gaudeant.
11 *Vultum reconde, noſtra nec tu conſpice*
Peccata, praui & criminis dele notas.
12 *Purum creato cor mihi ô potens* DEVS,
Pectus nouoque ſpiritu firma meum.
13 *Ne me repelle de tua præſentia,*
Sanctum tuum neu dimoue à me Spiritum:
14 *Tuæ ſalutis redde mî tu gaudia,*
Et liberalis me refiget ſpiritus.
15 *Doctor viarum ſic tuarum perfidis*
Ero, & redibit turba poſt te noxia.
16 *Pœnis cruentis erues me ſanguinum,*
PRINCEPS *ſalutis vnice ô* DEVS *meæ.*
17 *Tuum ſonabit lingua ius æquum mea,*
Laudes tuas vt os meum pronuntiet.
18 *Non vis, daturus quas tibi eſſem, victimas;*
Nec tu peruſtam poſcis auctor hoſtiam.
19 *Fractus* DEO *nam ſpiritus ſunt victimæ,*
Non fracta ſpernit, tunſa corda non DEVS.
20 *Auge Siona iam benignus & foue,*
Muros Salemi & alta pone mœnia.

7 Sed quanquam improbus fuerim in ſcelere aduerſum te admittendo, ſcelus fuit ex illo genere, quod humanam prauitatem & nequitiam magis quàm ſuperbam malitiam arguat. Fateor igitur me peccatorẽ, & ad peccandum procliuem: agnoſco intus intra renes abditiſſimos in ipſa conſcientia occulta veritatem, & eam ſapientiam de humanis tuis q. rebus, quã tu mihi indicare ſoles: agnoſco, neminẽ eſſe vitio immunẽ natura, quando intra renes ipſos, & in occultis viſceribus regnat concupiſcẽtia peccãdi: ideoque oportere peti tuam miſericordiã, & virtutẽ, quæ extincta intus concupiſcẽtia ac peccato, & vitio perfuto nouum cor creet, idq. foucat & conſeruet per ſpiritũ ſanctũ.

14 Illam ſalutẽ cupio à te promiſſam per Chriſtũ tuum efficiẽdã: qui Spiritũ ſanctũ principem ſpiritũ adoptionis filij ingenui tua auctoritate daturus eſt, remoto ſpiritu ſeruitutis in timore.

15 Hoc ſpiritu inſtructus, & tuo beneficio gaudens ac lætus indicabo improbis rationem, quam tenere ipſe ſoles in hominũ peccatis condonãdis. atq. hoc exẽplũ multos ad pœnitentiã excitabit.

18 Scio te nõ exigere victimas illas figuratiuas, tanquam illis victus, remittas debita: ſed præcipuè pœnitẽtiam veram & puram peccatorũ poſtulare.

7 הן בעון חוללתי ובחטא יחמתני אמי:
8 הן אמת חפצת בטחות ובסתם חכמה תודיעני:
9 תחטאני באזוב ואטהר תכבסני ומשלג אלבין:
10 תשמיעני ששון ושמחה תגלנה עצמות דכית:
11 הסתר פניך מחטאי וכל עונתי מחה:
12 לב טהור ברא לי אלהים ורוח נכון חדש בקרבי:
13 אל תשליכני מלפניך ורוח קדשך אל תקח ממני:
14 השיבה לי ששון ישעך ורוח נדיבה תסמכני:
15 אלמדה פשעים דרכיך וחטאים אליך ישובו:
16 הצילני מדמים אלהים אלהי תשועתי תרנן לשוני צדקתך:
17 אדני שפתי תפתח ופי יגיד תהלתך:
18 כי לא תחפץ זבח ואתנה עולה לא תרצה:
19 זבחי אלהים רוח נשברה לב נשבר ונדכה אלהים לא תבזה:
20 היטיבה ברצונך את ציון תבנה חומות ירושלם:

20 Cupio iam ciuitatẽ iſtam tũam cæleſtem ædificari, iam cœptam amplificari & perfici donis diuinis & ſpiritualibus per Chriſtum conferendis; tunc enim in ſpiritu & veritate adoratus, acceptabis ſacrificia illa ſuauiſſima, quorum hæc legalia vmbra tantùm ſunt.

Tunc

21 אז תחפץ זבחי צדק עולה וכליל אז יעלו על מזבחך פרים׃

21 *Tunc & probabis iusta sacra victimas,*
Consumpta adusta tunc frueris hostia;
Ardebit ara taurus ac frequens tua.

PSAL. LII.

Quid gloriaris in malitia.

ARGVMENTVM.

OSTENDIT hoc Psalmo vates improborum, quamuis ditissimorum, quamuis principum gratia, & opibus instructissimorum, non solùm consilia, verùm etiam res omnes labefactatum perditumque iri, iusto iudicio Dei potentissimi, qui innocentes à se susceptos, sibique fidentes, fouet, promouet, amplificat, & stabilit, & malos malè perdit. hoc autem exemplum in Doegh Idumæo improbissimo sui nominis & sacerdotum familiæ delatore, à Deo statuendum esse prædicit, vt cognoscant homines eum esse beatum, atque optimo successu prouehendum, quem Deus sibi addictum curat; eos verò qui Deo aduersantur, in extremas miserias præcipites ruituros.

א למנצח משכיל לדוד׃

ב בבוא דואג האדומי ויגד לשאול ויאמר לו בא דוד אל בית אחימלך׃

1 *Ad præstantem, Animaduersio Dauidis.*

2 *Cùm veniret Doegh Idumæus, & nũtiaret Sauli, ac diceret illi, Venit Dauid in domum Ahhimelech.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

ג מה תתהלל ברעה הגבור חסד אל כל היום׃

3 *QVid te laudibus ô potens*
Sic efferre iuuat, quod malè feceris?
FORTIS *diua benignitas*
Omni constat enim certa manens die.

ד הוות תחשב למוך כתער מלשן עשה רמיה׃

4 *Fingit lingua dolos tua,*
Fraudi vt prompta nocet tersa nouacula.

ה אהבת רע מטוב שקר מדבר צדק סלה׃

5 *Præfers officiis malum*
Iustis, vana probas vsque libens magis:

ו אהבת כל דברי בלע לשון מרמה׃

6 *Te argumenta nocentia, &*
Fraudis lingua malæ detinet artifex.

ז גם אל יתצך לנצח יחרסך ויסחך מאהל וישרשך מארץ חיים סלה׃

7 FORTIS *te quoque dißipans*
Abscissum penitus, funditus erutum
Tectis eijciet tuis:
Terris ne vsque queat viuere in intimis:

5-4 Videris tibi summa gratia valere apud regem, quòd nomen meum atque sacerdotum per summam iniuriam & fraudem detuleris: istiusmodiq; improbitate & peruersitate tibi ipsi plaudis magis, quàm si auctor fuisses aut veniæ, aut recõciliationis, aut alicuius boni ac pij officij. iamque tibi & regi charus, & multis metuendus videris At Deus fortis, qui misericordiam maximè probat, fraudem & malitiam improbat, viuit & valet; is tibi prout meritus es, rependet.

Radicem eruet is tuam,
Viuum terra tui vt iam teneat nihil.

8 Tuo exemplo iusti Deum iustitiæ vindicem teuerebuntur, & piè metuent, tuíque similes ridebunt & contemnẽt, dicẽtque, En exitum eorum, qui in aliis rebus, præter Deum, suarum rerum prosperitatem collocant.

8 *Iustis visa pium metum, &*
Risum exempla dabunt nominis inuidi.

9 *En qui non posuit* DEVM
Robur perpetuum ac præsidium sibi:
Fidens pluribus ast opum
Gazis, ipse suo nixus erat dolo.

10 Ego te iam perdito & deleto, promissa mihi Dei benignitate & gratia constabilitus fruar & amplificabor.

10 *Ipse ast ædibus in* DEI
Ceu frondens oleæ ramus in vltima
Sospes sæcula temporum
Nitar subsidiis perpetuis DEI:

11 Tuam tunc erga eos quos diligis, & tibi deditos suscipis, secũdam prouidentiã memor & gratulabũdus prædicabo, vnà cum aliis piis eiusdem mecum sortis participibus.

11 *Gratus laudibus efferam,*
Auctoremque canam multisonis meum:
Me spes nominis ac tui
Semper fausta tuis ducet agens piis.

8 ויראו צדיקים ויראו ועליו ישחקו:

9 הנה הגבר לא ישים אלהים מעזו ויבטח ברב עשרו ישע בהוותו:

10 ואני כזית רענן בבית אלהים בטחתי בחסד אלהים עולם ועד:

11 אודך לעולם כי עשית ואקוה שמך כי טוב נגד חסידיך:

PSAL. LIII.

Dixit insipiens in corde suo.

ARGVMENTVM.

HIC Psalmus est quem Paulus indicabat, cùm diceret, Deum conclusisse omnia sub peccato: idem à Iohanne Euangelista significabatur, asserẽte mentiri eum, qui diceret, nos immunes esse à peccato; neque solùm mentiri, sed mendacem facere Deum. Igitur summum Psalmi argumentum est, omnes homines iudicio diuino non solùm reos, sed conuictos peccati teneri. esse tamen inter eos varium ac multiplex discrimen. nam stultissimi omnium Deum negantes, in omne sceleris genus præcipites feruntur; quidam Deum confitentes & agnoscentes, vitio tamen contaminati sunt in se admittentes varia peccata; alij autem notitia Dei imbuti, non solùm vitiis suis impùri, sed iniuriis in simpliciores immissis flagrãt. omnes autem pœnis dignos esse, sed primos & postremos diuinam vltionẽ maximè esse subituros; nisi resipiscere, pœnitere, ac reponere iniuriam illatam debita satisfactione ipsi studuerint. postremò, cùm agnoscat simpliciores adhuc homines vitiis teneri saltem concupiscentiarum variarum, optat salutarem illum Christum mitti in orbem, qui peccata mundi auferat, & Spiritum sanctum suis donet.

1 *Ad præstantem super Mabhalath.*
Psalmus Dauid.

1 למנצח על מחלת משכיל לדוד:

CARMEN

CARMEN DICOLON, DISTROPHON.

2 אמר נבל בלבו אין אלהים השחיתו והתעיבו עול אין עשה טוב׃

2 INſanus alto dixit excors pectore,
Eſt nullus in cælo ARBITER:
Hinc perditorum vulgus in præceps furens,
Sacrum profanis miſcuit;
Fraudem nefandam quiſque honeſto prætulit,
Nemo probandum perficit.

3 אלהים משמים השקיף על בני אדם לראות היש משכיל דרש את אלהים׃

3 Cælis ab altis vſque deſpexit DEVS
Adami in errantis genus;
Num quis decori compos & veri ſtudens,
Extétve qui quærat DEVM?

4 בלועג יחרו באלחו אין עשה טוב אין גם אחד׃

4 Flexiſſe viſi ſinguli, qui non pari
Errore corrupti fluunt;
Certi nec vnus extat è cunctis boni
Probandus auctor numini.

5 הלא ידעו פעלי און אכלי עמי אכלו לחם אלהים לא קראו׃

5 Num turba prauæ ſeruiens libidini
Agnoſcet infandum ſcelus?
Qui panis inſtar deuorant gentem meam,
Deum colunt ne, aut inuocant?

6 שם פחדו פחד לא היה כי אלהים בדור צדיק חבר הבישתם כי אלהים מאסם׃

6 Illic metu ſed horruere, ſcilicet,
Nullus fuit prorſus metus.
Cùm membra te vallantis hoſtis ſparſerit
Vindex tui atque vltor DEVS;
Illos pudore at impotenti affeceris
DEVS quos ipſe abhorruit.

7 מי יתן מציון ישועות ישראל בשוב אלהים שבות עמו יגל יעקב ישמח ישראל׃

7 En ex Sione compos Iſrael bonæ
Salutis vnquam emerſerit?
Cùm ſeruitutem mutet inuidam DEVS
Gentis dicatæ iam ſibi,
Bonam Iacobus gaudeat pius vicem,
Lætus triumphet Iſrael.

4 Quanquam alij homines humana imbecillitate conſiderata, aliis comparati, iuſti verè dicantur; tamen ad diuinæ ac puriſſimæ iuſtitiæ trutinam examinati, cuncti violatæ legis rei conuincuntur.

5 Sed ſunt quidam omnino impotentiſſimè ſuis libidinibus ſeruientes; qui cùm verè flagrent vitiis, tamen non ſentiunt ſuum inſaniæ morbũ, imò quælibet ſcelera & flagitia improbiſſimè & inſolentiſſimè admittunt. Nunquid hi poſſunt dici agnoſcere, colere, aut inuocare Deum?

6 Ironia Atqui inter illos eſt metus aliquis, vel religioſus, vel ſeruilis: nullũ eſt inquã metus vel pœnarum à Deo repetendarum. At verò tu populè ſimplex expecta patienter, & ſuſtine impetũ improborũ, quos cum Deo vltore diſſipatos videbis, apertè pudefacies, aſſerés illos Deo eſſe inuiſos, atq adeò pœnis addictos. Iocus eſt obſcurior in omnibus verſionibus.

7 Quando erit vt ille auctor ſalutis detur Iſraeli, quum ſpiritu ſeruitutis exuto, & adoptionis filiorum ſpiritu accepto, ille humilis & metu plenus Iacob mutata ſortis conditione euadat in Iſrael liberum, lætum principem, potentem cum Deo.

PSAL. LIIII.

Deus in nomine tuo saluum me fac.

ARGVMENTVM.

SE nullibi apud homines tutum, sed ab omnibus proditum, conqueritur Dauid apud Deum, cuius consilio, numine, & iussu ipse partes eas sustineret, quarum causa Sauli & aliis esset inuisus, quamobrem salutis suæ curam Deo præsidi, principi, & gubernatori suo committit omnem, cuius ope & efficientia futurum sperat, vt omnes aduersarij sui corruant, amici verò beneuoli & fautores prosperentur. eum euentum se gratulatorio carmine celebraturum vouet.

1 *Psalmus in Neghinoth, animaduersio Dauid.*

1 למנצח בנגינות משכיל לדוד:

2 *Cùm venissent Ziphæi, & dixissent Sauli, Nónne Dauid abdidit se nobiscum?*

2 בבוא הזיפים ויאמרו לשאול הלא דוד מסתתר עמנו:

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

3 Nomen tuum gubernatoris & iudicis integerrimi in me seruando interpositum tuere.

3 *ISto salutem nomine mî* DEVS
Ferto, tui méque assere numinis

3 אלהים בשמך הושיעני ובגבורתך תדינני:

4 Audi attentè expositionem meam, & intelliges homines aduersum me insurgere, quibus nunquam nocui, quibus nulla probabilis ratio est, quam ob rem me insectentur, cùm certum sit, me nulla ambitione, sed tuo consilio duci, & tamen illi non curant Deum, sed hominum potiùs consilia vana sequuntur.

4 *Virtute; PRINCEPS, audi & aure,*
Dicta meo repetita ab ore.

4 אלהים שמע תפלתי האזינה לאמרי פי:

5 *Instant minantes extera pars mihi,*
Vitam meamque heu terribiles petunt;
Nec vsque curauit nocens hæc
Turba DEVM *arbitrio potentem.*

5 כי זרים קמו עלי ועריצים בקשו נפשי לא שמו אלהים לנגדם סלה:

6 Atqui vident me tot periculis ereptum tuo auxilio, idque frequenter, vnde credendũ indubiè est, Deum mihi fauere, & fauturũ esse iis, qui mihi fauẽt, qui hactenus in nullam inciderũt difficultatẽ.

6 *Ast ecce mî fit subsidium* DEVS,
Præsens amicis est DOMINVS *meæ*
Vitæ, patronos quos periclis
Cura mouet mediis tuendæ.

6 הנה אלהים עזר לי אדני בסמכי נפשי:

7 Contra autem eos qui mihi aduersantur, vtpote Dei aduersarios, malis grauibus esse afficiendos: nam tu verbo dictoq. tuo semper constas.

7 *Lethale cunctos excipiet malum,*
Ponunt latenteis qui insidias mihi;
Scissosque constrictosque in arctum
Nempe fides tua certa reddet.

7 ישוב הרע לשוררי באמתך הצמיתם:

8 Tunc sponte ad aras sacra feram, tuum nomen IAS concelebrem bonum;

8 *Tunc sponte ad aras sacra feram, tuum*
Vt nomen IAS *concelebrem bonum;*

8 בנדבה אזבחה לך אודה שמך יהוה כי טוב:

9 Viuens incolumisq. videbo exitum inimicorum meorum, imò tuorũ, & votũ meum carmine ac sacrificio exoluam.

9 *Liber periclis, & quid hostes*
Manserit, hic oculus videbit.

9 כי מכל צרה הצילני ובאיבי ראתה עיני:

PSAL.

PSAL. LV.

Exaudi Deus vocem meam.

ARGVMENTVM.

DAVID cognita Abſalonis filij, & multorum ciuium, quos ipſe nunquam læſerat, coniuratione, hunc Pſalmum compoſuit: in quo humanæ fidei defectum, fraudis ac doli abundantiam, accuſat. aitque non eſſe inter homines viuendum vito bono & ſimplici, cui tutò agere nõ liceat, ideoq; ſibi optabilem eſſe ſolitariam vitam potiùs, quàm aliam conditionem, cùm inter genus hoc hominum verſetur, vbi ſumma perfidia, praua crimina vigent, nulloque modo alio, aut conſilio his malis caueri poſſit, aut eripi, præterquam Dei præſidio & prouidentia, cuius vnius numini totum ſe ipſe, vt ſolet, committit & credit, ſperatque ſe hoc pacto ab omnibus inſidiis liberatum, inſidiatores verò vitæ ſuæ, perditum iri.

1 למנצח בנגינות משכיל לדוד׃

1 *Ad præſtantem in Neginoth. Animaduerſio Dauid.*

ODE EADEM.

2 האזינה אלהים תפלתי ואל תתעלם מתחנתי׃

2 *AVrem precanti mî* DEVS *admoue,*
Vultum tuo nec contege ſupplici;

3 הקשיבה לי ועניני אריד בשיחי ואהימה׃

3 *Sentire, reſpondens, proba te,*
Murmure quæ meditor dolente.

4 מקול אויב מפני עקת רשע כי ימיטו עלי און ובאף ישטמוני׃

4 *Clamore duro, heu, comprimor hoſtium,*
Quos ardor in me præcipites agit;
Cæcoque dementem furore
Prouocat in mea damna turbam.

5 לבי יחיל בקרבי ואימות מות נפלו עלי׃

5 *Cor mî in reducto pectore condolet,*
Præſente mortis mens trepidat metu:

6 יראה ורעד יבא בי ותכסני פלצות׃

6 *Terror, pauores meque totis*
Artibus heu tremor aſper angit.

7 ואמר מי יתן לי אבר כיונה אעופה ואשכנה׃

7 *Votis precari ſic ſoleo, en erit*
Inſtar columbæ vt præpetibus volem
Pennis, & optatas quietus
Ipſe queam tenuiſſe ſedes?

8 הנה ארחיק נד אלין במדבר סלה׃

8 *Migrans remotos en peterem celer*
Tractus, & vſque in ſoluagis manens;

9 אחישה מפלט לי מרוח סערה מסער׃

9 *Ventique vt impulſi procellis,*
Ipſe meam fugerem in ſalutem.

Totus Pſalmus aptiſsimè refertur ad Chriſtum regem, datũ Iudæis, & ad Iudæos ac Iudam proditorẽ, ipſi familiariſſimum & Euangelij delectũ Apoſtolum.

4 Iam apertis verbis & clamoribus me infectantur impudenter inimici mei, ſibique coniurãtium turbam adiungunt.

7 Optarim columbæ pennas velociſſimas mihi aptari, vt fugere hominum conſuetudinem & conuentus.

8 Non leuiter fugerem, ſed ventorum inſtar quàm celerrimè ac longiſſimè.

10 Consilia istorum dissipa, & coniurationis artifices sermones confunde. alludit est ad Dathan & Abiram historiam; nihil enim video in ciuitate, nisi iniurias, & iurgia, damna, contumelias, & rixas: seditione, dolis, scelere, atque libidine, & ira intra muros ciuitatis huius peccatur; idque perpetuò & incessanter.

10 *Absume, sorbe mi Dòmine hos citò,*
Illisque linguas diuide dissonas:
Iniusta nil ipse vrbe præter
Damna, malas video atque rixas.

11 *Noctu diuque haud mœnibus illius*
Vsquam quietus feruor obambulat;
Vesana, nec cessans libido
Occupat hanc penitusque turbat.

12 Fraudibus faciendis, simulationibus, pranitatibus dolosis, & versutis sermonibus omnia feruent: talis & hodie mũdi status est.

12 *Artes retortæ, vafraque prauitas*
Totam pererrat, nec dolus improbus,
Nec fraus recedit sæua plenis,
Quas temerans celebrat, plateis.

13 Illud grauissimum est, quòd nõ iam cum hostibus legitimis, aut cum inimicis aliqua iniuria prouocatis, sed cum iis, qui se amicos profitebãtur, est mihi res difficillima, & periculis plenissima.

13 *Non hostis vrgens me cruciat malis*
Probris, tulisse hunc nam valeam grauem:
Non inuidentis vexor amplis
Viribus; hunc potero & latere.

14 Ahithophelem hæc oratio significat in historia, in figura verò Iudam.

14 *Mortalis at tu, qui ordinis es mei,*
Tu mî magister, tu mihi cognitus;

16 Cùm fueris consilij mei conscius, atq. eiusdem religionis, rituum & sacramentorum particeps.

15 *Conferre cui verbum tacendum*
Dulce fuit: pariter summusque
Versati, in alti PRINCIPIS *ædibus:*

17 Redit ad exemplũ Dathan & Abiram.

16 *Hos damnet vltrix mors cita noxiæ,*
Viuosque deturbet sepulchrum
Cum domibus sociisque culpæ.

17 Conentur isti quidquid libeat, nitantur suo ingenio & consilio, atque dolo, in hoc sint toti omni tẽpore: ego verò vnius Dei consilio, præsidio, & auxilio innitar semper.

17 *Ipse inuocabo (sic solitus)* DEVM,
Is salutem constituet mihi:

18 *Occasu & Ortu, æstuque vocem hanc*
Audiet, eloquiumque triste.

19 *Vitam redemptorque incolumem meam*
Reddet parato iam mihi prælio,
Cùm turba me magna inuidentum
Dispositis peteret cateruis.

20 ישמע אל ויענם וישב קדם סלה אשר אין חליפות לכו ולא יראו אלהים׃

20 *Antiquus vsque est cui thronus, audiet,*
FORTIS *que pressos fregerit hos citò,*
Quos nec vices nec sors refringit,
Quique DEVM *timuere nunquam.*

21 שלח ידיו בשלמיו חלל בריתו׃

21 *Imò sacrati fœderis immemor*
Certos amicos quisque petit manu;

22 חלקו מחמאת פיו וקרב לבו רכו דבריו משמן והמה פתחות׃

22 *Os lubricante lacte fingunt;*
Corda mouent inimica pugnam.
Vnguenta verbis vincere lenibus
Possunt, acuti hæc sunt gladij tamen:

23 השלך על יהוה יהבך והוא יכלכלך לא יתן לעולם מוט לצדיק׃

23 IAE *sed imponas onus si*
Ipse tuum, reget ille dux te:
Is, ne labanti consilio ruat,
Iustum perenni tempore continet.

24 ואתה אלהים תורדם לבאר שחת אנשי דמים ומרמה לא יחצו ימיהם ואני אבטח בך׃

24 *Illos* DEVS *tu das in alti*
Præcipites puteum pericli:
Quoscunque sanguis frausque facit viros,
Hi non dies vel dimidiant suos;
Ast ipse fidens totus isto
Integer auxilio manebo.

20 Deus est rex antiquus, cuius thronum nemo turbauit; nouit ille, quemadmodum regna stabiliri adhmique possint; potest quem velit defendere, quem non probet detrudere ac deiicere de gradu; ita hos deiiciet, atque consiliis irritis perturbabit, vtpote qui Deum non timeant, neque consiliorum suorum auctorem, aut promotorem habeant; sed homines alios, quos fallacibus orationibus seducunt, in suasque partes trahunt. & tamen omnia vana & inutilia sunt istorum verba. non enim aliorum rei, sed suæ priuatæ student: atq. ita rempublicam omnē, imò religionem perturbant.

23 Apostrophe est ad semetipsum facta.

Qui magni & præter cæterorum hominum turbam cōspicui facti fuerint iniuria, aut dolo, neque vita, neque rebus sibi partis diu fruentur: ipse verò simplicitate mea auxilio Dei fretus, istis pereuntibus permanebo integer & incolumis.

PSAL. LVI.

Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo.

ARGVMENTVM.

NVLLAM apud mortales salutem, sed vbique insidias & pericula constare cùm cognosceret Dauid, omnem suam spem & fiduciam in Deo collocandam esse sibi profitetur: cuius consilio, ope, & auxilio fretus, nihil timere possit periculi à carne humana, hoc est, à fragilissima natura comparati; imò vnius Dei verbo fisus, per dubias & ancipites vias transiturum se ait, atque obiectas difficultates superaturum: idque signum ac pignus habiturum futurarum à se superandarum, & optimi tandem exitus expectandi à Deo suorum laborum, cui liberum & incolumem se vouet celebraturum laudes diuinas, & docturum homines, vt Deus in dictis suis re ipsa præstandis, constans efficaxque sit.

Ad præ-

1 *Ad præstantem super columbam mutam remotorum. Dauidis Michthan, cùm deprehenderent eum Philistim in Gath.*

1 למנצח על יונת אלם רחוקים לדוד מכתם באחז אותו פלשתים בגת׃

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

2 *CLemens misertus me* DEVS *eripe:*
Mortalis in me proruit, atque hiat
Me qui premendo semper ambit
Belliger atque agitans perurget.

2 חנני אלהים כי שאפני אנוש כל היום לחם ילחצני׃

3 *O* SVMME, *plures assiduè mihi*
Instant hiatu belligeri fero;

3 שאפו שוררי כל היום כי רבים לחמים לי מרום׃

4 *Tu quo die vexor timore,*
Spes mihi certa manes salutis.

4 יום אירא אני אליך אבטח׃

5 *Verbum,* DEVS *quod protulit integrum,*
Laudabo sospes, spem posui DEVM;
Immotus ergo non timebo,
Quid mihi vis paret ægra carnis?

5 באלהים אהלל דברו באלהים בטחתי לא אירא מה יעשה בשר לי׃

6 *Si quid vel orno vel loquor, vndique*
Contristat vrgens me assiduus labor:
Intenta mens illis mihi actu
Pernitiem meditatur omni.

6 כל היום דברי יעצבו עלי כל מחשבותם לרעה׃

7 *Illis petendæ vt spes animæ est meæ,*
Sic & coactis insidiis latent,
Lustrare conati meos qua
Parte feram moueámve calces.

7 יגורו יצפינו המה עקבי ישמרו כאשר קוו נפשי׃

8 *Illis libido perfugium facit;*
Naso sed acri dat populos DEVS
Immane detrusos ruina
Præcipites properare IVDEX.

8 על און פלט למו באף עמים הורד אלהים׃

9 *Consistet tibi cùm nostra vagatio,*
Infunde in vtrem has tu lachrymas tuum
Quas fundo, descriptasque libro
Ipse tuo numera effluenteis.

9 נדי שמתה אתה ספרתה הכעדתי בנאדך הלא בספרתך׃

2 Te Deum appello misericordem, vt me eripias è periculis ac laboribus: cùm enim sis Deus & misericors, hoc facere voles & potes. Namque homines cùm adeò nihil possunt magni præstare, quia mortales sunt, & vitam dare aliis non possunt, & sunt crudeles, vt mortem inferant, ideoque me conculcant & perdere studeant; à te igitur expecto auxilium, ab illis nihil nisi periculũ. Ne patiaris mortalem consiliis DEI, hoc est, tuis, opponi.

5 Vt non ab homine est mihi proposita & commissa causa hæc, quã tueor, sed à Deo; sic, spero, ab ipso Deo perficietur: caro enim non poterit resistere Dei consiliis.

6 Non succedunt mihi cogitata, aut dicta, quibus apud homines aliquid proficere me putem, imò ab illis impedior, & ad necem petor. signum ergo est manifestum, omnem meam salutẽ ex Deo pendere.

8 Et cùm illi iniquè cupiãt innocẽtes perdere, vt me cupierunt, tamẽ impuniti euadũt ab hominibꝰ principibus. at verò Deus iudex est, cuius iudicio & sententia atque indignatione populi improbi, integri præcipitabuntur.

9 Tu scis quamobrem ego peregrinus, vagus, & instabilis sim, hoc est tua causa; ergo ne permittas frustra fluere meas lachrymas, sed excipe eas, ac numera, rationemque earũ habeto.

Primum

10 אז ישובו איבי אחור ביום אקרא זה ידעתי כי אלהים לי׃

10 *Primùm vocanti cùm mihi protinus*
Hostes coacti terga dabunt mei,
Hæc certa mî præsens fauoris
Signa sui DEVS *ipse ponet.*

10 Ego hoc signum peto à te, quòd meas res gubernes, vt cùm inimici me impetentes à te, per me, inuocato repulsi fuerint:

11 באלהים אהלל דבר ביהוה אהלל דבר׃

11 *Res, verba gratus cuncta feram* DEO;
IAE *notandi laudibus exitus,*
Promissi & auctori benigno
Verba canens celebrabo resque.

11 Tunc ipse accepta referam omnia mea tuis verbis & factis.

12 באלהים בטחתי לא אירא מה יעשה אדם לי׃

12 *Me spes in vno fida manens* DEO
Quicquam timere à terrigenis vetat;

13 עלי אלהים נדריך אשלם תודות לך׃

13 *Quin vota persoluam* DEVS, *quas*
Polliceor tibi ferre laudes.

13 Agnoscam semper me tot periculis ereptum, vitam meam vitæque actiones omnes in tui cultum impendere debere.

14 כי הצלת נפשי ממות הלא רגלי מדחי להתהלך לפני אלהים באור החיים׃

14 *Tu morte præsens hanc animam eripis;*
Tu liberas hos, ne titubem, pedes:
Vt luce viuens hac fruensque,
Ipse DEVM *sequar vsque cultor.*

PSAL. LVII.

Miserere mei Deus, miserere mei.

ARGVMENTVM.

EXPONIT vates afflictionem & pressuram suam Deo, quem liberatorem inuocat, & salutarem: ostendit se vndique septum ab hominibus, qui cùm insanire inceperint, à religione & ratione decedentes, sæuissimis feris atrociores sunt; ideoque in tanto periculo solum Dei auxilium sibi petendum esse ait, qui iudex rectissimus est, singulis pro actorum ratione rependens, idemque fortissimus & supremus, qui quod velit, facillimè exequatur, & expeditissimè, à nemineque impediri possit: deinde spe salutis exultans, vouet gratulatorium carmen, omnium musicorum instrumentorum generibus celebrandum.

1 לבנצח אל תשחת לדוד מכתם בברחו מפני שאול במערה׃

1 *Ad præstantem Ne corrumpas. Dauidis Michtham,*
cùm fugeret à facie Saulis, in spelunca.

CARMEN SAPPHICVM.

2 חנני אלהים חנני כי בך חסיה נפשי ובצל כנפיך אחסה עד יעבר הוות׃

2 ME, DEVS, *me tu miseratus, huic, quæ*
Te petit fidens, animæ pericla
Transfer: alarum interea tuarum
Protegar vmbra.

T PRIN-

3 Ego principem & gubernatorem meum inuocabo, in cuius fidei ac tutelæ præsidio lateo. ille non ex impetu, vt homines, agit, sed ex iudicio & consilio sapientissimo.

4 Quòd si cingor & obsideor ab hominibus in terra, tamen nó obsideor ab eis ex superiori parte, hoc est, ex cælo; illa pars Deo patet, nemini occupãda hominum: inde me eripiet ille, irritosque reddet conatus hominum. admiranda descriptio auxilij diuini, quod impediri nusquam potest.

5 Non solùm leones veros, qui in his montibus lustra habẽt, sed inter alios véris truculentiores, filios, inquã, Adæ, affectibus perturbatissimis homines.

3 PRINCIPEM *summum prece suscitabo*
Viribus FORTEM, *mihi qui probatis*
(Sic solet) factis statuetque & idem
Præmia tradet.

4 *Sospes vtque in me superem* VSQVE *hiantum*
Probra, demittet DEVS *ipse verax*
Blanda de cælis DEVS *efficaci*
Numine dona.

5 *Flammeos inter iaceo leones*
(Mens mihi quæ sit?) sobolemque Adami,
Lingua queis vibrans gladius sagittæ,
Hastaque, dentes.

6 *Tollere in cælos* DEVS, *atque terram*
Gloriæ extendas monumenta in omnem

7 *Quà vales, rete hi pedibus pararunt*
Tendere nostris.
Cogitur curis animo hæc in arctum,
Quà viam tendo scrobibus refossis
Occulunt, casa penitus graui quas
Compleat auctor.

8 Enthusiasmos adeò certum est mihi auxilium ex diuina iustitia, sapientia, & prouidentia speratum, vt animus incipiat de gratulatorio carmine cogitare.

9 Quantum ego ingenio, cogitatione, studio, & impulsu diuino valere possum, hoc totum vigilet, summaque diligentia impendatur in Dei laudibus canendis, quantum arte valeo, quantum effici nablio & cithara potest.

8 *Iam mihi exultat,* DEVS, *& paratum*
Cor modos gestit fidibus canoris
Iungere, ac dulci celebrare cantu
Munera dia.

9 *O decus nostrum vigila, atque surge*
Nablium, exurgas cithara; ac neque ipsum
Me pigrum surgens præeat nitenti
Lucifer ortu.

10 *Te canens multis populis fatebor,*
Gentibus necnon DOMINVM, *patronum*
Gratus & lætus celebrabo, psalmis
Nempe canoris.

3 אקרא לאלהים עליון לאל גמר עלי:

4 ושלח משמים ויושיעני חרף שאפי סלה ישלח אלהים חסדו ואמתו:

6 נפשי בתוך לבאם אשכבה להשים בני אדם שניהם חניתים וחצים ולשונם חרב חדה:

6 רומה על השמים אלהים על כל הארץ כבודך:

7 רשת הכינו לפעמי כפף נפשי כרו לפני שיחה נפלו בתוכה סלה:

8 נכון לבי אלהים נכון לבי אשירה ואזמרה:

8 עורה כבודי עורה הנבל וכנור אעירה שחר:

10 אודך בעמים אדני אזמרך בלאמים:

Nam

כי גדול עד שמים חסדך ועד שחקים אמתך׃

11 *Nam tui doni bonitas benigni*
Siderum tractus superat, polosque
Veritas dicti tua certa magnumque
Æthera vincit.

רומה על שמים אלהים על כל הארץ כבודך׃

12 *Tollere in summos* DEVS *alme cælos,*
Gloriæ ac terris monumenta cunctis
Tende, qua siccus pelago adiacenti
Prominet orbis.

PSAL. LVIII.

Si verè vtique iustitiam loquimini.

ARGVMENTVM.

CVM intelligeret Dauid, se ab hominibus non incognita causa, aut examinata, verùm inuidioso ac tumultuario iudicio damnatum, Psalmum hunc composuit, quo suam in imagine, & Christi per inuidiam tradendi ac damnandi rationem exposuit. In eo peruersa hominum iudicia, ac temerarios impetus reprehendit; qui cùm sint ad prauitatem procliues, post primam Adæ præuaricationem, ac deberent sibi in hac parte diligenter cauere, tamen inconsultissimè solent de alienis rebus sententiam ferre, maximè verò damnando, atq. eos præcipuè, quos vel principum inuidia, vel aliqua alia aduersitas insequitur, neque velle pati, vt à quopiam recti atq. æqui admoneantur: minatur autem illis suorum cõsiliorum & negotiorum aduersum omnino optatis exitum, idq. ex Dei iudicio integerrimo, quod iustis apertè probandum esse ait, videntibus vnicuiq. secundũ opera sua rependi.

למנצח אל תשחת לדוד מכתם׃

1 *Ad præstantem, Ne corrumpas, Dauidis Michtham.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

האמנם אלם צדק תדברון מישרים תשפטו בני אדם׃

2 *ANne ô concilium iustitiam loqui*
Nostis, iudicia an terrigenum genus
Recta æquo trutinæ examine ponitis,
Exacto officio integri?

אף בלב עולה תפעלון בארץ חמס ידיכם תפלסון׃

3 *Atqui corde dolos prauaque perfido*
In terra solitos vos struere haud negem;
Vestris è manibus vis venit improba,
Librata & studio malo.

3 Malè verum examinabũt iudices, quibus vis ac fraus cordi est.

זרו רשעים מרחם תעו מבטן דברי כזב׃

4 *Flectunt nempe vias ex vtero impij,*
Ex aluoque petunt deuia callibus
Errorum, faciles vana loqui nimis,
Falsa & fingere non pigri.

4 Prauitas hominibꝰ ineſt ab vtero matris; ea qui aguntur, ad improbitatem flectũtur; at pij ac Deum timentes, ſtudio ac diligentia vtũtur, ne corrumpantur illa natiua prauitate.

5 Improbi itaq. prauitatem exercentes, pestilentissimi sunt, & correctioné respuunt.

5 *Virus pestiferum ceu colubro est quibus,*
Virus quale nocens vipera concipit,
Quæ surdas nimium continet aurium
Obdens callida ianuas.

5 חמת למו כדמות חמת נחש כמו פתן חרש יאטם אזנו:

6 Vt aspides incantaméta, sic improbi suasionem & monitioné auersantur, exemplũ apertissimum in aduersariis Iesu Christi.

6 *Frustrà illam magici murmuris artifex*
Tentat carminibus vincere fortibus;
Nil voces magici carminis audiet,
Temnetque artifices modos.

6 אשר לא ישמע לקול מלחשים חובר חבורים מחכם:

7. 8 Illud autem fiet his, vt cùm maximè offensa fuerit ipsorum malitia, minimè efficax reddatur.

7 *Dentes ore suo comminue his* DEVS,
Molaresque feris tolle leonibus
8 IAS, *ceu liquidæ dispereant aquæ,*
Fluxu ac deficiant suo.
Et quæ dira solet tendere spicula,
Nequicquam noceant, arcubus irritis
Intercisa velut lentaque vulneri,
Et fallente cadant manu.

7 אלהים הרס שינימו בפימו מלתעות כפירים נתוץ יהוה:
8 ימאסו כמו מים יתהלכו למו ידרך חצו כמו יתמללו:

9 *Limax vt fluidis viribus eliquet,*
Vt fœtus, pereat, fœmineus putri
Tabo disperiens, lumina cui negat
Solis visere mors cita.

9 כמו שבלול המס יהלך נפל אשת בל חזו שמש:

10 Consilium temerarium antè ebulliet, quàm calere & concoqui incipiat: atque ita crudum ac deliberatum malè cedet iis, à quibus suscipietur.

10 *Nondum flamma leues corripiat grauis*
Spinas, ante lebes incaleat nimis
Vester, consilia vt cruda cadant suis
Ebullita furoribus.

10 בטרם יבינו סירתיכם אשר כבו חי כמו חרון ישערנו:

11 Hoc exẽplo illi agnoscent Dei iudicium integerrimum, illiusque prouidẽtiam & iustitiam re ipsa atque matura executione probatam prædicabunt.

11 *Iusto exempla Dei vindicis agnita,*
Visa &, pacificam lætitiam ferent;
Testis namque pedes ipse cruoribus
Tinget, sanguine & improbo.

11 ישמח צדיק כי חזה נקם פעמיו ירחץ בדם הרשע:

12 *Ac tunc dicet homo, nempe manet pios*
Fructus iustitiæ, nempe polo edito
Illos quidquid agant despiciens DEVS,
Terras iudicat infimas.

12 ויאמר אדם אך פרי לצדיק אך יש אלהים שפטים בארץ:

PSAL.

PSAL. LIX.

Eripe me de inimicis meis Deus meus.

ARGVMENTVM.

SE per inuidiam à Saule eiusque adulatoribus & malignis ministris ad necem peti, conqueritur apud Deum Dauid; quem orat, vt istorum conatus infringens, irritos omnino reddat: quandoquidem nullo ipse crimine, nulla offensione illam in se inuidiam concitasse, vel Deo ipso iudice, confirmare possit. illos autem facillimam existimare viam se occidendi hominem tenuem, nullis opibus humanis munitum, domi conclusum. verùm se fidere Deo supremo, iudici fortissimo & optimo, qui Iacob ex periculis liberatum, in Israelem amplificauit. Psalmus ad Christum etiam pertinet.

א למנצח אל תשחת לדוד מכתם בשלח שאול וישמרו את הבית להמיתו׃

1 *Ad præstantem, Ne corrumpas: Dauidis Michtham, cùm mittente Saule obseruata fuit domus, vt occiderent eum.*

CARMEN TRICOLON. TETRASTROPHON.

ב חצילני מאיבי אלהי משתקוממי תשגבני׃

2 *SEruatum rabidis me eripe ab hostibus,*
Infestisque mihi protege mi DEVS;

2. 3 Eripe me ab iis, qui mala mente, maloq. animo vitæ meæ insidiantur.

ג הצילני מפעלי און ומאנשי דמים הושיעני׃

3 *His quos praua voluntas*
Vrget fundere sanguinem.

ד כי הנה ארבו לנפשי יגורו עלי עזים לא פשעי ולא חטאתי יהוה׃

4 *Namque ecce immeritas insidias meæ*
Tendentes animæ in me coeunt viri,
Robustum genus, IAS;
Culpa aut crimine non meo.

ה בלי עון ירצון יכוננו עורה לקראתי וראה׃

5 *Praui in me nihil est, & properant tamen,*
In méque arma sibi & consilium parant:
Occurre excitus, ac me
Explora, & propius vide.

4 Parant arma, consilium & copias, idq. studiosè, vt grauius sit illorum scelus, qui nõ ex subito impetu, sed deliberatè cupiunt occidere innocentem.

ו ואתה יהוה אלהים צבאות אלהי ישראל הקיצה לפקד כל הגוים אל תחן כל בגדי און סלה׃

6 *Vltor maxime dux tu armigerûm* DEVS
IAS, *quo fruitur* PRINCIPE *& Israel,*
Expergiscere, & omnes
Gentes pro meritis preme.
Clemens sis licet, his parcere desine,
Sæuæ quos agitans cura libidinis
Factis vsque malignis
Et prauis studiis tenet.

6 Tu Deus es potens, vindex & vltor iniuriarũ. Princeps Israelis in te credentis, atq. te vnico auctore sui nitentis excitare, vt olim, cùm Israelitas ex gentibus Aegyptiis, & aliis liberatos amplificabas.

Scio te clementem esse, verùm non erga eos, qui malitiosa studia remittere nolunt. id hoc tempore ostendas effice.

7 Vidétur esurire carnem meam, ac sitire sanguinem, vt canes famelici, qui noctu obetrant, ringentes & quærentes in viis & plateis escam aliquam. tunc enim putât omnes dormire, neminemque esse qui eorũ excursiones impediat, aut interturbet.

7 *Nocturno assimilis turba latrans cani*
Vicos atque vias vrbis obambulat;
8 *His labra, osque, minaces*
Enses. namque quis audiet?
9 IAS *ludus erunt hi tibi, rideas*
Cunctarum studium cœptaque gentium:
10 *Illud robur ego ad te*
Arx nostra experiar DEVS.
11 *Clemens meque fouens præueniet* DEVS:
Ipse exempla mihi cernere in hostibus
Concedet DEVS, *atque*
Spectare incolumi dabit.

12 Nolo neque rogo vt subitò simul pereant occisi à te, sed vt irritis conatibus deiecti, & imbecilli, atque pudefacti exemplo diuturno sint populatibus meis.

12 *Hos ne perde simul, ne & populo meo hoc*
Exemplum graue de mente cadat breui:
Illos detrahe motos
Noster tu clypee ô DEVS.
13 *Peccatum ore suo, verbaque proferunt*
Labris falsa suæ plena superbiæ;
Iuramentaque fraudi
Addent dira loquaculi.

14 Intelligant Iacob Dei patroni prouidẽtia singulari vbique terrarum, siue domi, siue foris, siue in Mesopotamia, siue in Ægypto custodiri.

14 *Hos, ne extare queant, dirue, dirue excandens;* VSQVE DEVM *munere præsidis*
Norint esse Iacobo
Oras orbis in vltimas.
15 *Nocturno assimilis turba latrans cani*
Vicos atque vias vrbis obambulat;

16 Inanes voto irrito redibunt.

16 *Quærunt quid comedant; hos*
Sed sistet vigiles fames.

17 Ego verò summo manè liberatum me tuo præsidio carminibus conditis ac decantatis, gratus prædicabo.

17 *Ipse at manè tuum præsidium canam;*
Et quantum ista mihi est nota benignitas;
Veram tempore in arcta
Te arcem ac perfugium mihi.

7 ישובו לערב יהמו ככלב ויסובבו עיר׃
8 הנה יביעון בפיהם חרבות בשפתותיהם כי מי שמע׃
9 ואתה יהוה תשחק למו תלעג לכל גוים׃
10 עזו אליך אשמרה כי אלהים משגבי׃
11 אלהי חסדו יקדמני אלהים יראני בשורדי׃
12 אל תהרגם פן ישכחו עמי הניעמו בחילך והורידמו מגננו אדני׃
13 חטאת פימו דבר שפתימו וילכדו בגאונם ומאלה ומכחש יספרו׃
14 כלה בחמה כלה ואינמו וידעו כי אלהים משל ביעקב לאפסי הארץ סלה׃
15 וישבו לערב יהמו ככלב ויסובבו עיר׃
16 המה ינועון לאכל אם לא ישבעו וילינו׃
17 ואני אשיר עזך ארנן לבקר חסדך כי היית משגב לי ומנוס ביום צר לי׃

Te psal-

18 עזי אליך אזמרה כי אלהים משגבי אלהי חסדי׃

18 *Te psallam fidibus præsidium meum,*
Te qui me solitus protegere es DEVS,
PRINCEPS *ille benigno*
Cuius subsidio fruor.

PSAL. LX.

Deus repulisti nos, & destruxisti nos.

ARGVMENTVM.

AGNOSCIT Dauid calamitates à vicinis gentibus, Israelis populo allatas, Dei iudicio obuenisse infensi populo suo, ob violatam legem atq. virtutem veram neglectam, eiusdem verò misericordia & prouidentia rursus contigisse illis victorias de hostibus finitimis & remotioribus reportari, cuius præsidio & auxilio non dubitat, Idumæam sibi esse subiugum mittendam. Carmen est propheticum penitus, nam sub imagine illa Israelis & Idumææ, aliarumque gentium, significauit vates fore, vt Euãgelij Christi virture Gentes ad veritatis & fidei obedientiam & cultum deducerentur. Hoc indicabat Psaltes ipse, cùm Psalmi inscriptioni adderet illud, Ad docendum.

א לנצח על שושן עדות מכתם לדוד ללמד׃

ב בהצותו את ארם נהרים ואת ארם צובה וישב יואב ויך את אדום בגיא מלח שנים עשר אלף׃

1 *Ad præstãtem super Susan Gheduth: Michtham Dauidis, ad docendũ. Cùm contenderet erga Aram*
2 *Naharaim, & erga Aram Szobah, & conuersus Ioab, percussit Edõ in valle Salis duodecim millia.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

ג אלהים זנחתנו כרצתנו אנפת השובב לנו׃

ד הרעשתה אוין פצמתה רפה שבריה כי טלטה׃

ה הראית עמך קשה השקיתנו יין תרעלה׃

ו נתתה ליראיך נס להתנוסס מפני קשט סלה׃

ז למען יחלצון ידידיך הושיעה ימינך ועננו׃

ח אלהים דבר בקדשו אעלזה אחלקה שכם ועמק סכות אמדד׃

3 *DIruptos* DEVS *abstuleras nos percitus ira,*
Sed nobis te redde precamur.
4 *Nutat terra tuo scissa ac tremefacta furore,*
Rimas tu committe labantis.
5 *Tu populo exhaurire tuo prædura dedisti &*
Plena tremoris pocula nobis.
6 *Signa tuis tollenda dabas cultoribus* VSQVE
Propositi veri monumentum.
7 *Det tua, vt euadant quos diligis ipse, salutem*
Dextera, teque mihi facilem da.
8 *Sancta loquẽs responsa dedit* DEVS *irrita nunquã,*
Quæ gaudens ego certa tenebo.
Partiar ergo agros Sichimæ vallemque remensus,
Implent quam tentoria Suchoth.

4 Disrupti atq. variis ruinis dissipati, & intercepti sumus.

6 Dabas apertissimam significationem iræ atque offensionis tuę, per signa & vaticinia, ne calamitates populo ex casu, vel ex temporum vi allatæ putarentur.

7 Sed dabis salutem etiã idem (quia misericors es) dilectis tuis, probioribus, & piis, ne pereant in cõmuni calamitate: item etiam populo à te præter cęteras gentes, dilecto, vt sit hoc signum etiam aliis nationibus.

8 Possidebo loca vicina Mesopotamiæ & Armeniæ, eaque cum iis agris coniungam, quæ Ephraim, & Ruben, & dimidiæ tribui Manasses vltra Iordanem olim contigerãt.

Galge-

9 *Galgedium nemus & Manaſes mea iura ſubibunt,*
Atque mei munimen Ephraim
10 *Verticis: ac Iudas me decernente notabit.*
Sunt & balnea noſtra Moabus.
Perferet ipſa meam ſoleam calcantis Idume:
Tuque Palæſthine & mihi plaude.
11 *Quis me in munitam victorem deferet vrbem?*
Ducet Idumæas & in oras?
12 *Cùm Deus amotos tu nos eieceris, ac iam*
Noſtra DEVS *non agmina ducas:*
13 *Auxilium arctatis nobis tu porrige: vanum eſt*
Ex homine expectare ſalutem.
14 *Nos ductore* DEO *turmas armabimus; ille*
Calcando noſtros teret hoſtes.

9 לי גלעד ולי מנשה ואפרים מעוז ראשי יהודה מחקקי׃
10 מואב סיר רחצי על אדום אשליך נעלי עלי פלשת התרועעי׃
11 מי יובילני עיר מצור מי נחני עד אדום׃
12 הלא אתה אלהים זנחתנו ולא תצא אלהים בצבאותינו׃
13 הבה לנו עזרת מצר ושוא תשועת אדם׃
14 באלהים נעשה חיל והוא יבוס צרינו׃

10 Iudææ proximas regiones Moabitarũ, quæ ad mare Salis vſque pertinent, tenebo.

11 Quis, inquam, me victorem munitiſſimis vrbibus Edom, qualis Boſra eſt, potiri facier? ſi tu nos reiicis, quem in bello principẽ imperatoremque ſummũ habere ſolemus? Namque hominibus non debemus fidere, qui nihil ſine te poſſunt.

PSAL. LXI.

Exaudi Deus deprecationem meam.

ARGVMENTVM.

DAVID ſuperata periculorum ac difficultatum parte magna, iamque rex ſalutatus & habitus à multis, maximè Iudæorũ tribubus, Deũ orat, vt ipſo auctore & protectore cætera quæ ſuperſunt diſcrimina, ſibi ſuperari contingat, atque eo in loco eſſe, ad quem ex Dei voluntate fuerat electus; vt hoc exemplo cæteri diſcant, fide atque ſpe diuinis promiſſis adhærere, idque ipſum ab illo carminibus decantandis agatur.

1 *Ad præſtantem, ſuper Neghinoth Dauidis.*

1 למנצח על נגינת לדוד׃

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

2 AVdi quid orem, quid querar ô DEVS;
Terræ vt precans te à fine vocem ſacræ,
Defectus ipſe cordis ægri
Viribus atque animo impotenti.
3 *Rupis prælta culmine me loca,*
Quamque ipſe ſolus ſcandere non queo:
4 *Mi namque tutum fis aſylum,*
Fisque fero valida arx ab hoſte.

2 שמעה אלהים רנתי הקשיבה תפלתי׃
3 מקצה הארץ אליך אקרא בעטף לבי בצור ירומם ממני תנחני׃
4 כי היית מחסה לי מגדל עז מפני אויב׃

Te voco in extremis finibus terræ Iudæ.

Tentorio

ז אגורה באהלך עולמים אחסה בסתר כנפיך סלה׃

5 *Tentorio ipſe in plurima ſæcula*
Iſto manebo, nil metuens mali;
Ac tutus alarum tuarum
Præſidio fruar VSQVE *firmo.*

5 Tuo præſidio pro tẽtorio tutiſſimò vſus, conſeruabor incolumis.

ח כי אתה אלהים שמעת לנדרי נתת ירשת יראי שמך׃

6 *Tu certa namque & vota facis mea;*
Hæreditatem teque timentium
Das auctor, ac Regem diebus
Accumulas ſaturasque ſaclis.

6 Video me iam in partem regni promiſſi adductum, te auctore, qui mihi vires & vitam auges, vt ſperem pleniſſimum promiſſorum tuorum ſucceſſum.

ט ימים על ימי מלך תוסיף שנותיו כמו דר ודור׃

י ישב עולם לפני אלהים חסד ואמת מן יצרהו׃

7 *Das auctor, ac Regem diebus*
Accumulas ſaturasque ſaclis.

8 *Semper ſedebit præſidio Dei*
Inſtructus omni tempore, gratia
Cui certa cuſtos eſt fideſque,
His nihil auſpiciis timebo.

8 Quod tui promiſſi gratia fides mea expectat, nequaquam impediendum metuo.

יא כן אזמרה שמך לעד לשלמי נדרי יום יום׃

9 *Sic nomen edam perpetuò tuum*
Neruis remixto carmine; ſic tibi
Quæ vota ſacraram, redemptus
Aſſiduis ſoluam diebus.

PSAL. LXII.

Nónne Deo ſubiecta erit anima mea?

ARGVMENTVM.

PSALMVS hic compoſitus videtur ea tempeſtate, qua Dauid ciuilibus bellis & coniurationibus, Abſalone auctore, impeti cœpit. Canit autem in eo Pſaltes regni ſui ruinam fruſtra tentari ab hominibus mendacibus, ac nullo certo conſilio nixis, verum ambitione & cupiditate motis, fraude ac fallacia agentibus; ſe enim Deo principe atque auctore regnum obtinere, cuius præſidio fiſus, neminem hominem timendum ſibi duxerit, vtpote iudicis integerrimi ac Domini potentiſſimi.

א למנצח על ידותן מזמור לדוד׃

1 *Ad præſtantem apud Ieduthun; Pſalmus Dauid.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

ב אך אל אלהים דומיה נפשי ממנו ישועתי׃

2 NEmpe ſpectat hæc mens DEVM
Silens petitque, pendet hinc ſalus mi;

ג אך הוא צורי וישועתי משגבי לא אמוט רבה׃

3 *Ille nempe rupes mea eſt*
Munimen atque mi ne multa nutem.

3 *Ne multa nutem.*] Tentari quidem me Deus permittet, valde autem nutare ac ruinam minari non ſinet idem.

ד עד אנה תהותתו על איש תרצחו

4 *Quamdiu in virum nequiter*
Agetis omnes? murus vt ruens cui

Tenditis necem perfidam,
Impulsa valli ceu caduca moles?
5 *Nempe de gradu vt detrahant*
Vana appetentes consuent; precantur
Ore, quæ probes; cordibus
Malis maligna deuouere sueti.
6 *Nempe spectat hæc mens* DEVM
Silens rogatque, pendet hinc mihi spes:
7 *Ille nempe rupes mihi &*
Munimen, haud nutabo nixus illo.
8 *In* DEO *salus est mea,*
Decusque petra roboris mei ipse est.
In Deo fides est mihi;
9 *Sperate gens hunc semper omnis vnum;*
Corda vestra & huic fundite,
Faustus DEVS *nam solus vsque nobis.*
10 *Nempe & Adæ nil est genus,*
Virisque natos vanitas reprendit.
Pone hos lancibus tu suis;
Tollet resultans vanitas leuatos.
11 *Nec vim pone spem tu tibi,*
Neu præda vos exerceat superba:
Crescat summa rerum licet,
Nil vestra corda figat aut moretur.
12 *Quæ semel locutus fuit*
DEVS, *reponam audita bis, valens nam*
Constat atque præstans DEVS.
13 *Here ac benigna gratia est tibi, qui*
Singulis potens assoles
Vicem rependere actibus paratam.

כלכם כקיר נטוי גדר הדחויה׃

5 אך משאתו יעצו לדחיח ירצו כזב בפיו יברכו ובקרבם יקללו כלה׃

6 אך לאלהים דומי נפשי כי ממנו תקותי׃

7 אך־הוא צורי וישועתי משגבי לא אמוט׃

8 על אלהים ישעי וכבודי צור עזי מחסי באלהים׃

9 בטחו בו בכל עת עם שפכו לפניו לבבכם אלהים מחסה לנו סלה׃

10 אך הבל בני אדם כזב בני איש במאזנים לעלות המה מהבל יחד׃

11 אל תבטחו בעשק ובגזל אל תהבלו היל כי יגוח אל תשיתו לב׃

12 אחת דבר אלהים שתים זו שמעתי כי עז לאלהים׃

13 ולך אדני חסד כי אתה תשלם לאיש כמעשהו׃

5 Fraudulenti & versuti nocētiores multò sunt simpliciter improbis & inimicis apertis.

6 Sed animi mei consilium omne tacitè fertur in Deum, qui corda nouit hominū, & iudicat singulos, pro meritisque afficit.

8 Vos etiam, qui aduersariorum meorum sermonibus & orationibus aures præbetis, intelligite nullam in hominibus esse facultatem salutis aut beatitudinis afferendæ, Deum bonorūm verorum auctorem credite; hunc vobis proponite, cuius prouidēria nitamini, ita non sequemini studia vana.

10 Ex patris Adæ leuitate æstimari potest, quanti ponderis atq. grauitatis homines cæteri parte iam deteriores esse possunt; sunt, inquam, ipsa vanitate leuiores.

11 Neque quorundā potentiam, aut vim, neq. aliorū malè partas diuitias admiremini; harū enim rerum exiguus vsus malus plerumque exitus est.

12 Tantum diuini verbi veritate ducimini, qui nunquam fallit, qui constantissimus est dicto suo vel semel effatus. Deus autem vnico sermone duo de se declarauit: se esse Principem potentissimū, eundemq. Dominum misericordissimum, qui iustitiā ac misericordiā exercere possit, pro ratione actionū humanarum.

PSAL. LXIII.

Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo.

ARGVMENTVM.

DAVID inimicos fugiens, in Iudææ solitudinem secesserat, vt loci incommoditate sese sectantes retineret, & diuinam misericordiam suis ipse incommodis magis moueret & conciliaret sibi. Dicit totum tempus in ea solitudine sibi poni in cogitatione de Deo, Deique erga se prouidentia & benignitate, quem ita prospecturum sibi credit & sperat, vt in propriam ciuitatem, atque adeò in regnum restitui contingat, vbi oportuno loco diuino cultui sese dedere possit.

1 מזמור לדוד בהיותו במדבר יהודה׃

1 *Psalmus Dauid, cùm is esset in solitudine Iudææ.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

2 אלהים אלי אתה אשחרך צמאה לך נפשי כמה לך בשרי בארץ ציה ועיף בלי מים׃

2 *MAnè DEVS soleo te quærere, tu mihi PRIN-*
Te nimis hæc anima et sitit ardēs. (CEPS,
Hæc caro te cupit ac petit hîc afflicta, vbi tota
Squallida terra arens caret vndis.

3 כן בקדש חזיתיך לראות עזך וכבודך׃

3 *Sic ego sancta sola inuisi, vt mihi cura videndi est*
Vires atque tuum decus ingens:

4 כי טוב חסדך מחיים שפתי ישבחונך׃

4 *Quippe benigna mihi est melior tua gratia vita, his*
Te labiis laudabo canamque:

5 כן אברכך בחיי בשמך אשא כפי׃

5 *Exoluamque tibi grates dum vita manebit,*
Altis ad tua nomina palmis.

6 כמו חלב ודשן תשבע נפשי ושפתי רננות יהלל פי׃

6 *Delitiis anima hæc satura ac si pinguibus esset,*
Sic labia in laudes mea soluam.

7 אם זכרתיך על יצועי באשמרות אהגה בך׃

7 *Sum memor ipse tui stratis quæ plurima muto;*
Te ac meditor vigil omnibus horis.

8 כי היית עזרתה לי ובצל כנפיך ארנן׃

8 *Te, auxilium præsens expertus sæpè, tuarum*
Alarum cantabo sub vmbra.

9 דבקה נפשי אחריך בי תמכה ימינך׃

9 *Hæc anima innitens tibi, subsequitur gradientem;*
Dextera me & tua fulsit euntem.

10 והמה לשואה יבקשוה יבאו בתחתיות הארץ׃

10 *Quique meæ vitæ exitium cupiere paratum,*
Descendent loca ad infima terræ.

11 יגירהו על ידי חרב מנת שועלים יהיו׃

11 *Occisum gladio corpus, sine honore sepulchri,*
Vulpibus in prædam cadet amplam.

2.3.4.5.6. Quanquã caro in deserta terra appetere videatur cibum & potum, tamẽ te ipsum magis appeto, cibi ac potus oblitus; ideo volui esse in regione sancta potius, quàm in aliena etiam fertilissima. hic namq. vtar tuis viribus, atq. amplitudine, quæ longè præstat, non solùm rebus ad vitam commodis, sed vitæ etiam ipsi: dummodo te habeam mihi propitiũ, nihil vltrà desiderabo delitiarum.

7.8.9. Quippe cùm vbicunque sim, tuum subsidium experior, quod mihi incomparabile est, vincit enim omnia alia vitæ commoda infinito interuallo.

11 *Rex.* Ego qui tuo præsidio ac numine rex constitutus sum, atque rex manebo, velint nolint inimici mei.

12 *Rexque* DEO *lætus grates laudemque reponet:*
Illius & qui numine iurat,
Victor laudis erit compos, dum falsa loquentum
Os clausum obstructumque silebit.

יב והמלך
ישמח באלהים
יתהלל כל
הנשבע בו כי
יסכר פי דוברי
שקר׃

PSAL. LXIIII.

Exaudi Deus orationem meam.

ARGVMENTVM.

DAVID cùm videret sibi rem esse gerendam aduersus inimicos versutos, callidos, qui non solùm numero, sed consiliorum calliditate ac fraude doloque niterẽtur, quibus rebus nihil molestius, nihil importunius aut grauius accidere potest probo viro, simplicitatis suæ, à se nũquam deserendæ partes Deo fouendas, agendasq. commendat, quem credit & sperat, vtpote simplicissimum & optimum ita acturum, vt calliditate irrita, victa & labefactata, iustorum simplicitas & candor hoc exemplo confirmetur.

1 *Ad præstantem, Psalmus Dauid.*

א למנצח
מזמור לדוד׃

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

2. 3. Defende me à turba frequenti, malitiosa atque callida.

2 *O*RantIs *audi sancte* DEVS *meam*
Vocem, pauore atque hostis ab improbi
3 *Defende celatum malignæ*
Consilio studiisque turbæ.

ב שמע אלהים
קולי בשיחי
מפחד אויב
תצר חיי׃
ג תסתירני
מסוד מרעים
מרגשת פעלי
און׃

4 Qui fraudes concipere, concepias dolosè eloqui, atque conatu vehementi facere norunt.

4 *Queis lingua acutis ensibus aptior,*
Verba, vt sagittæ spicula tristia,
5 *In non paratos innocentes*
Insidiis iaculantur atris.

ד אשר שננו
כחרב לשונם
דרכו חצם
דבר מר׃
ה ליורת
במסתרים תם
פתאם יריהו ולא
ייראו׃

6 Existimant se sapientes, qui inuenire possint ea, quæ ab aliis obseruari nequeant.

6 *Firmata postquam constituunt mala,*
Deliberantes vt laqueos sciant
Celare, consultant, loquentes,
Quis notet ingenia hæc & artes?
7 *Commenta prauis fraudibus ac modis*
Exacta cunctis partibus instruunt,
Excogitato quisque cordis
Arbitrio, studio ac profundi.

ו יחזקו לבו
דבר רע יספרו
לטמן מוקשים
אמרו מי יראה
למו׃
ז יחפשו עולת
תמנו חפש
מחפש וקרב
איש ולב עמק׃

8 Verùm hic erit fallaciarum ac doli exitus, Deo vindice.

8 *Ast imparatos confodiet* DEVS
Illos sagittæ vulnere concitæ,

ח וירם אלהים
חץ פתאום היו
מכותם׃

Queis

ט ויפחדו כל אפסי ארץ ממוסותיך בקר ערב תרנין:

Queis lingua conſiſtat procax, &
Terror aget trepidus videntes.

9 Tunc qui exiſtimabant horum res prudẽter gubernari, exẽplum illius exitus ſtupeſcent.

י ויגידו פעל אלהים ומעשהו השכילו:

10 *Exempla cunctos hæc homines,* DEVS,
Narrare cogent, quid faciat potens;
Et facta condiſcent modosque
Quos init is, tenet atque IVDEX.

10 Omnes aliter loquẽtur quàm ſoleant: laudabuntque ſimplicitatem, quam Deus propugnat ac tuetur, & iudicium diuinum admirabuntur.

יא ישמח צדיק ביהוה וחסה בו ויתהללו כל ישרי לב:

11 IAM *que iuſtus lætior hinc ſuum*
Dicet patronum & præſidium integrum;
Laudataque incedet triumphans
Simplicitas bonitasque cordis.

11 Iuſtum autem nõ pœnitebit ſimplicitatis ſuæ ac probitatis, quã Dei ſummè laudandi prouidentia tutam & incolumem ſentiet.

PSAL. LXV.

Te decet hymnus Deus in Sion.

ARGVMENTVM.

IN Sione monte, id eſt, Eccleſia Dei, laudes perpetuò ac ſine interpellatione celebrari oportere, Pſaltes ait; itaque omnes cantus in populo Dei ſacros eſſe decere confirmat: quippe cuius benignitas, miſericordia, ſapientia, ac virtus nullo tempore ceſſet benefaciens, vt Paulus aiebat, omnium nationum ac gentium hominibus, mittens eis pluuias, ac cæteras temporum commoditates, quibus humana vita non ſolùm alatur, verùm etiam recreetur; idque adeò quamquam magnum & aſſiduum, immò perpetuum Dei beneficium ſit, tamen ab illo alio conſilio ac propoſito ſuperetur de ſalute hominum generi afferenda, quod re ipſa præſtiturum Deum eſſe, Vates confirmabat, nos præſtitum iam certiſſimè credimus: ideo igitur Eccleſiam, in qua hæc ſalus conſtet, à diuinis laudibus minimè vacare oportere ait.

א לבנצח מזמור לדוד שיר:

1 *Ad præſtantem, Pſalmus Dauid.*
Canticum.

CARMEN SAPPHICVM.

ב לך דמיה תהלה אלהים בציון ולך ישלם נדר:

2 LAus DEVS *ſoli tibi deſtinata*
Cæteros cantus iubet in Sione
(Debita agnoſcens tibi dum reponit
Vota) ſilere.

2 דמיה Tacet, & deeet aut conuenit.

ג שמע תפלה עדיך כל בשר יבאו:

3 *Tu preces audis populi colentis*
Te, caro quærens petat omnis vnum

3 Nam tu audis preces, & exitu ſecundas; audies ergo laudes tuas libenter à populo grato & pio decantatas, & omnis caro cognoſcet te eſſe omnis boni auctorem.

ד דברי עונת גברו מני פשעינו אתה תכפרם:

4 *Te mihi, & cunctis facilem prementes*
Tollere culpas.

5 *Deligis quem tu facis & propinquum,*
Atriis felix manet ille in istis;
Is tui sancto fruitur palati
Munere & ædis.

6 *Iustus vt nobis memores tremendas*
Res, quibus nostram statuis salutem;
Spes & his cunctis DEVS *& remotis*
Trans mare terris.

7 *Roboris vi prævalida recinctus*
Montibus firmam stabilemque sedem

8 *Ponis, & fluctus pelagi intumentes*
Sistis & vndas.
Gentium sedas varios tumultus.

9 *Qui colunt fines, tua pertimebunt*
Signa, & occasus recinent & ortus
Munera mira.

10 *Visitas terræ cupientis aruum, &*
Plurimo ditas reficisque fœtu,
PRINCIPIS *pleno pelago redundans*
Labitur humor.
Tu paras fruges auidis colonis:
Ipsa sic tellus tibi præparatur;
Irrigas sulcos, madidasque comples
Vbere glebas.

11 *Ebriam stillis penitus caducis*
Reddis, & quantum tulit illa germen,
Almus augendo recreas fouesque, &
Perficis almus.

12 *Fertili prodit nitidus corona,*
Quam tuis donis sibi nectit annus;
Qua gradum flectis, fluit alta pingui
Munere nubes.

5.6 Quanquam omnes gentes ex beneficiorum tuorum contemplatione agnoscere te possint, ille beatior est, qui in tua Ecclesia est, teque ex doctrina tua cognoscit, atque colit; est enim tanquã familiaris tibi, & nouit promissum publicæ salutis à te initæ: salutis, inquam, non solùm huic Israeliticæ regioni, sed omnibus hominum nationibus afferendæ; omnes enim terræ te salutarem sperant, etiamsi nõ omnes homines huius salutis rationem cognoscant.
7. 8. 9. Magna autem, imò maxima virtute præstare te tua promissa posse, atque stabilire, indicãt montes à tẽ firmati, indicãt tempestates quas sedare soles: ita vt nulla te res turbare aut retardare queat: nulli homines impedire.
10 Tuam autem perpetuam benignitatem terra perpetuò fœcũda prædicat.

Pascua

יג ירעפו נאות מדבר וגיל גבעות תחגרנה׃

13 *Pascua in vasto renouata saltu*
Perfluunt fœtu saliente, rident
Et lacus musco redimiti, odoro &
Gramine colles.

13 Nō tantùm agrorum fertilitate homines satiras, sed pecuariæ rei vbertate exples.

יד לבשו כרים הצאן ועמקים יעטפו בר יתרועעו אף ישירו׃

14 *Induit campos pecus, atque valles*
Farris albentes subeunt amictus,
Vt sonent grato ac recinant ouantes
Carmine cuncti.

14 Itaque vario ac multiplici beneficiorum genere, laudum carmina tibi debentur.

PSAL. LXVI.

Iubilate Deo omnis terra.

ARGVMENTVM.

DEO vnico laudem ab omnibus gentibus debitam, exigit Psaltes, quòd is amplitudinem suam omni ex parte probauerit, mundo non solùm condendo, sed gubernando etiam; idque tam naturæ, quàm hominum rebus oportunè & commodè dispensatis, ostendat. Confirmat autem hanc rationem, ex calamitatibus populo Dei allatis, quas non casu, sed consilio ac iudicio allatas ait, atque misericordia diuina rursus leuatas. idem etiam Psaltes ipse suo exemplo comprobat; qui ex multis difficultatibus, inuocato Dei auxilio, erutus fuerit. Aptissimè conuenit hic Psalmus Ecclesiæ Christianæ.

א לַמְנַצֵּחַ שִׁיר מִזְמוֹר

1 *Ad præstantem, Carmen Psalmi.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

הָרִיעוּ לֵאלֹהִים כָּל הָאָרֶץ׃

1 *OMnis terra simul vos edite iubila ouantes*
Terricolaque DEO:

ב זַמְּרוּ כְבוֹד שְׁמוֹ שִׂימוּ כָבוֹד תְּהִלָּתוֹ׃

2 *Illius ac dignas componite nomine laudes*
Cantibus altisonis.

2 Adeò euidens ac manifesta roboris & efficaciratis tuæ virtus est, vt eos omnino qui te non colunt, aut negare studeant gubernatorem mundi esse, redarguat mendacij & apertæ falsitatis in iis, quæ de te dixerint vel scripserint.

ג אִמְרוּ לֵאלֹהִים מַה נּוֹרָא מַעֲשֶׂיךָ בְּרֹב עֻזְּךָ יְכַחֲשׁוּ לְךָ אֹיְבֶיךָ׃

3 *Dicite, quanta* DEVS *sunt ô tua gesta, tremenda*
Singula, cuncta simul.
Roboris ista tuos vis ampla redarguet hostes
Dicere ficta tibi.

1 Si vultis scire quid possit Deus in naturæ rebus, & an ipse eas gubernet iussu & nutu, an illæ sponte sua constent & durent, cōsiderate exempla in rebus naturalibus, coram tot hominū millibus testibus edita.

ד כָּל הָאָרֶץ יִשְׁתַּחֲווּ לָךְ וִיזַמְּרוּ לָךְ יְזַמְּרוּ שְׁמֶךָ סֶלָה׃

4 *Omnis terra tibi procumbat, carmine nomen*
Personet vsque tuum.

ה לְכוּ וּרְאוּ מִפְעֲלוֹת אֱלֹהִים נוֹרָא עֲלִילָה עַל בְּנֵי אָדָם׃

5 *Ite & gesta* DEI *spectate, atque acta tremenda*
Cernite, terrigenis.

Nam

6 *Nam mare ſiccatum & pede nos tranſmittere lætos*
Ipſe dedit fluuium.

6 הפך ים ליבשה בנהר יעברו ברגל שם נשמחה בו:

7 Vt naturæ, ſic etiam hominum res gubernat; neque ſinit perditiſſimum quemque votis ſuis ex animi ſententia potiri.

7 *Ipſe ſuo ſæclum deducit robore; gentes*
Proſpicit ille oculis.
Non erit vt propriis humana proteruia votis
Creſcat & exuperet.

7 משל בגבורתו עולם עיניו בגוים תצפינה הסוררים אל ירימו למו סלה:

8. 9. 10 Idem Deus miſericordiæ ſuæ amplitudinem erga nos populis omnibus probat: nam neq. affligi nos perpetuò ſinit, ſed corripi, corrigi, & examinari vult.

8 *Vosque* DEVM *populi noſtrũ linguisque animisque*
Dicite magnificum:

8 ברכו עמים אלהינו והשמיעו קול תהלתו:

9 *Noſtras vitæ animas reddens, vetuit quoq. noſtros*
Ille labare pedes.

9 השם כפשינו בחיים ולא נתן למוט רגלנו:

10 *Inſtar & argenti tu nos examine multo*
Per mala dura probas.

10 כי בחנתנו אלהים צרפתנו כצרף כסף:

11 *Tum preſsis ſinuoſa dabas in retia lumbis,*
Vndique nos ſtimulans.

11 הבאתנו במצודה שמת מוצקה במתנינו:

12 Fatemur nos ab homine mortali fuiſſe oppreſſos, ſed tuo permiſſu ac iudicio.

12 *Mortalis capiti noſtro, te auctore, volente*
Teque duce, incubuit.
Per calidos ingreſſi ignes, gelidasque per vndas
In ſatura egredimur.

12 הרכבת אנוש לראשנו באנו באש ובמים ותוציאנו לרויה:

13 Vnuſquiſque noſtrum debet tibi ſacrificia & gratulationẽ, ea ego tuæ miſericordiæ & prouidentiæ teſtis ſoluam.

13 *Ergo ſacra tuam veniam facturus in ædem,*
Votaque perſoliam:

13 אבוא ביתך בעולות אשלם לך נדרי:

14 *Vota ego quæ labiis medio in diſcrimine apertis*
Oreque propoſui.

14 אשר פצו שפתי ודבר פי בצר לי:

15 *Pinguia ſacra tibi fument, ariesque peruſtus*
Ardeat VSQVE *frequens:*
Cornigerique boues, ſacer & cadat hircus, & aram
Imbuat ille tuam.

15 עלות מחים אעלה לך עם קטרת אילים אעשה בקר עם עתודים סלה:

16 Quæ in vniuerſum erga naturam, hominum genus, & Eccleſiam commemorauit Dei mirabilia, ipſe etiam in me expectus narrabo.

16 *Vos quoſcunque* DEI *tangit reuerentia, adeſte*
Miraque percipite:
Dum memoro ac præſens narro, teſtisque, quid ipſi
Fecerit ille mihi:

16 לכו שמעו ואספרה כל יראי אלהים אשר עשה לנפשי:

17 *Illum ego ſublato linguæ clamore vocabam,*
Illum ego & ore meo.

17 אליו פי קראתי ורומם תחת לשוני:

Non

18 אם אמנם ראיתי בלבי לא ישמע אדני׃

18 (*Non me, ſi pectus præſtrinxit iniqua libido,*
Percipiet DOMINVS.)

18 Simpliciter & candidè, non ambitiosè aut ſimulatè inuocaui Dominum.

19 אכן שמע אלהים הקשיב בקול תפלתי׃

19 *Senſerat ergo* DEVS *noſtras vocemque precesque,*
Audijt atque fauens:

20 ברוך אלהים אשר לא הסיר תפלתי וחסדו מאתי׃

20 *Vnde meis facilem precibus qui præbuit aurem,*
Gratulor ipſe DEO:
Quique mihi ſe præſentem exhibuitque benignum,
Gratulor ipſe pius.

PSAL. LXVII.

Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis.

ARGVMENTVM.

ELEGANTI rerum ad vitam oportunarũ imagine efficiendam à Deo per Chriſtum humano generi ſalutem, pacem, & felicitatem ſummam hoc Pſalmo Vates deſcribebat: quamobrem omnes gentes ad laudes Deo ſacrandas & canendas inuitabat.

1 למנצח בנגינת מזמור שיר׃

1 *Ad præſtantem in Neghinoth, Pſalmus cantici.*

CARMEN SAPPHICVM.

2 אלהים יחננו ויברכנו יאר פניו אתנו סלה׃

2 NOS DEVS *nutu placidus benigno*
Proſperis ornet foueatque rebus,
Vſque nos curans niteat ſereni
Lumine vultus.

2 Vt Deus hactenus prouidentiam ſuam ſingularem erga nos oſtendit, terrenis promiſſis exhibitis, ita illam ſummam miſericordiam promiſſam effectu ipſo exhibeat, quæ à nobis incipiens, ad omnes gentes pertineat.

3 לדעת בארץ דרכך בכל גוים ישועתך׃

3 *Gentibus terræ tua nota cunctis*
Sit via, & cunctis tua ſacra præſens
Sit ſalus, laudent populi fatentes
Te DEVS *omnes.*

4 יודוך עמים אלהים יודוך עמים כלם׃

4 *Iudicem rectum & populis probatum*
Te canent læti, recinentque ouantes
Qui colunt linguis variis diſertum &
Moribus orbem.

5 ישמחו וירננו לאמים כי תשפט עמים מישר ולאמים בארץ תנחם סלה׃

5 *Moribus, linguis variata tellus*
Quà patet, cuncti Duce te ſubibunt
Vſque iter certum, ſtudiumque veri
Numinis vnum.

5 Sanctificabitur nomen tuum apud omnes nationes orbis totius.

6 *Te, DEVS, dicant populi fatentes,*
Te (decet) cuncti fateantur atque
Singuli atque omnes populi, quot ardens
Irradiat Sol.

יהודך עמים אלהים יודך עמים כלם׃

7 *Terra (dicentes) tulit vber ipsa,*
Quod decet, germen proprium: DEVS nam
Prosperos noster DEVS esse fructu
Nos facit almo.

7 Natura humana allegoricōs terra appellatur, neq. tantùm allegoricōs, sed proprie etiam. Hæc fructus suos profert Deo suaueis, cùm Christū Spiritus sancti operatione in B. Virgine nobis produxit, qui per eundem Spiritum sanctum magnos fructus in piis hominibus efficit. hoc iam enthusiasticōs prophetæ omnes præcinebant, gratulati sęculis nostris.

ארץ נתנה יבולה יברכנו אלהים אלהינו׃

8 *Vt DEVS nobis faueat benignus,*
Hunc colent fines reuerenter omnes,
Qui mare excludunt cohibentque curuo
Margine terras.

8 *Vt*, optantis est, & rem certò speratam prænuntiat.

יברכנו אלהים ויראו אותו כל אפסי ארץ׃

PSAL. LXVIII.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.

ARGVMENTVM.

PLENISSIMVS est psalmus doctrina & mysteriis, continet enim veteris & noui Testamenti summam. eius scopus est, ostendere Deum esse potentissimum, sapientissimum, & misericordissimum, qui salutem æternam humano generi per Christum filium suum afferre proposuerit. id efficiendum esse, ostenditur ex figura illa eductionis Israelitarum ex Aegypto, quam tota rerum natura mirata fuit, & nulla humana potentia impedire potuit. Excitantur omnes homines ad laudem Dei, quandoquidem ad eam salutem vocandæ erant nationes omnes hominum, si modò vocatæ venire vellent, & non refugere diuinam vocationem.

1 *Ad præstantem Dauidis, Psalmus Cantici.*

למנצח לדוד מזמור שיר׃

CARMEN HEXAMETRVM MONOCOLON.

2 *SVrget DEVS emineatq. modò, subitò inuidus hostis*
Illius effugiet dissectus fulmine vultus.

יקום אלהים יפוצו אויביו וינוסו משנאיו מפניו׃

3 *Fumus vt impulsus flammis, vt cera liquescens,*
Impia turba DEO sic tota micante peribit.

כהנף עשן תנוף כהמס דונג מפני אש יאבדו רשעים מפני אלהים׃

4 *Parte alia præsente DEO noua gaudia ouantes*
Iusti lætitiam celebrent festasque choreas:

4 Deus per modestos & mansuetos animos lenis incedit; hos ipsi venienti substernere oportet.

וצדיקים ישמחו יעלצו לפני אלהים וישישו בשמחה׃

5 *Dicite grata DEO vos carmina, psallite nomen*
Illius, huic animos substernite qui premit æthram,
Perque

שירו לאלהים זמרו שמו סלו לרכב בערבות

Perque polos ac ſumma regit per inania currum:
Hoc gaudete IAE *celebrando nomine læti.*

ביה שמו ועלטו לפניו׃

6 *Pupillis pater hic ſanctus, viduisque patronus,*
Æquus & eſt vindex ſanctæ de culmine ſedis.

6 אבי יתומים ודין אלמנות אלהים במעון קדשו׃

7 *Soliuagos* DEVS *in domibus bene collocat, idem*
Compedibus vinctos ad vitæ libera ducit
Munia, ſed cohibent miſeros loca ſicca rebelles.

7 אלהים מושיב יחידים ביתה מוציא אסירים בכושרות אך סוררים שכנו צחיחה׃

8 *Te ducente tuum populum per inhoſpita teſqua,*
9 *Vſque, Deus, tremuit tellus, maduereque cæli,*
Et gelidos liquido ſudarunt æthere rores,
Hoc præſente DEO, *Sinæque tenente cacumen;*
Iſraelis præſente DEO *atq. huic* PRINCIPE *gĕti.*

8 אלהים בצאתך לפני עמך בצעדך בישימון סלה׃
9 ארץ רעשה אף שמים נטפו מפני אלהים זה סיני מפני אלהים אלהי ישראל׃

10 *Imbribus ipſe tuum aſſiduis ſemperque paratis*
Sufficiens inſpergis agrum DEVS, *ipſeque feſſum*

10 גשם נדבות תניף אלהים נחלתך ונלאה אתה כוננתה׃

11 *Reſtituis; tibi grex illic tuus accubat; vltrò*
Proſpicis ipſe inopi DEVS, *accumulasq. benignus.*

11 חיתך ישבו בה תכין בטובתך לעני אלהים׃

12 *Hic* DOMINVS *narranda ſolet dictare puellis*
Lætaque, magnificos numeroſo ex hoſte triumphos.

12 אדני יתן אמר המבשרות צבא רב׃

13 *Caſtrorum reges cedant, cedantque phalanges,*
Quæque domi reſident, ſpoliis onerentur opimis.

13 מלכי צבאות ידדון ידדון ונות בית תחלק שלל׃

14 *Et quamquam tripodes inter iaceatis & ollas,*
Attamen argento velata columba niteſcet,
Flauo alis rutilans pennisque micantibus auro.

14 אם תשכבון בין שפתים כנפי יונה נחפת בכסף ואברותיה בירקרק חרוץ׃

15 *Cumque in eo Omnipotens reges extenderet, atris*
In tenebris, Salmone niues fulſere nitenti.

15 בפרש שדי מלכים בה תשלג בצלמון׃

16 *Baſſani nil cede* DEI *mons; culmina Baſan*
Montis habent celebres laudes, nomenq. ſuperbum.

16 הר אלהים הר בשן הר גבנים הר בשן׃

17 *Quid montes celſi ac tremuli capita alta ſalitis?*
Hunc amat ipſe DEVS *montem, ſibi figere ſedem,*
IAS *perpetua ipſe ſibi hîc habitacula ponet.*

17 למה תרצדון הרים גבנים ההר חמד אלהים לשבתו אף יהוה ישכן לנצח׃

18 *Millia multa* DEVM *currus equitesque ſequuntur*
Multiplici repetita acie, queis præſidet ipſe.

18 רכב אלהים רבותים אלפי שנאן ארני בם סיני בקדש׃

6 Qui cùm ſit adeò excelſus, tamẽ humilia curat; cùm ſit ab omni miſeria alienus, miſeretur imbecillorũ & tenuium.

7 Idem potentiſſimus ſuperbiæ ac malitiæ & iniuriarũ eſt vindex.

8 Namq. omnis natura tremens & ſudãs teſtata eſt illũ potentiſſimũ & efficaciſſimum.

10 Te poſſe omnia efficere, vel quę in natura, vel quæ ſupra naturam ſunt, teſtatur aſſidua illa ſingularis prouidentia, qua promiſſas verbo tuo pluuias, regioni noſtræ vtiliſſimas immittis; quia quos tu vt peculium ſuſcipis, peculiariter fouere potes & ſoles.

12 Idẽ gentes populo ſuo aduerſas vincere & perdere ſolet, eorũque geſtorum argumenta puellis cantanda ſuppeditare.

14 Itaque quanquam in miſeria & ærumna obſcuri iaceatis aut lateatis, hoc auctore, ad ſplendidiſſimũ nitorẽ transferemini, ſolúbæ mutilantis inſtar.

15 Eodem tempore cùm Deus potentiſſimos reges deiiceret, famulos ſuos euehebat.

16 Vt Baſan olim omnibus gentibus celeberrimus fuit, ob ſummam loci vtilitatem: ſic mons Sion ob ſingularem Dei curam eſt omnibus montibus, atq. adeò ipſo Baſane celebrior.

18 Propter hunc Sionem montem Deus vincet hoſtem illum ſuum, cum omnibus exercitibus eius, de quo etiam triumphauit. vide vt Paulus hunc locum explicet.

Ipſe, inquam, DOMINVS *Sinai qui ſancta tuetur.*

19 *Alta petens fortíque manu capta agmina ducens,*
Inde hominum generi pulcherrima dona tulisti;
Vtque habites DEVS *excelſus, tundasque rebelles.*

20 *Aſſiduis* DOMINVM *(decet hoc) celebrate diebus*
FORTEM *vſque ac validum noſtrã cumulare ſalutẽ:*
21 FORTIS *enim is nobis optandas ferre ſalutes;*
Eſtque IAE DOMINO *mortis perrumpere portas,*
22 *Atque aperire aditus, obſtantia rumpere clauſtra.*
Nempe mali DEVS *exempli caput atteret altum;*
Hoſtilisque comam transfiget verticis vltor.

23 *Illa olim,* DOMINVS *dixit, Baſanica reddam,*
Et maris illa olim referam ſpectacla profundi:
24 *Vt tibi pes rubeat, canibus quoque lingua cruore*
Hoſtili ſaturata tuis rubra defluat ipſo.

25 *Spectauere tuos greſſus* DEVS, *illaque mira*
Conſilia, & greſſus FORTIS *quos hic meus, ac* REX
Sancta ſibi ipſe petens faciensque paransq. ferebat.

26 *Ordine præcedunt qui dicunt carmina voce;*
Tibia cum fidibus referunt numerosque modosque:
Tympana pulſabunt generoſæ hinc inde puellæ:
27 *Iſraelis ſacro quicunque ex fonte profecti*
Cœtibus hũc denſis DOMINVM *celebrate* DEVMq;.

28 *Illicet exiguus Biniaminus imperat illis,*
Et proceres Iudæ in cœtu quoque nobilis illo,
Et Zabulon proceres, Nephthali & nomina prima:

29 *Conſtituit* DEVS *iſta tuus tibi robora* PRINCEPS.
Te, DEVS *ô, nobis auctore hæc robora conſtent:*

30 *Iſtud apud Solymos templumque ædemque beatam*
Sæpè tuam propter Reges donaria ponent.

31 *Haſtigeras potis es turbas diffundere tauros*
Robuſtos, populorum interque armenta iuuentos

Partibus

19 עלית למרום שביית שבי לקחת מתנות באדם ואף סוררים לשכן יה אלהים׃

20 ברוך אדני יום יום יעמס לנו האל ישועתנו סלה׃

21 האל לנו אל למושעות וליהוה אדני למות תוצאות׃

22 אך אלהים ימחץ ראש איביו קדקד שער מתהלך באשמיו׃

23 אמר אדני משבן אשיב אשיב ממצלות ים׃

24 למען תמחץ רגלך בדם לשון לביך מאיבים נמהו׃

25 ראו הליכותיך אלהים הליכות אלי מלכי בקדש׃

26 קדמו שרים אחר נגנים בתוך עלמות תופפות׃

27 במקהלות ברכו אלהים אדני ממקור ישראל׃

28 שם בנימן צעיר רדם שרי יהודה רגמתם שרי זבלון שרי נפתלי׃

29 צוה אלהיך עזך עזזה אלהים זו פעלת לנו׃

30 מהיכלך על ירושלם לך יובילו מלכים שי׃

31 גער חית קנה עדרת אבירים בעגלי עמים מתרפס

20 Igitur ſalutis noſtræ auctori ſummo & vnico Deo laudum carminibus gratulamini, quicunq. hanc ſalutem expetitis; poteſt enim ille mortem vincere, & reperire rationem & viam, qua manente ſententia, morte morieris, tamẽ mors vincatur, & vita æterna detur hominibus: poteſt, inquam, damnare diabolum & peccatum, & cõſiliorum malorum Luciferi caput perdere.

23 Pollicitus enim eſt Dominus potens, ſe figurarum antiquarum vera atque admiranda exempla editurum.

25 Iam olim videre patres noſtri obſeruãtes veſtigia quædam tuarum actionũ, quibus ſanctum regnum tuum inire cõſuluiſti, & nominis tui ſanctificationem publicè oſtenderet: eam imaginem tribus Iſraeliticæ carminibus gratulatoriis proſequutæ ſunt.

28 Omnes Iſraelis tribus laudabunt editam illius imaginis veritatem cognoſcentes.

31 Ille poteſt principes, imperatores, belli duces, anteſignanos, et milites ſtipendiarios fundere, etiam militari diſciplina exercitatiſſimos.

בדרוי כסף בזי עמים קרבות יהפצו׃

Partibus argenti ſe qui expoſuere minutis.
Sparſit item populos optata in bella feroces.

32 יאתיו השמנים מכי מצרים כוש תרוץ ידיו לאלהים׃

32 *Ægyptum linquens veniet gens denſa Canopi,*
Æthiopumque DEO *manibus gens curret apertis.*

32 Vnde fit vt omnes nationes huic cedant & ſuccumbant, vt Ægyptij atq. Æthiopes.

33 ממלכות הארץ שירו לאלהים זמרו אדני סלה׃

33 *Terræ regna* DEO *carmen reſonate dicatum,*
VSQVE *etiã fidibus* DOMINVM *celebrate canoris,*

34 לרכב בשמי קדם הן יתן בקולו קול עז׃

34 *Qui ſedet antiquis cæli ſuper æthera cælis.*
En dabit ille ſuæ vocem quoque robore vocis;

34 Eſt in loco ſupremo Deus, vnde omnia deſpicit & mouet, à nemine ipſe motus aut tactus.

35 תנו עז לאלהים על ישראל גאותו ועזו בשחקים׃

35 *Huicque* DEO *robur, vos huic concedite palmam.*
Ille colit noſtram gentem, decus Iſrael ille eſt;
Ille potens magnum demonſtrat in æthere robur.

Ille Euangelij virtutem oſtendet mundo, quod promiſit Iſraelitis primùm.

36 נורא אלהים ממקדשיך אל ישראל הוא נותן עז ותעצמות לעם ברוך אלהים׃

36 *Terribilem tua ſancta probãt te maxime* PRINCEPS
Iſraelisque DEVS, *populo qui robora magna*
Ac vires fert ipſe ſuo, DEVS *optimus atque*
Laudibus aſſiduis, ſolenni & carmine dignus.

PSAL. LXIX.

Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt.

ARGVMENTVM.

PSALMVS hic geminus eſt ſententia & ſignificatione. Continet enim totam rationem traditionis & paſſionum Chriſti, tam ab inimicis inuiſibilibus, quàm viſibilibus allatarum, idque ſub imagine Dauidis inimicorum & coniuratorum inſidiis & conatibus ad extremũ impugnati. indicat autem qualis exitus maneat aduerſarios, & aduerſariorum miniſtros. victoriam præterea ſignificat, quam Chriſtus patientia ac tolerantia reportaturus ſit ex hoſtibus, & nomen magnum, quod etiam ſit adepturus ex obedientia patri exhibita.

א למנצח על שושנים לדוד׃

1 *Ad præſtantem, ſuper Soſanim Dauidis.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

ב הושיעני אלהים כי באו מים עד נפש׃

2 *SOſpes me* DEVS *erue,*
Obturare animam nam properant aquæ;

2 Afflictiones & labores vndiq. ambientes, & vndequaq. penetrantes, inſtar aquæ me inuadunt, tot viſibilibus & inuiſibilibus inimicis in me inſurgentibus. Qui fuerint Dauidis, qui Chriſti inimici, ſatis conſtat.

ג טבעתי ביון מצולה ואין מעמד באתי במעמקי מים ושבלת שטפתני׃

3 *Cœnoſo penitus luto*
Immerſis pedibus ſiſtere non queo:
Vndas decidi in infimas,
Curſus me & rapidi fluminis abſtulit.

4 Dauid in ciuilibus bellis, Christus in agone.

4 *Clamando miſer hæreo,*
Nec vox rauca ſonat gutture in arido:
Intentique meum in DEVM
Dum ſpectant, oculi deficiunt mei.

4 יגעתי בקראי
נחר גרוני כלו
עיני מיחל
לאלהי׃

5 Dauidem ciues & noti, Christum peccata mundi ad expiandum suscepta, & gens sua ac Pontifices sui cũ aliis ministris premebant. Posuit Deus iniquitates omnes nostras in Christo ad soluendum.

5 *Non tam denſa caput meum*
Veſtit cæſaries, quàm malè mi inuidi,
Queis nunquam fueram grauis,
Inſtant excidium fortiter in meum,
Mendaci ſtudio hoſtium,
Vt quæ non rapui, ſoluere debeam.

5 רבו משערות
ראשי שנאי
חנם עצמו
מצמיתי איבי
שקר אשר לא
גזלתי אז אשיבו׃

6 An ego vel imprudens ipſe errauerim, tu ſcis. in Dauide erroré; ſed non contumacem malitiam deprehendit Deus, in Christo nihil erroris aut vitij proprij, ſed pro nobis ſuſceptæ debita hac permiſſione diuina miſericordia vehementius mouetur.

6 *Si quid ſtultitiæ mihi eſt,*
Scis, te nulla DEVS *culpa latet mea.*

6 אלהים אתה
ידעת לאולתי
ואשמותי ממך
לא נכחדו׃

7 Domine qui propugnare meam ſalutẽ potes, effice in hac cauſa, vt ij, qui te expectant, in grauiſſimis ærumnis irritam ſpem ſuam nunquam ſentiant. hic enim quod in me ſtatuis exemplũ omnium quæ extare poſſunt, grauiſſimum eſt, ex cuius exitu pij omnes, quid ſibi in minoribus fuerit ſperandum, intelligent.

7 *Sperantes,* HERE, *te, mei*
IAS *armipotens, ne pudeat grauis*
Exempli miſeri ac nimis;
Non ex me rubeant, qui ſtudio tui
Flagrant, ô DEVS, *Iſrael*
Quem magnum didicit noſcere PRINCIPEM.

7 אל יבשו בי
קויך אדני יהוה
צבאות אל
יכלמו בי
מבקשיך אלהי
ישראל׃

9 Ob cauſam diuinã ſtudioſè ſuſceptam, ac defenſam, Chriſtus in inuidiam ſuorum eſt raptus: ſic Dauid, qui imaginẽ Chriſti præferebat.

8 *Te propter mala pertuli*
Probra, ac ora pudor turbidus inficit.

8 כי עליך
נשאתי חרפה
כסתה כלמה
פני׃

9 *Ignotus penitus meis*
Hoſpes reijcior fratribus, & meæ
Matris pignoribus: domus
10 *Me vrit cura tuæ. & probra nefaria*
In me iacta tuum cadunt.

9 מוזר הייתי
לאחי ונכרי
לבני אמי׃
10 כי קנאת
ביתך אכלתני
וחרפות חורפיך
נפלו עלי׃

11 Quocunque modo agam cum illis de tua ac de veræ pietatis cauſa, vel irrideor, vel vexor, & infeſtor ac laedor.

11 *Ieiunus fleo, ſeu ſqualliduſ induor*
12 *Sacco, materiem parant*
Riſus, ſumque viris fabula turpibus.

11 ואבכה בצום
נפשי ותהי
לחרפות לי׃
12 ואתנה
לבושי שק ואהי
להם למשל׃

13 *Qui in portis ſimul aſſident,*
De me colloquia atque otia tranſigunt:
Inter pocula me canunt,
Quos caupona iocis ebria detinet.

13 ישיחו בי
ישבי שער
ונגינות שותי
שכר׃

Ad te

14 ואני תפלתי לך יהוה עת רצון אלהים ברב חסדך ענני באמת ישעך׃

14 *Ad te ſed refero meas*
IAS ipſe preces, iam DEVS *annue;*
Reſponde mihi maximo
Quo gaudes bonus ô nomine dicier,
Quo ver ax opifer tuis
Promiſſiſque tenax noſceris à pijs.

15 הצילני מטיט ואל אטבעה אנצלה משנאי ומעמקי מים׃ 16 אל תשטפני שבלת מים ואל תבלעני מצולה ואל תאטר עלי באר פיה׃

15 *Ne mergar, trahe me, luto*
Ereptum inuidiæ fluctiſonisque aquis:
16 *Decurſus fluuij celer*
Ne me corripiat, gurgitis aut feri
Voluens ſorbeat impetus:
In me neu coëant ora voraginis.

15.16 Si fieri poteſt, transfer calicem hunc à me. Grauiſſima, terribilis, & vehementer horrenda humanorũ debitorũ farcina fuit, quam Chriſtus ſuſcepit, quæ neminẽ non obrueret, præterquam ipſum eundem hominem atque Deum ſimul.

17 ענני יהוה כי טוב חסדך כרב רחמיך פנה אלי׃

17 IAS *dicta foue mea;*
Namque eſt ſumma tua & nota benignitas:

18 ואל תסתר פניך מעבדך כי צר לי מהר ענני׃

18 *Tu, quem maxima veritas*
Delectat, propius reſpice me; tuo
Seruo neu faciem nega:
Anguſtè premor, ô me propera audiens:

19 קרבה אל נפשי גאלה למען אויבי פדני׃

19 *Accede hanc animam, eripe,*
Hoſtes conficiunt, erue me erue:

19 Propera vt mihi adſis, quippe qui, quo in loco poſitus ſim, apertè vides.

20 אתה ידעת חרפתי ובשתי וכלמתי נגדך כל צוררי׃

20 *Nam tu probra tenes mea;*
Et quis me pudor atque inficiat rubor.

21 חרפה שברה לבי ואנושה ואקוה לנוד ואין ולמנחמים ולא מצאתי׃

21 *Quàm multis premar hoſtibus*
Scis, vt probra meum cor feriant mala.
Quàm multum doleam miſer;
Nemo eſt qui lachrymas commiſerans meas,
Quanquam quæſierim, leuet:
Solamenque petens, inuenio nihil.

21 Chriſto alij infenſi inimici & inuidi, alij propter naturæ & carnis infirmitatem, conſolationis afferendæ impotes.

22 ויתנו בברותי ראש ולצמאי ישקוני חמץ׃

22 *Quin fel in mea fercula*
Miſcere haud dubitant, poculaque acida:
Et corrupta parant mihi
Prompti porrigere hæc, dum ſitio dolens.

22 Apertè in Chriſto editum eſt hoc exemplum.

Illis

23 Illis mensa ruat sua
Præsentem in laqueum, præmia debita:
Pace & præcipiti ruant:
24 Obscuris oculis nil videant, graui his
Lumbos pondere comprime.
25 Bilem funde tuam his quos furor ac tuus
Tactos turbet & opprimat.
26 Destructa his iaceant alta palatia,
Ac tentoria qui colat,
Horum permaneat nemo superstitum.
27 Pergunt vulnere, nam graui,
Quem tu cunque feris perdere protinus:
Et narrant numero addito,
Occisi vt nimium perdoleant tui.
28 Prauo da vitio arbiter,
Vt prauum vitium connumerent suum;
Et nunquam veniant tuam
Illi in iustitiam (iudicio integro.)
29 Viuentum remoue hos libro,
Nec iustis genus hoc annumeres viris.
30 Ægrum me atque inopem DEVS
In celsis tuere & pone salutifer:
31 Nomen magnificum DEI
Laudabo celebri carmine gratulans.
32 IAE hæc dona placent magis,
Quàm si taurus ei vel vitulus cadat,
Terram spargere qui vngulis
Diffissis valeat, cornuaque exerat.
33 Exemplo atque inopum meo,
Cultorumque DEI viuida gestient
Lætis pectora gaudijs:
34 IAS namque humiles respicit audiens,

Nunquam

23 לשלומים. Ex eade radice duplex significatio pacis, & repensionis siue præmij. Sit, inquit, illorum mẽsa, ad quam quietis & recreationis, atque refectionis causa accumbunt, breuis pax, quæ in ruinam desinat illis dignam.

24 Ita factum est. Excæcauit enim Deus mentes infidelium Iudæorum, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi.

26 Iudæ proditoris exitus, & aliorũ eiusdem factionis.

27 Cùm tuo iudicio & permissu factũ sit, vt ego disciplinam pacis hominum susciperem, castigandus pro ipsorum debitis, illi se auctores huius meæ mortis iactant, grauissimos cruciatus addẽtes, & tum lætiores narrant, quemadmodum grauiter doleant ij, quos tua causa occidi sinis, tantũ abest, vt misericordia ipsorũ tangantur.

33 Videbunt modesti, atque contriti, & humiles corde, qualis exitus sit obedientiæ, tolerantiæ, & patientiæ, cùm me ob humiliationem & obedientiam exaltatũ conspicient, & nomine omnium nominum præstantissimo donatum.

23 יהי שלחנם לפניהם לפח ולשלומים למוקש:

24 תחשכנה עיניהם מראות ומתניהם תמיד המעד:

25 שפך עליהם זעמך וחרון אפך ישיגם:

26 תהי טירתם נשמה באהליהם אל יהי ישב:

27 כי אתה אשר הכית רדפו ואל מכאוב חלליך יספרו:

28 תנה עון על עונם ואל יבאו בצדקתך:

29 ימחו מספר חיים ועם צדיקים אל יכתבו:

30 ואני עני וכואב ישועתך אלהים תשגבני:

31 אהללה שם אלהים בשיר ואגדלנו בתודה:

32 ותיטב ליהוה משור פר מקרן מפריס:

33 ראו ענוים ישמחו דרשי אלהים ויחי לבבכם:

34 כי שמע אל אביונים

יחזיק ואתן אסיריולא מוסר

Nunquam negligit ac ſuos
Vinctos ſolliciti carceris in ſpecu.

יב יהללוהו שמים וארץ ימים וכל רמש בם׃

35 *Hunc terra, hunc celebrent poli,*
Hunc quidquid liquidis in pelagis meat.

35. 36. Videbunt huius meæ obedientiæ virtute & efficientia, regnum cælorum hominibus eſſe apparatũ & adſcriptum.

ו כי אלהים יושיע ציון ויבנה ערי יהודה וישבו שם וירשוה׃

36 *Nam ſeruare Sionios*
Ciues, reſtituens mœnia & vrbibus
Sedem perpetuam parat;
Quamque hæres teneat turba fidelium:
Deductum & famulis ſuis

יז וזרע עבדיו יבחלוה ואהבי שמו ישכנו בה׃

37 *Semen poſſideat, quique colunt ſacrum*
Nomen, progenies pia,
Securi ſaturis conſideant agris.

PSAL. LXX.

Deus in adiutorium meum intende.

ARGVMENTVM.

EIVSDEM ferè ſententiæ cum ſuperiori eſt. Petit Dauid in mediis afflictionibus conſtitutus, diuinum ſubſidium, vt poſſit difficultates victor euadere inuitis ac perturbatis aduerſariis, omninoque pudefactis; contrà verò piis, lætis, & quantibus exemplo illo ſalutis à Deo allatæ vati ſe inuocanti, ex quo argumento laudum Deo decantandarum materiam vberem oriturum ait. Idem in perſonam Chriſti, quam Dauid ſæpè ſuſtinuit, aptiſſimè quadrat

א לדוד להזכיר׃

1 *Ad præſtantem, Pſalmus Dauid*
ad admonendum.

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

ב אלהים לתגלני יהוה לעזרתי חושה׃

2 *ME liberare vt proſpicias citò*
PRINCEPS *vt adſis auxilio mihi*
IAS *benignuſque æquus idem,*
Accelera ac propera aduocatus.

ג יבשו ויחפרו מבקשי נפשי יסגו אחור ויכלמו חפצי רעתי׃

3 *Turpem repulſam principe te ferant,*
Quicunque quærunt hanc animam, malum
Optant meúmve; & hos retrorſum
Dedecus amoueat pudendum.

4 *Pròbrum reuerſi in præmia perferent,*
Vah, vah, ſolent qui dicere, gaudium
5 *Te ſed petentes atque dulcis*
Lætitia exhilarabit omnes.
Tuæ ſalutis munera quiſque amant,
Dicent ouantes: Maxima PRINCIPIS
Sit culta maieſtas, & omne
Perpetuò celebrata in æuum.
6 *Ergo ipſe egenus, pauper, inops, precor*
PRINCEPS *meum te præſidium, mihi*
Te ſoſpitalem, nil moratus
Accelera ô mihi proſper IAS.

5 Principis Dei, qui res hominum curat, et piis ſalutem efficit, impiis verò iudicium facit ſeuerum.

4 ישובו על עקב בשתם האמרים האח האח:
5 ישישו וישמחו בך כל מבקשיך ויאמרו תמיד יגדל אלהים אהבי ישועתך:
6 ואני עני ואביון אלהים חושה לי עזרי ומפלטי אתה יהוה אל תאחר:

PSAL. LXXI.

In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.

ARGVMENTVM.

SVPERIORIS Pſalmi argumentum hoc carmine amplificatur multis & elegantibus partitionibus. Nam Dauid cùm videret ad extremũ vſque vitæ ſuæ diem non defore ſibi æmulos, inuidos, publicarum perturbatores rerum & ſeditioſos; indeque & populo calamitates impendere multas & ipſius proposito de diuina religione colenda & ſtabilienda magnam perturbationem, atque adeò Dei honori & veritati apud mortales eſſe detrahendum, qui affirmarent ſcilicet, vel Dauidis regnum non conſtare conſilio & oraculo diuino, vel diuinum eloquium ſibi non conſtare: has rationes omnes apud Deum exponit, quem ſtudioſiſſimè precatur, vt quæ in ſe ſemel ſua benignitate cœpit, virtute ac ſapiẽtia ad finem vſq. perducat. idem Pſalmus ad Chriſtum magno myſterio atque certiſſimo argumento refertur.

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

1 IAS *in te confiſum ne me irrita ſpes hæc*
Pudore turbans vrgeat ſollicitudinibus.
2 *Iuſtus vt es, facilisque, aurem mihi flecte benignam,*
Defende, ſerua ſoſpitem, ne mala me perimant.
3 *Tu mihi præſidium ſis arx adeundaque ſemper*
Tu firma rupes, & ſalus ſit tibi chara mea.
4 *Eripe mî* DEVS *èque manu palmaque maligni,*
Atque improborum viribus, ſæuitiaque graui.

1 בך יהוה חסיתי אל אבושה לעולם:
2 בצדקתך תצילני ותפלטני הטה אלי אזנך והושיעני:
3 היה לי לצור מעון לבוא תמיד צויתה להושיעני כי סלעי ומצודתי אתה:
4 אלהי פלטני מיד רשע מכף עויל ומחומן:

IAS

5 כי אתה חקותי אדני יהוה מבטחי מנעורי׃

5 IAS tu DOMINE ô teneris fiducia ab annis
Tutela præsens semper & spes mihi certa manes.

6 עליך נסמכתי מבטן ממעי אמי אתה גחי בך תהלתי תמיד׃

6 In te ex visceribus sum nixus, matris & aluo
In lucis vsum me refers, conspicuumque diem.
Argumenta mihi laudum cumulata tuarum,
Quæcunque voluens cogito, tempora sufficiunt.

7 כמופת הייתי לרבים ואתה מחסי עז׃

7 Portentum videor multis, tam dura superstes
Vincens pericla: tu sed es robora magna mihi.

8 יסלא פי תהלתך כל היום תפארתך׃

8 Ore tuam pleno laudem assiduisque diebus,
Tuumque honorem gratulãs atque decus referam.

9 אל תשליכני לעת זקנה ככלות כחי אל תעזבני׃

9 Viribus exuerit cùm me damnosa senectus,
Desertor haud me linquito subsidio vacuum.

10 כי אמרו אויבי לי ושמרי נפשי נועצו יחדו׃

10 Hostes in me etenim dicta instituêre maligna,
Captantque vitam qui meam, consuluere simul.

11 לאמר אלהים עזבו רדפו ותפשוהו כי אין מציל׃

11 Deseruit DEVS hunc, aiunt, comprẽdite captum;
Iam iam sequuti, nemo quem suscipit eripere.

12 אלהים אל תרחק ממני אלהי לעזרתי חישה׃

12 Ne procul ô DEVS absistas, mihi mî DEVS adsis
Festinus, vt me liberes, auxilioque iuues.

13 יבשו יכלו שטני נפשי יעטו חרפה וכלמה מבקשי רעתי׃

13 Auersi hanc animam qui quærunt perdere, finis
Exterminatos turpiter dissipet atque pudor.

14 ואני תמיד איחל והוספתי על כל תהלתך׃

14 Semper ego adiiciam mî spem, semper tibi laudes
Præter tot olim debitas soluere constitui.

15 פי יספר צדקתך כל היום תשועתך כי לא ידעתי ספרות׃

15 Iustitiam narrabo tuamque tuasque salutes
Totis diebus, terminos nescio nam numeris.

16 אבוא בגבורות אדני יהוה אזכיר צדקתך לבדך׃

16 Ingrediar narrare IAE DOMINI inclyta gesta,
Esto tuam mihi satis dicere iustitiam.

17 אלהים למדתני מנעורי ועד הנה אגיד נפלאותיך׃

17 Me DEVS à primis docuisti protinus annis,
Mirandanarrẽ quæ tua atque hactenus enumerẽ.

18 וגם עד זקנה ושיבה אלהים אל תעזבני עד אגיד זרועך לדור לכל יבוא גבורתך׃

18 VSque in canitiem extremam seniumque recuruum
Ne linque vatem numinis me historicumque tui.
Integer ætatique meæ, sobolique futuræ
Tui stupendam brachij vim referam memorans,

5 Omne id quod sum secundũ naturam, secundum miraculum, secundum electionẽ, totus, inquam, te auctore consto.

Dauid natus est Dei voluntate & consilio, ac beneplacito. Sed secũdus Dauid Christus, cùm naturæ cõmunis modum in genitura & ortu excesserit, Dei virtute constitit, & sanctus vocatus filius Dei est.

7 Vt vltra communẽ vsum magnis beneficiis à te auctus sum, sic etiam magnos labores & ærumnas ingentes vsque ad miraculum fero: sed hoc etiam ex tua virtute & efficientia est: idq. ego profitebor semper.

9 Quod in Dauide senectutem, in Christo tempus morti proximũ interpretamur.

15 Non possum numerare beneficia in me tua, ideò nullum statuo laudibus decãtandis numerum aut modũ, sed perpetuos dies consecro.

16 Cùm gesta quæ Deus hominum causa gessit potẽtissimus, narrare ingressus fuero, tamen in iustitia illius solummodo cõmemoranda, nedum narranda totum tempus insumere potero. namque à primis annis habeo quæ narrẽ à me obseruata; quid si antiqua etiam narraturus essem?

19 *Iuſtitiã* DEVS *atq. tuam* DEVS, *æthera ad, altã,*
Et magna facta, par tibi, quis ve ſecundus erit?
20 *Indice te mala multa, anguſta ac triſtia ſenſi;*
Vitam quietam, redditus ſed mihi, reſtituis:
Depreſſo è terræ centro latebriſque profundis
Sublimem in altũ me locum dux bone tu reuocas.
21 *Auges ipſe meam, quo magnus dicar, opum vim;*
Solaris idem me & foues redditus ipſe mihi.
22 *Nablio & ipſe etiam pleno, citharaq.* DEVM *te*
Meum canam, ſanctũ Iſrael; teque tuamq. fidem:
23 *Et fidibus mixtum referent labia hæc quoq. carmẽ;*
Dexterq. quam redemptor hãc erueras animam.
24 *Iuſtitiam cunctis meditata hæc lingua diebus*
Tuam requiret, conſonis vocibus vt referat;
Cùm mihi conſilius iunctis mala multa parantes
Turpis repulſa mouerit, veſtieritque pudor.

19 תצדקתך אלהים עד מרום אשר עשית גדלות אלהים מי כמוך׃ 20 אשר הראיתנו צרות רבות ורעות תשוב תחיינו ומתהומות הארץ תשוב תעלנו׃

20 Grauiſſimos & plurimos dolores Chriſtus ſenſit, patre ita conſulente ad noſtram ſalutem, reuocatus eſt ab inferis, morte, & ſepulchro.

21 Chriſti regnũ diuina efficientia amplificatum, hoc Dauidis amplitudo ſignificauerat.

21 תרב גדלתי ותסב תנחמני׃

22 גם אני אודך בכלי נבל אמתך אלהי אזמרה לך בכנור קדוש ישראל׃ 23 תרנגנה שפתי כי אזמרה לך ונפשי אשר פדית׃

24 גם לשוני כל היום תהגה צדקתך כי בשו כי חפרו מבקשי רעתי׃

PSAL. LXXII.

Deus iudicium tuum regi da.

ARGVMENTVM.

HVIVS Pſalmi, vt cæterorum ſuperiorum, auctorem Dauid fuiſſe credimus, qui Salomoni filio in regni ſucceſſionem aſſumpto, fauſtam gerendarum rerum, publicæque adminiſtrandæ rei rationem, & integram perpetuamque regni atque gloriæ ſeriem precatus, Chriſti ex proſapia ſua orituri, regisque à Deo conſtituendi imaginem viuam expreſſit. precatur in primis ſapientiam, atque illam præcipuè ſapientiæ partem, quæ iudiciũ iuſtitiaque vocatur, ad res publicas gubernandas apprimè neceſſariam, quæ in populorum rationibus & cauſis iudicandis cùm integrè verſatur, pacem & beatam tranquillitatem parit, & gloriam atque famam gubernatori conciliat. eam gloriam perpetuam fore ait, & manifeſtam per totum orbem, vtpote Deo auctore ortam, cuius conſilium & beneplacitum manifeſtum hominibus fore prædicit. Hac adeò imagine apertè ſignificatur ea ratio, quam Chriſtus in gubernanda per Euangelij virtutem, & Spiritus ſancti præſentiam & efficientiam Eccleſia perpetuò obtenturus erat, atque ea gloria, quam ex eo munere ita adminiſtrato, ſibi etiam Dei iudicio & conſilio erat comparaturus.

1 *Salomoni.* 1 לשלמה

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

Regi

אלהים משפטיך למלך תן וצדקתך לבן מלך׃

REgi iura DEVS da tua, filio ac
Regis iustitiam confer amabilem,

ב ידין עמך בצדק ועניך במשפט׃

2 Æquus quâ populum iudicet is tuum
Princeps, atque inopes regat.

ג ישאו הרים שלום לעם וגבעות בצדקה׃

3 Montes huic populo atque huic iuga collium
Pacem compositi temporis afferent:

ד ישפט עניי עם יושיע לבני אביון וידכא עושק׃

4 Hic iudex inopum, ac, hic violentiæ
Vindex, pauperibus salus.

ה יראוך עם שמש ולפני ירח דור דורים׃

5 Te dum Solque die, Lunaque noctibus
Præsint assiduis luminibus, colent
Te sæclis soboles postera posteris,
Regem te & metuent bonum.

ו ירד כמטר על גז כרביבים זרזיף ארץ׃

6 Ceu detonsa cadens prata rigat vagus
Imber, ceu pluuiæ roribus imbuunt
Tellurem, viridi & gramine vestiunt,
Flore ac purpureo beant:

ז יפרח בימיו צדיק ורב שלום עד בלי ירח׃

7 Sic hoc rege pijs plurima pax fluet,
Vt ius perpetuo tempore floreat;
Donec Luna suo deficiens loco
Menses auferat ac dies.

ח וירד שים עד ים ומנהר עד אפסי ארץ׃

8 Is cuncta imperio prospiciet sacro,
Externum mare quæ claudit & intimum,
Vnde & prima caput flumina proferunt
Terræ littora ad vltimæ.

ט לפניו יכרעו ציים ואויביו עפר ילחכו׃

9 Siluanus, genibus iam minor Æthiops
Hunc lineto ac veriti puluere supplices
Hostes hunc precibus; muneribus colent
Regna hunc Punica præstitis.

י מלכי תרשיש ואיים מנחה ישיבו מלכי שבא ומבא אשמי יקריבו׃

10 Hunc qui regna tenent per maris insulas
Reges assiduis muneribus petent;
Hunc reges Arabum: debita proferent
Dona huic Æthiopes Sabæ.

3.4 Veras integri & optimi principis artes præstabit te auctore, qui non abutatur potentia, sed vtatur integerrima iustitia.

5 Hæc rectissimè quadrant in Christũ.

8 Christi regnũ per omnes orbis terrarum partes propagandum amplificandumque.

9 Non modò ciuitatum incolæ, sed rustici & rudissimi homines, imò remotissimi & simplicissimi, qualis Aethiopũ natio est, hunc principẽ adorabunt, Afri etiã, Carthaginenses, Itali, Galli, & Hispani, qui eam partem incolunt, ad quam nauibus itur.

10 Legatur liber Phaleg in Apparatu sacro.

11 Hinc se præpositi gentibus omnibus
Reges prouolüent, illius & ferent
Gentes seruitium, quot Varijs tenent
Orbem legibus ac modis.

11 וישתחוו לו כל מלכים כל גוים יעבדוהו

12 Pusilli gregis custos Christus bonus pastor, qui animam suam ponat pro ouibus suis.

12 Defendet querulum namque inopem, auxili
Dignum, sed vacuum, tutor erit viro
Quem constricta premens pauperies agit,
Ac vis ditior opprimit.

12 כי יציל אביון משוע ועני ואין עזר לו׃

13 Contritos & mites seruat Christus: eos qui perseuerauerint vsque in finem, summo honore afficit.

13 Defectásque animas ille salutifer
Seruabit redimens ne pereant mala
14 Fraude aut vi immodica, valde etenim sibi
Horum charus erit cruor.

13 יחס על דל ואביון ונפשות אביונים יושיע׃
14 מתוך ומחמס יגאל נפשם ויקר דמם בעיניו׃

15 Christus ditat suos donis admirandis. lege Apocalypsis 1. 2. & 3. caput. Salomon liberalis fuit, quia ditissimus.

15 Viuentémque inopem prouidus asseret,
Donabitque Arabum torquibus aureis,
Hunc semper precibus concilians suis
Omni ac muneribus die.

15 ויחי ויתן לו מזהב שבא ויתפלל בעדו תמיד כל היום יברכנהו׃

16 Summa temporũ felicitas ætate Salomonis. Magna per Christum hominũ prosperitas Euangelij virtute, quam sacramenta referunt diuina.

16 Farrisque exiguum vertice in arduo
Montis, ceu Libani cedriferi nemus,
Densa fruge strepet, terra frequens viro,
Vrbi vt gramina proferet.

16 יהי פסרת בר בארץ בראש הרים ירעש כלבנון פריו ויציצו מעיר כעשב הארץ׃

17 Eius perpetuò nomen erit sacrum,
Nomen, quod soboles plurima proferet,
Dum præsens facie ex ætheris axibus
Sol effulserit aurea.

17 יהי שמו לעולם לפני שמש ינין שמו ויתברכו בו כל גוים יאשרוהו׃

In semine Abrahę Christo Iesu benedicuntur omnes familię terræ.

Huius mirifico munere Gentibus
Cunctis plena fluet diua beatitas;
Hunc gentes celebri carmine maximum
Dignúmque imperio canent.

18 Ergo sanctificetur nomẽ Dei, aduenia tq. regnum eius; ille enim solus hanc admirandam salutem humano generi effecit, quã nemo homo sibi efficere poterat.

18 IAS imperio floreat vnico
PRINCEPS ille bonus, qui DEVS Israel
Dictus, solus habet mirificis modis
Mira exponere munera.

18 ברוך יהוה אלהים אלהי ישראל עשה נפלאות לבדו׃

Cuius

19 ובדון שם בקודר לעולם וימלא כבודו את כל הארץ אמן אמן׃

19 *Cuius magnificum nomen in vltimas*
Oras amplificans fama ferat memor;
Et terram peragrans gloria compleat
Omnem numinis illius.
Explorata diu hæc consilia exitum
Faustum pollicitis contiguum bonis
Optare ac petere, & credere confore, &
Expectare iubent pios.

Amen, Amen.

20 כלו תפלות דוד בן ישי׃

20 *Consummatæ sunt preces Dauid filij Isai.*

PSALMORVM LIBER III.

PSAL. LXXIII.

Quàm bonus Israel Deus.

ARGVMENTVM.

PSALMVS hic disputationem de Dei erga homines prouidentia continet, quæ bonis viris negotium interdum facessit præsentem improborũ prosperitatem spectantibus, quam hic exactè depictam videmus, sed eandem ad exitum vsque obseruatam & notatam, brevissimam vel nullam potius, ac felicitatis nomine indignam tandem intelligentibus, alia cogitatio subit, & confirmatur, pietatis atque virtutis nunquam deserendæ, quippe cuius fructus & vsus suauissimus, vtilissimus, ac perpetuus auctore Deo sit.

1 Optima ratio disputandi de prouidentia, sumitur ex contemplatione Dei, qui Iacob humilitatem ad Israelis dignitatem vsque euexit; ideò qui sapienter & purè hãc partem cognoscere cupiunt, Dei Israelis eloquia eiusque vias obseruent.

2 Ego ipse permotus iis argumẽtis fui, quibus hominũ probrorum animi aliquando mouentur improborum spectata prosperitate, quod quidem spectaculum vulgares & stultiores vehemẽter perturbare solet, atque interdũ de sana sententia deiicere.

1 שמור לאסף

1 *Psalmus Asaph.*

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

אך טוב לישראל אלהים לברי לבב׃

AT nempe si mens purior Israel
Constet, probandus constat itẽ DEVS
Iis, quos tueri nomen almum
Cura tenet, studiúmque rectum.

3 ואני כמעט נטו רגלי כאין שפכה אשרי׃

3 *O me (referre exempla iuuat mea)*
Quàm penè iniquo corrueram pede;
Namque inquietis iam lababam
Consiliis temerare gressum.

Nam

3 Nam me ſoluto propoſito inuidum
Vulgi profani ſtultitia abſtulit,
Florere dum cerno beatos,
Quos furor improbitasque verſant.

3 כי קנאתי בהוללים שלום רשעים אראה׃

4 Non ſunt in miſeriis vitæ, ita vt mori optent, & nō poſſint, ſicut miſeris accidit ſemper, his eſt mors inexpectata & improuiſa, ideoque minus grauis. viuunt præterea validi & robuſti, pingues, carnoſi, delitiis pleni.

4 Non obligatis hos retinet diu
Mors lenta vinclis; viuida roboris
Vis conſtat illis, inſtar aulæ
Prævalidæ, ſolidata pingui.

4 כי אין חרצבות למותם ובריא אולם׃

5 Peſtis, fames publica, & bellum, labor etiam, indigentia, & mæſtitia hos minimè omniū tangūt: fruuntur pro voto & animi ſententia rebus cupitis.

5 Mortalium hos non ægra moleſtia,
Humana plaga aut tentat, vt inſolens
6 Hos torque commendet ſuperbo,
Veſtiat & violentus ardor.

5 בעמל אנוש אינמו ועם אדם לא ינגעו׃

6 לכן ענקתמו גאוה יעטף שית חמס למו׃

7 Queis craſſa pingui ſors adipe editur
Erumpet ipſis ex oculis, licet
His ampla cordis vota ſurgant,
Exitus exuperat ſecundus.

7 יצא מחלב עינימו עברו משכיות לבב׃

8 Cùm ſint malorum ignari laborum, ſuperbiſſimè loquuntur contra Deum & homines. Proferunt in verba, Hebraicus idiotiſmus, pro, Proruunt eomerè & inſolenter.

8 Sic dum liqueſcunt, improba proferunt
Iniuriarumque ac violentiæ
In verba, faſtuque inſolenti
Alloquijs furiantur altis.

8 יפיקו וידברו ברע עשק ממרום ידברו׃

9 Ore & ſceleſto ſidera tangere, &
Sermone cælum tundere perfido
Audent, & infreni per omnem
Lingua adeunt temerantque terram.

9 שתו בשמים פיהם ולשונם תהלך בארץ׃

10 Ex quo fit, vt poſt acerbos moleſtiarum hauſtus populus pius, ſed vulgaris adhuc cōſilij, vt plerique omnes homines ſunt, in diſputationē diuina prouidentia deducatur.

10 Ergo (labore ac non ſine maximo)
Haurire plenas mæſtitijs aquas
Eius coactus nec quietis
Huc animis populus redibit:

10 לכן ישוב עמו הלום ומי מלא ימצו למו׃

11 Vt dicat, Ecquid noſcere creditur
FORTIS? ſuperno an conſtat in æthere
Humana noſcendi facultas,
Aut ſuperos tenet vlla cura?

11 ואמרו איכה ידע אל וישׁ דעה בעליון׃

Iſti en

12 הנה אלה רשעים ושלוי עולם השגו חיל׃

12 *Isti en nefandis moribus impij*
Mundi quietos continuant dies;
Quos res beatis apparata,
Vis & opum cumulata complet.

13 אך ריק זכיתי לבבי וארחץ בנקיון כפי׃

13 *Purgare frustra cor studui meum,*
Fruſtráque palmas innocuas lauo

14 ואהי נגוע כל היום והוכחתי לבקרים׃

14 *Certè; ac diebus manè cunctis*
Arguor assidueque plector.

15 אם אמרתי אספרה ככו הנה דור בניך בגדתי׃

15 *Si dico, sanè sic referam, quasi*
Hæc filiorum conditio notet
Vitam tuorum, falsus ipse
Colligo dum temerè, fefelli.

16 ואחשבה לדעת זאת עמל היא בעיני׃

16 *Si scire certo examine cogitem*
Hæc; explicanti perpetuus labor,
Et fluctuantis cura mentis
Ante meos oculos oberrat.

17 עד אבוא אל מקדשי אל אבינה לאחריתם׃

17 *Arcana donec* FORTIS *in abdita*
Mens me vt venirem commonuit mea,
Horum notaremque, vt supremus
Exitus, vt recidatque finis.

18 אך בחלקות חשית למו תפלתם למשואות׃

18 *Nempe hos locis tu sistere lubricis*
Das, & ruinis exitialibus
Impellis, vt scissos repente

19 איך היו לשמה כרגע ספו תמו מן בלהות׃

19 *Comminuat cita vis pauorum:*
Nocturna qualem somnia imaginem

20 כחלום מהקיץ אדני בעיר צלמם תבוז׃

20 *Excussa perdunt terribilem prius;*
IAS *eorum magna in vrbe*
Spectra dabis vigilata temni.

21 כי יתחמץ לבבי וכליותי אשתונן׃

21 *Iam cor mî aceto ferbuerat, mei*
Renes me acuti pungere cœperant;

22 ואני בער ולא אדע בהמות הייתי עמך׃

22 *Ignarus atque excors apud te,*
Quadrupedes veluti, stupebam.

13 Indoctiorum oratio, quam Psaltes etiã ad suam personam refert.

15 Si dixero, me narraturum & expositurum hanc conditionẽ esse communem in ætate nostra, vt improbi prosperè, probi verò miserè agant; & velim ita statuere; videbor tamen fefellisse inducendo, quoniam non omnino omnes homines hçe formula tenet. video enim quosdã improbos aduersis etiam rebus angi, probos nonnullos beatè & quietè vitam traducere, sed plerũq. aliter accidit, itaq rationem certam ingenio statuere non possum, atq. ideò in perpetuo labore versor, dum hæc mente reuoluo.

17 Tandem ex diuinis eloquiis didici cogitare & cognoscere veritatem huius quæstionis.

18 Nẽpe, animaduerto illos tolli in altum, vt casu graviore ruãt.

21. 22 Profectò si rationibus & disputationibus ex humano profectis ingenio agere intenderẽ, insanire prorsus possem.

23 At quū te ducam & doctorem sequor Deus, tunc rectè sapio rerum causas, et euenta cognosco.

23 Quumque ipse tecum semper obambulem,
Dextram tenentem teque sequar meam;
24 Ductum tuo me vera cepit
Gloria consilioque fultum.

25 Denique cognoui nullam esse in cælis neque in terris beatitudinem veram, certā, & solidā homini, nisi in te vno; quem qui habet, beatissimus est, quamuis cęteris ad vitam commodis rebus careat, imò quamuis ægrotus sit, & membrorum etiam vigore destitutus.

25 Cælo sed omni quis mihi? nec velim
Terris, neque optem quem socium tibi.
Desit mihi vel cor, caro vel
26 Deficiat tenuata membris:
Munimen amplum, robur & est mei
Cordis, neque vnquam deficiens DEVS:

27 Cæteri qui aliud bonum præter te quærunt, adulteri sunt, & præcipitium sibi moliuntur.

27 Ate peribunt sed remoti;
Te & violans cadet ecce adulter.

28 Igitur dum tu adsis mihi propinquus, ego beatus, & lætus verissimè ero. hoc itaq. tui amandi, teq. laudandi studio teneri volo.

28 Hoc, ipse dicam, si experiar DEVM
Semper propinquum, me iuuat, atque HERO
Fidisse in vno semper IA,
Cuncta tua & memorare facta.

23 ואני תמיד עמך אחזת ביד ימיני׃

24 בעצתך תנחני ואחר כבוד תקחני׃

25 מי לי בשמים ועמך לא חפצתי בארץ׃

26 כלה שארי ולבבי צור לבבי וחלקי אלהים לעולם׃

27 כי הנה רחקיך יאבדו הצמתה כל זונה ממך׃

28 ואני קרבת אלהים לי טוב שתי באדני יהוה מחסי לספר כל מלאכותיך׃

PSAL. LXXIIII.

Vt quid Deus repulisti in finem.

ARGVMENTVM.

VATICINII nomine appellari Psalmus hic rectè potest: namque Psaltes futuram populo Dei post Babylonica tempora calamitatem prævidens, à vicinis, finitimis, & remotis etiam gentibus allatam adeò grauem, vt ipsos etiam populi ipsius homines in dubitationem de diuina erga se ac singulari prouidentia impelleret, hunc Psalmum composuit, cui ob eam rem Animaduersionis nomen fecit; continentē affectuosissimas erga Deum preces querimoniis plenas, de statu religionis penè iam labefactato; quem à Deo potentissimo & misericordissimo instaurari, imò amplificari & confirmari cupit, orat & sperat, atque adeò sibi ipsi per fidem & spem promittit. Animaduertendum autem est, animaduersionem hanc ad Christianæ Ecclesiæ tempora pertinere.

Admonitio Asapho.

משכיל לאסף׃

1 CARMEN DICOLON DISTROPHON.

למה אלהים זנחת לנצח יעשן אפך בצאן מרעיתך׃

NAm cur DEVS remotiùs reieceris
Nullo reducens tempore?
Tuusque nasus in pecus fumat tuum,
Queis pastor ipse acceſſeras.

Memento

זכר עדתך קנית קדם גאלת שבט נחלתך הר ציון זה שכנת בו׃

2 *Memento qualis comparatus iam tibi*
Grex, ac redempta quæ tribus:
Illa, eſt quæ amato lecta patrimonio
Sione monte in inclyto;
Terris magis quem cæteris elegeras
Tuo fouendum numine.

2 Scimus noſtra culpa nobis eſſe allatam hanc ruinam; ſed memento tamen ruinam eſſe regni tui, nō quo tu indigeas, ſed quo delectatus fueris ex miſericordiæ tuæ benignitate ac propoſito: itaque tuis rebus tuæque poſſeſſioni conſule.

הרימה פעמיך למשאות נצח כל הרע אויב בקדש׃

3 *Attolle greſſus vaſtitatum vindices*
Diu iacentumque vrbium:
Nam ſancta multus hoſtis impetens loca
Auſu maligno polluit.

3 Hoſtes Eccleſiæ viſibiles & inuiſibiles innumeri, diabolus, pagani, infideles, hæretici, apoſtatæ, inutilis doctrinæ magiſtri & auctores.

שאגו צורריך בקרב מועדך שמו אותתם אתות׃

4 *Fremuntque rugiuntque in tuis conuentibus;*
Ac nomen anguſtant tuum:
Panduntque latè ſigna, ſigna iam ſua,
Malo locata & omine:

4 Nomen cultumque tuum imminuūt, anguſtātque, nō ita celebrari ſinentes, vt decebat; illi autem ſua ſtudia promouent & propagant.

יודע כמכיא למעלה בסבך עץ קרדמות׃

5 *Inſignis alto monte notus vt fragor*
Bipennibus duris ſonat,
Quas in ſupernis ſiluæ ramis arborum
Tulit reciſo ſtipite:

ועתה פתוחיה יחד בבשיל ובילפות יהלמון׃

6 *Cælata quondam, trita nunc ſunt malleis,*
Tuſa & ſecuri barbara.

6 Omnia ornamenta tēpli tui magno artificio cælata & ſculpta, malleis trita ſunt & contuſa. Quis nō, hæc myſteria, ſi intelligat, amariſſimè fleat?

שלחו באש מקדשך לארץ חללו משכן שמך׃

7 *Ædemque flammis torridis ſanctam tuam*
Miſere ſæuisque ignibus;
Sedis dicatæ ac nomini tuo domum in
Terra prophanè polluunt.

אמרו בלבם נינם יחד שרפו כל מועדי אל בארץ׃

8 *Dixere ſecum, Diruamus hæc ſimul;*
Conuentus vndique ardeat:
Quicunque terra conſtitit prius ſacra,
Ceſſet peruſtus ignibus.

9 Videmus inimicos intentos & attentos ad noſtri cultusq. tui demolitionem; deſideramus interim tua illa antiqua ſigna, quibus te nobis ſingulariter proſpicientē probabas. caremus propheris qui reſponſa à te referant, rationēque indicent reſtituendæ rei noſtræ, quam ob rem videmur à te eſſe neglecti.

אתותינו לא ראינו אין עוד נביא ולא אתנו יודע עד מה׃

9 *Iam ſigna nuſquam noſtra, nuſquam viſitur*
Propheta, nullus cognitor,
Qui certa nobis indicare tempora
Modumque caſibus queat.

10 Sed si nobis ob culpam nostram fauere nolis, tamen cur non resistis inimicis tuis apertissimis? qui te non offendunt modò, verùm detestantur etiam.

10 *Quousque probra pressor ingeret* DEVS?
Illudet hostis ac tuum
Nomen nefandis semper ausis impius
Nullo repulsus tempore?
11 *Manum quid vltrà auertis? eia dexteram*
Exprome de sinu tuam.

12 Cùm præsertim tibi proprium & certum consilium esse salutis populo tuo efficiendę, iam olim multis signis, miraculis rebusque gestis ostenderis.

12 *Antiquo ab vsque* REX DEVS *mi tempore*
Terræ salutifer manens:
13 *Tu diuidebas vi tua mare, intra aquas*
Frangens draconibus caput.
14 *Tu contudisti cete magni vertices,*
Voranda præbens fercula:
Queis cunque sedes tesqua cedunt arida
Magnis adusta solibus.
15 *Erupit isto rupe fissa numine*
Fons, riuus atque ductilis:
Tuisque iussis aruere flumina
Lymphis repressa turgidis.

16 Non solùm rerũ omnium, sed temporũ quoq; potestas & imperium tuum est, itaq. temporum vis impedire te nõ potest, neq. vicissitudo vlla tẽporis te remorari. cõstãt enim tẽpora temporũque partes etiam minutissimę, te auctore: & si qua vis est diei & nocti, ad mutationem rerum ex te est.

16 *Tuus dies est, furua nox paret tuis*
Iubarque, Solque legibus:
Stetere cuncti te iubente termini
Terræ futuri immobiles.
17 *Hiems & æstas imperata munia*
Fictore te custodiunt.

18 Constant hostes tui in perfidia & malignitate, constabis etiam tu prouidentia ac benignitate erga Ecclesiam tuam vnicam catholicam, & quæ nullum habet alium sponsum præter te, tanquã turtur.

18 *Hostis memento probra quanta numini*
IAE superno fuderit;
Insana quantum turba nomen spreuerit,
Te sæpè prouocans, tuum.
19 *Feris tuæ ne prode vitam turturis*
Disperdere heu phalangibus:
Gregem tuorum néve longa pauperum
Obliuione defere.

10 ער מתי אלהים יחרף צר ינאץ אויב שמך לנצח:
11 למה תשיב ידך וימינך מקרב חוקך כלה:
12 ואלהים מלכי מקדם פעל ישועות בקרב הארץ:
13 אתה פוררת בעזך ים שברת ראשי תנינים על המים:
14 אתה רצצת ראשי לויתן תתנגנו מאכל לעם לציים:
15 אתה בקעת מעין ונחל אתה הובשת נהרות איתן:
16 לך יום אף לך לילה אתה הכינות מאור ושמש:
17 אתה הצבת כל גבולות ארץ קיץ וחרף אתה יצרתם:
18 זכר זאת אויב חרף יהוה ועם נבל נאצו שמך:
19 אל תתן לחית נפש תורך חיית עניך אל תשכח לנצח:

Attende

20 הבט לברית כי מלאו מחשכי ארץ נאות חמס :

20 *Attende pacto, attende tandem fœderi,*
Quod ſaluus orbis audijt:
Nam plena terræ ſunt profunda paſcuis
Tenebricoſæ iniuriæ.

19.20 Alluſio ad diluuij tempora.

21 אל ישב דך נכלם עני ואביון יהללו שמך :

21 *Læſus querela ne erubeſcat irrita*
Te dum requirit arbitrum:
Vt nomen iſtud turba egena pauperes
Dignis loquantur laudibus.

22 קומה אלהים ריבה ריבך זכר חרפתך מני נבל כל היום :

22 *Sta, ſurge* PRINCEPS, *ac tuam tu litiga*
Litem tremendo numine;
Memorque cerne probra, quæ iacit die
Inſana gens omni tibi:

22 Concluſio & epilogus. litem tuam tibi curæ eſſe volumus, vti propoſueramus initio.

23 אל תשכח קול צורריך שאון קמיך עולה תמיד :

23 *Vocemque nec te tam prementum neglige*
Clamore ſæpè, quem tibi
Infeſta turba ſemper vſque in æthera
Tollit tumultu feruido.

PSAL. LXXV.
Confitebimur tibi Deus.

ARGVMENTVM.

CVM ſuperioris Pſalmi huius etiam ſententia connectitur; quo Aſaph prophetico ſpiritu impulſus, gratulatur Deo ſalutari iudici integerrimo, qui populo ſalutem, quam ſibi præuidendam oſtenderat, eſſet effecturus, iudicatis omnibus Eccleſiæ aduerſariis & inimicis, iiſdem ad grauiſſimas pœnas luendas iuſtiſſimo iudicio addictis: repub. Eccleſiaſtica omni inſtaurata & amplificata, quam anteà offenſus affligi aliquandiu & vexati atque exerceri paſſus fuerat, ſed non tam grauibus ærumnis; vt longè maioribus & durioribus impij affligendi non ſint.

1 למנצח אל תשחת מזמור לאסף שיר :

1 *Ad præſtantem, Ne corrumpas. Pſalmus*
Aſaphi Canticum.

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

2 הודינו לך אלהים הודינו וקרוב שמך ספרו נפלאותיך :

2 TE *gratulati dicimus ô* DEVS,
Te gratulanti laude fatebimur:
Miranda nomen facta & iſta
Eſſe tuum referent propinquum.

2 Apertiſſimę gratulationis carmen tibi debemus, cuius nomẽ nobis propinquũ eſt, quemadmodũ multa mirabilia ex te profecta teſtantur.

3 Cùm dictus adsit, iudice me, dies,
4 Tunc æqua dicam iura: licet fluat
Cultore tellus cum suo, vsque
Cuius ego statui columnas.
5 Insanientes commonui vetans,
Insana tandem stultaque sistite
Patrare, cornu tu & superbum
Tolle minus genus impiorum.
6 Istudque cornu tollite ne altius;
Ceruice neu vos crassa loquamini in-
7 tenta; neque ortu nec cadenti
Gloria sole venit neque Austro.
8 Iudex DEVS namque integer illius
Demergit imo puluere verticem;
Hunc sed decora sede in altis
Collocat ex humili cathedris.
9 Nam rubra vini pocula miscuit
IAS, manu quæ plena tenet graui,
Humore certè effudit ex hoc;
Fæx tamen hic residet tremenda.
Hanc suget, hanc & combibet impius,
Quemcunque tellus continet infima.
10 Idque ipse narrabo per omnes
Sæpè dies memor & reponam:
Psallamque, LVCTANS quem coluit, DEO:
11 Cuncta impiorum & cornua conteram:
Ast efferentur iusti in altum
Cornua, conspicuusque vertex.

3 כי אקח מועד אני מישרים אשפט׃
4 נמגים ארץ וכל ישביה אנכי תכנתי עמוריה סלה׃
5 אמרתי להוללים אל תהלו ולרשעים אל תרימו קרן׃
6 אל תרימו למרום קרנכם תדברו בצואר עתק׃
7 כי לא ממוצא וממערב ולא ממדבר הרים׃
8 כי אלהים שפט זה ישפיל וזה ירים׃
9 כי כוס ביד יהוה ויין חמר מלא מסך ויגר מזה אך שמריה ימצו ישתו כל רשעי ארץ׃
10 ואני אגיד לעולם אזמרה לאלהי יעקב׃
11 וכל קרני רשעים אגדע תרוממנה קרנות צדיק׃

3. Verba sunt Psaltis. Ipse ego, inquit, tantũ intellexi de diuini iudicij rationibus, docente Deo, vt sententiam ferre possim iustissimam de rerum humanarum exitu.

4 Quanquam enim omnia turbari viderentur mihi, & cælum terræ misceri, tamen iam singula in locum suũ animo & cogitatione reposui, ita vt quàm rectissimè omnia cõstare affirmem. Potest esse Dei oratio, sed simplicius, vt sit vatis à Deo edocti.

5 Res autem ita habet: nihil casu fit in mundo, omnia videt & iudicat Deus: quam ob rem ego dixi improbis, vt ab improbitate desisterent, alioquin iudicium erga se Dei seuerissimum experturis.

6 Non enim naturale aut fatale ex astris, aut aliàs ex locis atq. sedibus terræ constat superbia, ambitio, atq. excellentię opinio hominibus, sed ex ipsorum studio & cõsilio illi in hanc cogitationem incumbunt, veluti naturale & congenitum esset quibusdam extolli, aliis opprimi & vexari.

7 Id apertissimè ostẽdit Deus; qui quosdã, quos rerum, opum ac diuitiarũ copia, summaque potentia elatos videramus, iusto iudicio deprimit, & præcipites dericit, alios tenues & humiles extollit: ita nos depressos restituet & amplificabit; illos verò elatos & insolentes deturbabit & conteret.

8 Namque Deus miscuit poculum amarũ peccatoribus nobis, populi sui hominibus aliquid effudit gustandum ob nostra delicta, sed acerbissimam partem reseruauit improbis & impiis omnibus. id ego cognitum narrabo, & factum commemorabo; atque celebrabo Deum, qui Iacob ex humili conditione in amplissimam eduxit.

LVCTANS idem valet quod IACOB.

PSAL.

PSAL. LXXVI.

Notus in Iudæa Deus.

ARGVMENTVM.

Hoc cantico docet Asaph, Deum illum mundi totius gubernatorem maxima & apertissima virtutis, prouidentiæ & fortitudinis suæ testimonia omni orbi dedisse in Ecclesia olim Israelitarum, postea Christianorum defendenda, gubernanda, & amplificanda.

1 למנצח בנגינת מזמור לאסף שיר׃

1 *Ad præstantem in Neghinoth, Psalmus Asaphi canticum.*

CARMEN SAPPHICVM.

2 נודע ביהודה אלהים בישראל גדול שמו׃

2 NOtior *Iuda* DEVS *est in omni,*
Illius magnum celebratque nomen

3 ויהי בשלם סוכו ומעונתו בציון׃

3 *Israel, fixit Solymæ ac Sione*
Remque domumque.

4 שמה שבר רשפי קשת מגן וחרב ומלחמה סלה׃

4 *Ille & ignitas ibi fregit arcus*
Cuspides, scutum, gladiumque, & VSQVE

5 נאור אתה אדיר מהררי טרף׃

5 *Bella. Tu clarus, validus rapaces*
Vincere monteis.

6 אשתוללו אבירי לב נמו שנתם ולא מצאו כל אנשי חיל ידיהם׃

6 *Corde robustis spoliata cessit*
Præda victori tibi: dormiens tunc
Mens viros forteis tenuit, manusque his
Nulla reperta est.

7 מגערתך אלהי יעקב נרדם ורכב וסוס׃

7 *Dum tua obiurgans* DEVS *alme Iacob*
Vox sonat, currus, equus, & magistri
Obruti segni posuere somno
Languida membra.

8 אתה נורא אתה ומי יעמד לפניך מאז אפך׃

8 *Tu potens, terrens, metuendus ac tu;*
Cùm tuus vultus caluitque nasus,
Quis queat præsens trepidante nunquam
Sistere gressu?

9 משמים השמעת דין ארץ יראה ושקטה׃

9 *Iudicem cælo simul ac tonantem*
Audijt tellus, metuens quiescit

10 בקום למשפט אלהים להושיע כל ענוי ארץ סלה׃

10 VSQVE, *dum seruans humiles stat æquo*
Numine PRINCEPS.

2 Adeò clarè suam singularem prouidentiam in populo suo curãdo ostẽdit Deus, vt apertè videatur domicilium collocasse in Ierusalem, & ibi intet ciues Principem & gubernatorẽ agere. Deus in medio Ecclesiæ habitat.

4 Bello & perturbationibus, quę hostium manus attulerat, victis & fractis, pacem populo suo apertè fecit tranquillam.

5 Fortior tu es omnibus munitissimis locis, in quos se recipiũt prædarum captatores, & rapinæ studiosi.

6 Quidquid prædæ abstulerant vndique robustissimi, à te ereptum est illis, mente perturbatis & stupentibus, vt somno sepultis, atque animo veluti carentibus.

7 Recole historiam Iacob, Laban & Esau.

Te, inquam, asserente populum tuum, vel sola voce terrentur hostes robustissimi, cũ copijs & instructione sua omni.

9 Alludit ad Iacob & Laban.

11 Quandoquidem homo etiam iratus fatetur te esse vindicem tuorum, irascere etiam tu vehementi atque summa ira, vt magis agnoscaris vindex, ac timearis.

11 כי חמת אדם תודך שארית חמות תחגר׃

11 *Bilis acris nam te hominis fatetur*
Vindicem; quidquid tibi reſtat iræ
Cinge; mortali reliquos tremendos
Cinge furores.

12 Igitur vos populi Dei, talem assertorem agnoscentes laudate.

12 נדרו ושלמו ליהוה אלהיכם כל סביביו יובילו שי למורא׃

12 *Vos* DEO *circum populus propinquus*
Vota damnate, atque animum probanti
Soluite, ac munus properate forti
Terribiliqúe.

13 Vt ventus solet diuellere, decerpere, & dissipare racemos vitium; ita Dei Spiritus terribilis scindet & dissjciet spiritus principum.

13 יבצר רוח נגידים נורא למלכי ארץ׃

13 *Vineæ plenos velut racemos,*
Spiritus ſcindet nimium tumentes
Principum; terræ penitus tremendus
Regibus ipſis.

PSAL. LXXVII.

Voce mea ad Dominum clamaui.

ARGVMENTVM.

PROPHETICO spiritu Asaph præuidens, populum Dei magnis calamitatibus post Babylonicæ captiuitatis tempora esse inuoluendum, hunc Psalmum composuit; in quo miseriam illam deplorat, & modum illarum ærumnarum atque exitum, qualem porrò expectare possit, inquirit: tandemque in spem erigitur, fore, vt Deus eum populum, quem repulsum præuisa miseria ostendebat, summa consolatione & amplificatione reficeret, misso orbis totius seruatore Christo; ideò enim populum illum ab initio Dei misericordia ac benignitate delectum sapientia ac virtute defensum ac fotum intelligebat; neque fore credebat, vt propositum Deo consilium, tantaque miraculorum & signorum mole productum, optimo euentu non expleretur.

1 למנצח על ידיתון לאסף מזמור׃

1 *Ad præſtantem ſuper Ieduthun, Aſaphi Pſalmus.*

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

2 קולי אל אלהים ואצעקה קולי אל אלהים והאזין אלי׃

2 Cùm ego querelam meam expositurus, Deum gubernatorem & iudicem appellarē; non surdum reperi, sed meæ querelæ illustre responsum retuli.

2 *CLamore vocis cùm querulæ* DEVM;
Voce ac DEVM *cùm ſollicito mea,*
Attendit is, præſente & aure &
Numine mî propior benigno.

3 ביום צרתי אדני דרשתי ידי לילה נגרה ולא תפוג מאנה הנחם נפשי׃

3 Eo tempore quo publicarum rerū, quas labefactatū iri cernebam, cura tenerer, & dolore angeter grauissimo:

3 *Anguſta quando me premeret dies,*
Curis petebam ſollicitis HERVM,
Manante tota nocte noſtro
Vulnere (nec requies) cruorem.

Solamen

Solamen hæc mens respuit ac fugit:

4 אזכרה אלהים ואהמיה אשיחה ותתעטף רוחי סלה

4 *Tantùm* DEI *cùm sim memor infremens,*
Contemplor hic; & pressus vsque
Spiritus obruitur dolore.

5 אחזת שמרות עיני נפעמתי ולא אדבר:

5 *Per te meorum sunt quoque luminum*
Detenta claustra, mutus vt hæream:

6 חשבתי ימים מקדם שנות עולמים:

6 *Quondam nec oblitus dierum*
Sæcla suos recolo per annos.

7 אזכרה נגינתי בלילה עם לבבי אשיחה ויחפש רוחי:

7 *Et mente nostram dum recolo lyram,*
Cor nocte curis spiritus implicat:

8 הלעולמים יזנח אדני ולא יסיף לרצות עוד:

8 *Sæclis* HERVS *num nos repellet?*
Nunquam animum referetque amicum?

9 התפס לנצח חסדו גמר אמר לדור ודור:

9 *Num vim benigni numinis abstulit,*
Prorsusque dictum desiit omnibus

10 השכח חנות אל אם קפץ באף רחמיו סלה:

10 *Sæclis; & ignouisse* FORTIS
Immemor est penitusque cessat?
An ne vsque clausit viscera, cùm furor
Nasum repleret? duruit intimè
Pectus benignum, nec misertus
Vsque animum & facilem reducet?

11 ואמר חלותי היא שנות ימין עליון:

11 *Correptus inquam, quin labor hic meus*
Altæ reponet tempora dexteræ;

12 אזכיר מעללי יה כי אזכרה מקדם פלאך:

12 *Antiqua gesta mira &* IAE
Ipse meis memorabo in annis?

13 והגיתי בכל פעלך ובעלילותיך אשיחה:

13 *Nam cogitabo exemplaque singula,*
Et gesta volues mente colam tua:

14 אלהים בקדש דרכך מי אל גדול כאלהים:

14 *Tu more sancto semper idem.*
Es DEVS *atque viæ probatæ.*
Quis FORTIS *æquat magnificum* DEVM?

15 אתה האל עשה פלא הודעת בעמים עזך:

15 *Tu* FORTIS *auctor miraque perficis;*
Tu robur istud vimque magnam
Nosse dabas populis tremendus.

Nolebam consolari alia re quàm Dei responso.

5 Eram quasi stupefactus, nec vigilans, nec dormiens, memineramque rerum gestarum à Deo huius populi amplificandi causa.

7 Cùm neque dormire, neq. quiescere possem, animi querelas leuandi causa, in mentem veniebat lyram accipere, & huiusmodi elegiam canere: Sæclis, &c.

9 Nunquid omnino abstulit à nobis misericordiæ suæ vsum?

9.10 Vtitur ne nunc aduersùm nos fortitudine tantùm sua, vt aduersùm inimicos oblitus clementiæ suæ?

11 Mox verò meipsum reprehendens dicebam, Cur ita tristis sum, & tanta cura laboro, ac mæstitia, vt existimem populum repulsum à Deo esse, què scio semper fuisse benignum, præsentem & prospicientem, idq. non solùm antiquorum, sed meorũ etiam temporum exemplis cognoui.

15 Quod ad virtutem & efficacitatem attinet, Deus noster fortissimus est, & fortitudiné suam aduersus improbos ostendit, & pro filiis Iacob & Ioseph.

16 Isto redempta & libera brachio
Proles Iacob, Ioſephidum & genus
Exultat, & nomen ſacrati
Vſque tibi populo huic reponis.

16 גאלת
בזרוע עמך בני
יעקב ויוסף
סלה׃

17 Videre & vndæ te, & trepidi quoque
Videre fluctus te pelagi DEVS,
Et ſtagna, ſpumantesque abyſſi;
Oceanus tremuitque vaſtus.

17 ראוך מים
אלהים ראוך
מים יחילו אף
ירגזו תהמות׃

17 Non ſolùm homines, ſed natura omnis teſtimonium reddere poſſunt miraculorum Dei, pro populo editorum.

18 Nubes procellas imbribus arduæ
Fudere aquoſas, vox ſonuit polis;
Curſus ſagittarum tuarum
Æthereas peragrauit oras.

18 זרמו מים
עבות קול נתנו
שחקים אף
חצציך יתהלכו׃

19 Tunc vox fragoris pertonuit tui
Tractum rotundum, luceque fulgurum
Splendebat orbis, fundo ab imo
Contremuit pauefacta tellus.

19 קול רעמך
בגלגל האירו
ברקים תבל
רגזה ותרעש
הארץ׃

20 Conſtrata ſalſum per pelagus via eſt,
Ceſſit reductis quod tibi ſemitis:
Veſtigia aſt obducta demens
Turba petit, reperitque nulla.

20 בים דרכך
ושביליך במים
רבים ועקבותיך
לא נדעו׃

21 Moſis fideli & pontificis manu
Aronis almus tu populum tuum,
Paſtor pecus ceu, congregatum
Per nemora & fluuios agebas.

21 נחית כצאן
עמך ביד משה
ואהרן׃

PSAL. LXXVIII.

Attendite populeus meus legem meam.

ARGVMENTVM.

PRAEVISAM Iſraelitarum reprobationem, & gentium vocationẽ ad regnũ cælorũ, hoc Pſalmo Aſaph canebat, docens apertè, ipſorum culpa hoc euenire qui Deũ à ſe ſæpiſſimè irritatũ offenſumque, tandem abalienauerint: nõ enim eius naturę eſſe Deũ, qui nõ poſſit iuſtè reprobatã gentem abiicere, & aliam ſibi aſciſcere & conciliare, eſſe tamẽ patientiſſimũ & lentiſſimũ ad iram; qui, antequam reprobet aliquos, diu expectet pœnitentiam; qua tamen nimium dilata, aut non purè inita, tandem ſeſe iudicem præbeat ſeuerum. itaq. hic Pſalmus de vocatione gentiũ eſt, vt Hebręorũ populus, aut ex illo populo, vel multi, vel aliqui ſalteim, ſibi huius Pſalmi commemoratione conſulerent,

Admo-

1 משכיל לאסף

Admonitio Asaphi.

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

האזינה עמי
תורתי הטו
אזנכם לאמרי
פי:

A Vribus intentis, populeô, mea percipe dicta,
Et ore, disce, quæ tibi feram meo.

2 אפתחה במשל
פי אביעה חידות
מני קדם:

2 Antiquis vates exemplis ora resoluam,
Promptus referre quæ abditis latent modis.

2. Non propriam aliquam singularem sententiam, sed veritatem argumentis firmissimis, & exemplis certissimis atque indubitatissimis corroboratam, vobis proferam.

3 אשר שמענו
ונדעם ואבותינו
ספרו לנו:

3 Quæque ipsi ex patribus nostris audita tenemus,
Malum nefasque sit latere posteros.

4 לא נכחד
מבניהם לדור
אחרון מספרים
תהלות יהוה
ועזוזו ונפלאותיו
אשר עשה:

4 I AE. vt narremus laudes mirandáque gesta,
Stupenda celsis atque facta viribus.

4 Meæ orationis summa illa est, narrare beneficia Dei laudatissima, et ingratissimã nostram improbitatẽ commemorare.

5 ויקם עדות
ביעקב ותורה
שם בישראל
אשר צוה את
אבותינו
להודיעם
לבניהם:

5 Israelíque datam legem testetur Iacob
Referre iussa filius monens suis,

5 Eadem, inquam, commemorabo, quæ commemorari ad nostram vtilitatem, & filiis narrati Deus iusserat.

6 Natorum vt ventura ætas sciat, illáque dicant
Et sæcla narrent affutura posteris:

7 Inque DEO figant memorem spem, gestáque fortis
In mente secum non mouenda conferant:

7 Nihil enim noui est quod nõ fuerit, ideoq. antiqua exempla proposita esse nobis ad nostram vtilitatem scimus.

6 למען ידעו
דור אחרון בנים
יולדו יקמו
ויספרו לבניהם:

7 וישימו
באלהים כסלם
ולא ישכחו
מעללי אל
ומצותיו ינצרו:

Illius ac studio obseruent præcepta probando,
Patrúmque facta deserant rebellium:

8 Exempla ætatis fugiant, ætatis iniquæ
Malísque corda iam notata fraudibus:

8 Non solùm voluit Deus antiqua sua beneficia ad spem nobis recoli, sed & praua patrum acta ad exemplum, eorumque exitus vt caueremus, commemorari.

8 ולא יהיו
כאבותם דור
סורר ומורה דור
לא הכין לבו
ולא נאמנה
את אל רוחו:

Cuius apud FORTEM tunc mendax spiritus hæsit,
Fidémque prodidit pius bonam viris.

9 Ephraidum gens cincta armis, dexterrima & arcu,
Dat versa terga prob, fugítque prælium:

9 Videmus reprobari Ephraitas & Saulem regem ex illa gente electum, ob ipsorũ improbitatem & culpam.

9 בני אפרים
נושקי רומי
קשת הפכו
ביום קרב:

10 לא שמרו
ברית אלהים
ובתורתו מאנו
ללכת:

10 Nam rupere DEI fœdus, legísque tenendæ
Metu carere non pudebat improbos,

11 וישכחו
עלילותיו
ונפלאותיו
אשר הראם:

11 Illius oblitos gesta & miracula certa
Suis videre quæ peracta sensibus.

12 נגד אבותם
עשה פלא בארץ
מצרים שדה
צוען:

12 Testibus ille horum patribus miracula quondam
Agris Soanis fecit atque Misrais:

Misrim Ægyptus, Soan, Thebæ antiquissima illius regionis vrbs.

13 בקע ים
ויעבירם ויצב
מים כמו נד:

13 Quos, mare diffindens, vndæ inter stantis aceruos
Pede haud labante transtulit, nec humido.

14 *Nube diu, placidáque hos lampade noctibus ignis,*
Vtrumque & ipse temperans præiuerat.
15 *Hos sterili in tractu discluſis cautibus ampla*
Aquæ refecit vt marinæ copia.
16 *E ſilicis venis riuos erumpere iuſſos*
Sequenti duxit is per arua flumine.
17 *Amplius addebant illi peccare* SVPERNO
Rebelle mente teſqua per male hoſpita.
18 *Auſi animis tentare ſuis ac poſcere* FORTEM,
Sibi paranda fercla pro libidine.
19 *Inque* DEVM *ſummù male ſunt dubitata loquuti,*
Et hæc furenti protulere murmure:
Menſam ſtructam epulis deſerto ſternere ſaltu
Potéſtne FORTIS? *an parare non valet?*
20 *Certè illo nuper cautem feriente, fluebant*
Aquæ, tumens & inſtar vnda fluminis:
Num populo præbere ſuo panemque cibumque
Valebit ille munus atque carnium?
21 *Audijt ergo* IAS *ferueuti accenſus & ira, ac*
Iacob vſſit ignis, Iſrael furor.
22 *Quippe* DEO *renuit penitus gẽs credere, et exſpes*
Diui & ſalutis immemor iam cognitæ.
23 *Cælorum portas patefecit, & æthera iuſſit;*
Pluitque manna non profana fercula.
24 *His dedit annonam cæli, panemque ſupernum,*
Bonumque corda fortiora paſcere,
25 *Has epulas ſibi quiſque legens vir fœminaque edit*
Satis benigna dona prouidentiæ.
26 *Euro etiam cælis acto vi roboris ampla*
Dei vocantis ductus adfuit notus:
27 *Pulueris inque modum pennatam ex aëre carnem,*
Auesque, arena quanta littore eſt, pluit:

14 ויבחם בענן יומם וכל הלילה באור אש׃

15 יבקע צרים במדבר וישק כתהמות רבה׃

16 ויוצא נחלים מסלע ויורד כנהרות מים׃

17 ויוסיפו עוד לחטא לו למרות עליון בציה׃

18 וינסו אל בלבבם לשאל אכל לנפשם׃

19 וידברו באלהים אמרו היוכל אל לערך שלחן במדבר׃

20 הן הכה צור ויזובו מים ונחלים ישטפו הגם לחם יוכל תת אם יכין שאר לעמו׃

21 לכן שמע יהוה ויתעבר ואש נשקה ביעקב וגם אף עלה בישראל׃

22 כי לא האמינו באלהים ולא בטחו בישועתו׃

23 ויצו שחקים ממעל ודלתי שמים פתח׃

24 וימטר עליהם מן לאכל ודגן שמים נתן להמו׃

25 לחם אבירים אכל איש צידה שלח להם לשבע׃

26 יסע קדים בשמים וינהג בעזו תימן׃

27 וימטר עליהם כעפר שאר וכחול ימים עוף כנף׃

In me-

27 Cùm loci difficultate & horrore deterreri deberent à peccato.

18 In loco vaſto cõtenti eſſe debebant cibo aſſiduè ſupperẽte, quo vitam producere poſſent ſanam, & tãmen importunè nimium delitias quærebant.

20 Mirabilem dubitationis illius inſaniã, cùm vidiſſent paulò antè virtutẽ Dei, fortem ſubitò in loco arido expromentis.

25 איש Vnuſquiſque. Nemo fuit expers illius cibi. ſic Paulus interpretatur.

28 ויפל בקרב מחנהו סביב למשכנותיו׃

28 *In media atque illis effudit caſtraque circum,*
Domosque, tela quas retexta ſtruxerat.

29 ויאכלו וישבעו מאד ותיותם יבא להם׃

29 *Et quamuis auidis, tamen attulit vſque cupitas*
Dapes ſatis ſuperque quàm petit fames.

30 לא זרו מתאותם עוד אכלם בפיהם׃

30 *Ore & adhuc dapibus pleno non illa remota*
Cupido ceſſit intimo procax ſinu.

31 ואף אלהים עלה בהם ויהרג בשמניהם ובחורי ישראל הכריע׃

31 *Iisque* DEI *intumuit naſus, pinguesque cecidit,*
Et Iſraelis optimos ſolo impulit.

32 בכל זאת חטאו עוד ולא האמינו בנפלאותיו׃

32 *Cuncta licet certa hæc, vrgent peccare, nec illi*
DEI *ſtupenda credidere munera.*

32 Quanquam & diuinæ prouidentiæ & ſeueritatis exempla viderãt, tamẽ improbitatem ſuam proferebant vlterius.

33 ויכל בהבל ימיהם ושנותם בבהלה׃

33 *Ergo dies tenues illis conſumpſit & annos*
Malis volantes turbidos laboribus.

34 אם הרגם ודרשוהו ושבו ושחרו אל׃

34 *Cumque illos cædens vexaret, manè reuerſi haud*
Requirere atque poſtulare deſinunt.

34 Tantùm timore præſentis & inſtantis pœnæ retardabantur aliquantulum à nouo peccato, non autem virtute, aut pura & ſincera pietate agebantur.

35 ויזכרו כי אלהים צורם ואל עליון גאלם׃

35 *Tũc* FORTEM *memmere* DEVM FORTEM *q. ſuum*
Suumq. robur, & ſalutis arbitrum, (pernũ,

36 ויפתוהו בפיהם ובלשונם יכזבו לו׃

36 * *Ore quidem docti blandiri, & ſubdola linguis*
Simulque vana verba ſæpè fingere:

* *Hic eſt dimidium libri.*

37 ולבם לא נכון עמו ולא נאמנו בבריתו׃

37 *Cor tamen haud illis firmum,* DOMINO *q. probandũ,*
Fidesve ſacri non caduca fœderis.

37 Tanta fuit veteris legis infirmitas, vt improbitatem non deleuerit vnquam.

38 והוא רחום יכפר עון ולא ישחית והרבה להשיב אפו ולא יעיר כל חמתו׃

38 *Ipſe tamen clemens, ſolitusque ignoſcere prauis,*
Nec is libenter actus ipſe perdere:
Qui ſtudet ipſe ſuum naſum compeſcere, bilem
Sibi paratus temperare concitam.

39 ויזכר כי בשר המה רוח הולך ולא ישוב׃

39 *Sed meminit, quòd fracta caro, quòd ſpiritus alis*
Abire promptus, haud redire commodis.

39 Meminit illos adhuc eſſe ſub pondere carnis veteris Adæ; ideoque clementius tractandos, & ad pœnitentiã expectandos.

40 כמה ימרוהו במדבר יעציבוהו בישימון׃

40 *O quoties illi per ſola & inhoſpita teſqua*
Tentant acerbis & premunt negotiis;

41 וישובו וינסו אל וקדוש ישראל התוו׃

41 *Atque iterum ſæpè ac* FORTEM *tentare, verendo*
Et Iſraelis arcta ſigna figere.

41 Cùm eſſent ipſi ignobiles, viles, & debiles, tamen Fortem prouocabant.

42 לא זכרו את ידו יום אשר פדם מני צר׃

42 *Nec meminere manus, cuius virtute redemptos*
Colenda ab hoſte nuper extulit dies.

43 Cùm Phariis ſua ſigna dabat, portentáque regnis,
Agro & Soanis efficace numine:
44 Illicet in rubrum ſunt flumina verſa cruorem,
Negant petita & his fluenta poculum.
45 Miſit apem, veſpam, muſcas inſectáque miſcens
Quibus comedit, vſſit atque perfidos:
Peſtiferam immiſit per flumina & oppida ranam,
Reducta vt intret perdere in cubilia.
46 Germina cuncta dedit brucho attondēdā, hominūq. et
Boum in labores trux locuſta ſæuijt.
47 Grandine confecit vites, glacieque rotunda
Agrorum inuſſit vtiles ſycaminos.
48 Tradidit illorum lapidoſo grandini inerme
Pecus, globis dedit gregéſque flammeis.
49 Ardorémque ſui naſi permiſit in illos,
Furoris iræ in arcta clauſtra pectorum:
Anguſtè afflictis furias immiſerat atras,
Malos ferenda dona pérque nuntios.
50 In naſo eſt ira indicium, ideò ſæpè Hebraicus ſermo naſum pro ira vel indignatione vſurpat.
50 Ipſe ſuum expediit naſum cui ſemita facta, vt
Eat furoris haud retentus impetus:
Nullas ille animas letho ſternente negauit,
Data eſt necanda vita cuncta peſti.
51 Primogeniti Ægyptiis chariſſimi erant.
51 Ægypti primis natorum regna per ampla
Ferita cuncta contidére corpora:
Primitias generis ſtatuendi & roboris omnes
Chami quot ampla fouerat feri domus.
52 Oſtenderat Deus potentiam ſuam aduerſus inimicos, et miſericordiam erga populum ſuum.
52 Inde ſuum populum ſemotum eduxit, vt olim
Agri magiſter in reducta fert gregem:
53 Tutos & nulla oppreſſos formidine duxit,
Salo obruente caſtra texit hoſtium.
54 Peruenere ſuos in fines, ſanctaque montis
Loca, eius alma dextra quæ ſacrauerat.

43 אשר שם במצרים אתותיו ומופתיו בשדה צוען:
44 ויהפך לדם יאריהם ונוזליהם בל ישתיון:
45 ישלח בהם ערב ויאכלם וצפרדע ותשחיתם:
46 ויתן לחסיל יבולם ויגיעם לארבה:
47 יהרג בברד גפנם ושקמותם בחנמל:
48 ויסגר לברד בעירם ומקניהם לרשפים:
49 ישלח בם חרון אפו עברה ועם וצרה משלחת מלאכי רעים:
50 יפלס נתיב לאפו לא חשך מטורף נפשם וחיתם לדבר הסגיר:
51 ויך כל בכור במצרים ראשית אונים באהלי חם:
52 ויסע כצאן עמו וינהגם כעדר במדבר:
53 ויבטח לבטח ולא פחדו ואת אויביהם כסה ים:
54 ויביאם אל גבול קדשו הר זה קנתה ימינו:

Genti-

55 וינרש מפניהם גוים וידעלם בחבל נחלה וישכן באהליהם שבטי ישראל:

55 *Gentibus expulsis metiri prædia iussit,*
Agrósque, cessit incolis domos nouis.
Quæque illæ tenuere feræ tentoria gentes,
Tenet colenda diuidenda & Israel.

56 וינסו וימרו את אלהים עליון ועדותיו לא שמרו:

56 *Illi altum tentare* DEVM, *contemnere fœdus*
Pergunt profani & ampla testimonia.

Humana malitia nulla conditione contenta, semper Deum peccatis & sceleribus irritat, vt arcus iniquus, qui quocunque modo intendatur & conuertatur, semper fallit.

57 ויסגו ויבגדו כאבותם נהפכו כקשת רמיה:

57 *More patrum prauè inuersi nimiúmque rebelles,*
Dolosus arcus vt ferire pernicax.

58 ויכעיסוהו בבמותם ובפסיליהם יקניאוהו:

58 *Inuidiam cœpere suis altaribus, iras*
DEO *mouere, signa sculpere & noua.*

59 שמע אלהים ויתעבר ויתאאס מאד בישראל:

59 *Audiit egressus* DEVS *ac fastidijt Israel,*
Suo remouit húncque valde pectore.

60 וישש משכן שלו אהל שכן באדם:

60 *Culta sibi vicina hominum tentoria Siloh,*
Domum reliquit & sibi ante cognitam:

61 ויתן לשבי עזו ותפארתו ביד צר:

61 *Præsidij atque sui sedem robúrque decúsque*
Manu afferenda tradidit prementium.

61. A Palestinis occisi, & Arca sacra expoliati sunt.

62 ויסגר לחרב עמו ובנחלתו התעבר:

62 *Ipse suum populum gladiis obiecit, in ira*
Suo recessit ipse patrimonio.

63 בחוריו אכלה אש ובתולותיו לא הוללו:

63 *Consumpsítque ignis iuuenes, sine laude Hymenæi*
Nouum sacranda nupta venit in torum.

Iuuenes igne vsti, virgines violatæ, ita vt postea ductæ, nó possent epithalamium audire.

64 כהניו בחרב נפלו ואלמנתיו לא תבכינה:

64 *Ense sacerdotes ceciderunt, mœsta mariti*
Puella luxit orba funus haud sui.

65 ויקץ כישן אדני כגבור מתרונן מיין:

65 *Excitus vt somno* DOMINVS *tunc, ac velut heros*
Mero solutus ore concrepat graui:

66 ויך צריו אחור הרפת עולם נתן למו:

66 *Et ferit ipse suis postica prementibus, addens*
Plagas, pudenda semper atque vulnera.

67 וימאס באהל יוסף ובשבט אפרים לא בחר:

67 *Fastiditque Ioseph tentoria, lectaque Ephraim*
Tribus relicta est non probante numine.

68 ויבחר את שבט יהודה את הר ציון אשר אהב:

68 *Illi est lecta tribus Iudæ, montisque Sionis*
Amata valde constitere culmina.

69 ויבן כמו רמים מקדשו כארץ יסדה לעולם:

69 *Sancta sibi hic veluti constructa palatia fixit,*
Velútque terra non mouenda sæculo.

Dele-

70 *Delegit́que Dauid famulum, caulisque vocatum*
Recepit atque de grege hunc bidentium:
71 *Duxit oues fætas & pabula læta secutum,*
Vt pasceret suum Iacob, & Israel.
72 *Sincero sic corde ipsos, palmisque peritis*
Greges magister egit impiger suos.

70 ויבחר בדוד עבדו ויקחהו ממכלאת צאן:
71 מאחר עלות הביאו לרעות ביעקב עמו ובישראל נחלתו:
72 וירעם כתם לבבו ובתבונות כפיו ינחם:

PSAL. LXXIX.

Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam.

ARGVMENTVM.

TEMPORA post Babylonicam transmigrationem, ante & post Machabæorum ætatem, Israelitarum reipub. ac religioni omnino aduersa, prænoscens Psaltes, orat Deum, vt finem tantis calamitatibus & miseriis imponat eũ, quem ex ipsius misericordia & promissione expectare deceret, misso videlicet illo totius orbis seruatore Christo, qui hostibus inuisibilibus victis, perpetuam pacem spiritualem Ecclesiæ suæ gigneret.

1 *Psalmus Asaphi.*

מזמור לאסף

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

Hæreditatem plurima gens tuam
Inuasit ausu præcipiti ô DEVS,
Ædémque sacratam, tuíque
Sancta ferox temerat palati.
Salémque aceruis ruderis obruta
Illa alta quondam, claráque, nunc iacet:
2 *Cælíque pennatis cadauer*
Esca data est famulum tuorum:
Carnes piorum terræ etiam ferę
3 *Scindunt rapaces: diffluit & cruor,*
Diruptus ample vt riuus vndæ,
Mœnibus in Solymis abundans:
Nemo sepulchro condere prospicit.
4 *Probrum malignis nos sumus accolis;*
Ridemur, illusíque circum
Vndique finitimis manemus.

אלהים באו גוים בנחלתך טמאו את היכל קדשך שמו את ירושלם לעיים:
2 נתנו את נבלת עבדיך מאכל לעוף השמים בשר חסידיך לחיתו ארץ:
3 שפכו דמם כמים סביבות ירושלם ואין קובר:
4 היינו חרפה לשכנינו לעג וקלס לסביבותינו:

1 Finitimi Samaritani, Armenij, Idumæi, Palæstini, Græci etiam remotiores; sed spiritualiter & verissimè hæresiarchæ, apostatæ, infideles, & inutilis doctrinæ magistri. Ambitiosi etiam principes, qui religionis auctoritate abutũtur.

Salem alta & conspicua interpretatio est nominis Ierusalẽ.

Ecclesiæ Christianæ imago fuit Ierusalem & Sion.

2. 3 Lege Machabæorum historiam.

IAS

ה עד מתי יהוה תאנף לנצח תבער כמו אש קנאתך׃

5 IAS *modum quem conſtitues diu*
Succenſus, ira vt flamma equidem tua
Excreſcit, ac zelus tremendo
Exuperat, trepidatque motu.

ו שפך חמתך אל הגוים אשר לא ידעוך ועל ממלכות אשר בשמך לא קראו׃

6 *Effunde bilem gentibus ô tuam,*
Regnis tui almi & numinis inſcijs,
Nullus tui queis aut vocandi
Nominis eſt amor aut colendi.

ז כי אכל את יעקב ואת נוהו השמו׃

7 *Namque illa Iacob ſuſtulit heu vorax*
Gens, culta & arua hæc perdidit ac domos.

ח אל תזכר לנו עונת ראשונים מהר יקדמונו רחמיך כי דללנו מאד׃

8 *Delictaiam noſtra heu priora*
Parce precor meminiſſe praua:
Feſtinus imò viſceribus tuis
Occurre nobis pauperibus nimis,

ט עזרנו אלהי ישענו על דבר כבוד שמך והצילנו וכפר על חטאתינו למען שמך׃

9 PRINCEPS *ſalutis almæ, vt olim,*
Sis DEVS, *auxiliumque præſtes:*
Conſtet tui vt ſic gloria nominis,
Ignoſce noſtris criminibus, tuum
Nomenque firmando, periclis
Eripe nos, redime &, paratis.

י למה יאמרו הגוים איה אלהיהם יודע בגוים לעינינו נקמת דם עבדיך השפוך׃

10 *Nam cur prophano murmure gentium*
Dicetur, Horum nunc vbi iam Deus:
Vt ſanguinis vindicta conſtet
His oculis, famulum tuorum.

יא תבוא לפניך אנקת אסיר כגדל זרועך המותר בני תמותה׃

11 *Sit nota cunctis gentibus vltio hæc,*
Audi gementem carcere in horrido,
Magna tui iam vi & lacerti
Colla neci annumerata ſolue.

יב והשב לשכנינו שבעתים אל חיקם חרפתם אשר חרפוך אדני׃

12 *Vicina nobis ter ferat & quater*
Pœnas malorum turba ſinu ſuo
Ludibriorum, quæ, exprobrando
Impia te DOMINVM, *vomebat.*

5 Iratus es nobis ob peccata, ſed tamen populus tuus ſumus, à te delectus, qui te cognoſcimus Deum gubernatorem miſericordem, ira quidem iure excandeſcit in peccatores, ſed deteriores nobis ſunt, qui te non norunt, qui notũ non colunt, in illos potius itam plenam effunde, in nos minorem exercece, quæ ſatis ad corripiendum ſit.

8 Scimus ob proprias prauitates antiquas, noſtrorũ etiã parentũ imitatione admiſſas, nos corripi. Memineris tamẽ tuæ propriæ miſericordiæ, & promiſſorum tuorum, atque rerum à te ſalutis noſtræ cauſa effectarum, maximè cùm ſimus in extremo miſeriæ loco.

10 Præſentium temporum ſpectata facie negant aliæ gentes, te nobis adeſſe, aut prouidere: vlciſcere ergo ſanguinem tuorũ, qui religionis tuæ cauſa occiſi ſunt. hoc ſpectat iuſtitiæ tuæ rationes, facitq. ad religionis tuæ obſeruantiam, maximè ſi vltio ſpiritualis ſit per Euãgelij virtutem.

13 Inimicis noſtris viſibilibus & inuiſibilibus ſuperatis & profligatis, nos in ſumma ſpirituali pace agẽtes, tibi perpetuò gratulabimur.

13 *Semper fatentes nos populus tuus*
Et grex, tui nos agmina paſcui,
Laudes tuas & nos canemus
Quas ſoboles renouanda diſcat.

13 ואנחנו עמך וצאן מרעיתך נודה לך לעולם לדור ודור נספר תהלתך ׃

PSAL. LXXX.

Qui regis Iſrael, intende.

ARGVMENTVM.

ORATIO eſt, in qua Aſaph commemorat Dei beneficia, & ſingulare prouidentiam atq. benignitatẽ erga electam Eccleſiam, quam præſentibus calamitatibus exerceri, ab hoſtibusq. viſibilibus & inuiſibilibus vexari dolet, vexataméque Deo commendat ſtudioſiſſimè: precatur ac poſcit Meſſiam illum ſalutarem mitti, qui peccato ex hominum animis deleto, cauſas amoueat, ex quibus huiuſmodi calamitates & ærumnæ Eccleſiæ adueniunt.

1 *Ad præſtantem ſuper Soſanim Gheduth.*
Aſaphi Pſalmus.

1 למנצח אל ששנים עדות לאסף מזמור ׃

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

1 Qui Iſrael in Ægyptum deduxiſti, viſurum Ioſephum filium ſuum, quem mortuũ putauerat, filiis auctũ, ſummisq. honoribus amplificatũ, & in populum magnum amplificandũ te auctore.
2 Qui tua ipſius voluntate principem & præſidem te nobis donas, atque inter Cherubim in medio populo habitas.
3 *Valentiam.*] Maximam fortitudinem & virtutem גבורה. tu qui vltrà etiam præſtitiſti filiis poſtremis Iacob & Ioſeph, quanquá ætate minoribus, quos numero plures feciſti populi incremento, idé nunc quod cœpiſti, promoue ſpiritu ac veritate.

2 *Paſtor proſpiciens qui regis Iſrael,*
Ioſeph lanigeras ceu pecudes agens,
Auſculta; reſides qui Cherubim ſuper,
Lucem redde fauens tuam.
3 *Exaltare tuam perge valentiam*
Præſens Ephraimo, Beniamino ac tuis,
Præſens ac Menaſæ; denique tu ſalus
Nobis omnibus aduenì.
4 *Nos reddens tibi iam reſtitue ô* DEVS;
Vultus da properè fulgeat vt tuus,
Nobis ſemper erit namque ſalutifer,
Auctor lætitiæ & bonæ.
5 IAS *armipotens quem* DEVS *ô modum*
Fumandi in populi ſæpè tui preces
6 *Pones? queis miſeris fercula, pocula*
Metuis lachrymis mera.

2 רעה ישראל האזינה נהג כצאן יוסף ישב הכרובים הופיעה ׃

3 לפני אפרים ובנימן ומנשה עוררה את גבורתך ולכה לישעתה לנו ׃

4 אלהים השיבנו והאר פניך ונושעה ׃

5 יהוה אלהים צבאות עד מתי עשנת בתפלת עמך ׃

6 האכלתם לחם דמעה והשקמו בדמעות שלישי ׃

Certa-

7 משימנו מדון לשכנינו ואויבינו ילעגו למו׃

7 *Certamen positum simus vt hostibus*
Nostris, ludus item finitimis, facis:

7 Hostes Israelitarum multi olim, plures nũc Ecclesiæ, & deterrimi omnium ij, qui finitimi.

8 אלהים צבאות השיבנו והאר פניך ונושעה׃

8 *Nos redde armipotens, iste salutifer*
Vultus fulgeat ô DEVS.

9 גפן ממצרים תסיע תגרש גוים ותטעה׃

9 *Vitem, quam Pharo transtuleras solo,*
Plantasti, penitus gentibus, aduenam,

10 פנית לפניה ותשרש שרשיה ותמלא ארץ׃

10 *Eiectis; colis hanc, & vacuo loco*
Radices agere efficis.

11 כסו הרים צלה וקנפיה ארזי אל׃

11 *Montes vmbra tegens illius induit,*
Ramos præualidis persimiles iubes

11 Mirum in modũ propagasti populum tuũ, ab Euphrate Flumine ad mare vsque tam in mõtibus quàm in vallibus & planis locis habitantem.

12 תשלח קציריה עד ים ואל נהר יונקותיה׃

12 *Cedris, ac teretes ad mare palmites*
Flumen tangere germina.

13 למה פרצת גדריה ואדוה כל עברי דרך׃

13 *Disruptis patulam cur modò sepibus*
Cuncti diripiunt (nec labor) hospites?

13 Auxilio tuo destitutos illo singulari multi inuadunt hostes.

14 יכרסמנו חזיר מיער יזין שדי ירעבה׃

14 *Hanc siluestris aper proterit, hanc agri*
Depascit varia & fera.

15 אלהים צבאות שוב נא הבט משמים וראה ופקד גפן זאת׃

15 *Iam nunc armipotens ô* DEVS *huc redi,*
Et vitem memor hanc inspice ab æthere;

15 Deus iniuriatum vindex, tuique assertor propositi reconciliare nobis, & perfice quod cœpisti.

16 וכנה אשר נטעה ימינך ועל בן אמצתה לך׃

16 *Ac plantam, tua quam dextera seuerat,*
Germen quod tibi fixeras,

17 שרפה באש כסוחה מגערת פניך יאבדו׃

17 *Ardet scissa ruens, ignibus ac perit,*
Dum vultus furor hanc increpuit tui,
Dum flagrat facies ista, periculis
Cunctis heu penitus subest.

18 תהי ידך על איש ימינך על בן אדם אמצת לך׃

18 *Constet iam ista manus, conferat ac viro,*
Quem dextra extuleras præsidio tuæ,
Et quem terrigenam tu tibi prouido
Firmum robore feceras.

18 Memineris te ex humili homine Iacob effeciisse virum potentem cum Deo superiorem hominibus.
Alludit ad hoc nomen אישראל.

19 ולא נסוג ממך תחיינו ובשמך נקרא׃

19 *A te distrahier, teque relinquere*
Continget minimè; viuere tu dabis
Nobis, cura quibus tunc fuerit tui
Cultus nominis vnica.

19 Nũc idẽ perfice spiritu ac veritate, vt in te & per te viuentibus nunquam accidat à te diuelli, te toto corde amabimus.

20 Hoc effice oramus, ut nobis propitium exhibeas, misso illo splendore vultus tui, cuius virtute & efficientia seruandi sumus.

20 IAS *restituas armipotens* DEVS
Nos, ac da, facies splendeat vt tua,
Nobis certa salus hæc fuerit: tuo
Ergo hoc numine perfice.

20 יהוה אלהים צבאות השיבנו והאר פניך ונושעה׃

PSAL. LXXXI.
Exultate Deo adiutori nostro.

ARGVMENTVM.

GRATVLATORIVM carmen est, & enthusiasmos Asaphi, præuidentis Dei misericordiam, populo suo ob neglectæ religionis crimen oppresso exhibendam, Dei, inquam, quem id quod in figura Iacobo ad Israelis dignitatem amplificato cœperat, spiritu ac veritate in Ecclesia perfecturum, præcinit Psaltes, vt quo tempore angustissimis rebus vrgeatur Dei populus, tum misso salutis auctore, seruandus & amplificandus sit.

1 *Ad præstantem super Githith Asaphi.*

1 למנצח על הגתית לאסף׃

CARMEN SAPPHICVM.

2 Gratulamini ei qui nobis in populum peculiarem receptis, singulari prouidentia principem se exhibuit ac declarauit.

2 PRINCIPI *nostro canite, & potenti*
PRINCIPI *lætas geminate voces;*
Quem DEVM *quondam tenuis benignum*
Sensit Iacob.

2 הרנינו לאלהים עוזנו הריעו לאלהי יעקב׃

3 *Tollite huic hymnum, sonitusque ferte*
Tympani ac dulcis citharæ canoros;
Tibiæ his mixtæ, referantque lætum
Nablia psalmum.

3 שאו זמרה ותנו תף כנור נעים עם נבל׃

4 Festorum obseruatio nobis olim instituta fuit ad antiquorum beneficiorum Dei cõmemorationem, & futurorum expectationem.

4 *Cùm refert cursum, renouatque menses*
Certus, & festam repetit diem Sol,
Quæ sacra in nostris numeratur annis,
Clangite cornu.

4 תקעו בחדש שופר בכסה ליום חגנו׃

5 *Sic statum multis tenet antè sæclis*
Israel, postquam DEVS *ipse Iacob*
Prouidus fouit; stata sunt que ritè
Debita iura.

5 כי חק לישראל הוא משפט לאלהי יעקב׃

6 *Esse quæ magno monumenta Ioseph*
Is dabat, quando Pharij tyrannu

6 עדות ביהוסף שמו בצאתו על ארץ מצרים

Viserat

שמת לא ידעתי אשמע׃

Viſerat terras, labij & colonos
Non mihi noti.

7 הסירותי מסבל שכמו כפיו מדוד תעברנה׃

7 *Ipſe onus preſſo ex humero ferentis*
Abſtuli, ac palmas penitus remoui
Et cabos vda ſolitas & ollam
Fingere creta.

7 Proſopopœia, Dei ipſius orationem referens, oſtendit omnem afflictionem populo eueniſſe ex obliuione beneficiorum diuinorum, & veri cultus neglectione.

8 בצרה קראת ואחלצך אענך בסתר רעם אבחנך על מי מריבה סלה׃

8 *Rebus anguſtis tibi me vocanti*
Adfui ſoſpes, tibi iura dixi
Abditus vaſto tonitru; tui vſque
Quale periclum
Fecerim, teſtis Meribæ eſt aquarum

8 Teſtatus enim fuerat Deus multis argumentis miſericordiam ſuam erga populum, & ſui colendi ratione puram, cum promiſſione perpetuæ felicitatis.

9 שמע עמי ואעידה בך. ישראל אם תשמע לי׃

9 *Riuus. His audi monitis, mihique*

10 לא יהיה בך אל זר ולא תשתחוה לאל נכר׃

10 *Iſrael pare; & peregrina ſperne*
Numina cultor.

11 אנכי יהוה אלהיך המעלך מארץ מצרים הרחב פיך ואמלאהו׃

11 *Sum tuus quando* DEVS *vnus* IAS,
Quo duce & terras Pharias relinquis,
Os tuum profer, pete magna, magnis
Quippe replebo.

12 ולא שמע עמי לקולי וישראל לא אבה לי׃

12 *Vocibus noſtris populus remiſſa*
Aure conſtabat, mea nec volebat
Iſrael dicta aut retinere mente
Iuſſa fideli.

12 Populus non Dei voluntate & impulſu, ſed ſua ipſius malignitate à Deo auertitur, & in miſerias incidit.

13 ואשלחהו בשרירות לבם ילכו במועצותיהם׃

13 *Ergo laxis hos rapidos habenis*
Corde permiſi nimium ſoluto
Ire quà præceps ageret libido,
Conſiliúmve.

14 לו עמי שמע לי ישראל בדרכי יהלכו׃

14 *O meus mî ſi populus fidelis*
Vellet audire, ac potius viarum
Quà voco præſens facilisque duco, inſiſtere calles:

14 Fidem & pœnitẽtiam hominibus propoſitam Deus exigit, vt miſericordiam exerceat.

15 כמעט אויביהם אכניע ועל צריהם אשיב ידי׃

15 *Iam manu verſa peterem prementes*
Quos pauent hoſtes domitos; & IAE

16 Diuinorum donorum spiritualium animos pascentium, alentium, & amplificantium, cibus & potus suauissimus & optimus imago est allegoricè.

16 *Inuidos falsum trepidus profari*
Cogeret horror:
Tempora & longum stabilita in æuum
17 *His forent: flore ac saturos benigni*
Farris, è saxo liquidi replessem
Flumine mellis.

16 משנאי יהוה יכחשו לו ויהי עתם לעולם׃

17 ויאכילהו מחלב חטה ומצור דבש אשביעך׃

PSAL. LXXXII.

Deus stetit in synagoga deorum.

ARGVMENTVM.

POPVLI vitia, culpam & improbitatem in causa esse ipsius ærumnarũ, Asaph in superiori Psalmo ostenderat, nunc populo peruertendi officij auctores reprehendit, nimirum principes, iudices, & magistratus ipsos qui à iure & æquitate ad iniuriam & iniquitatẽ traducti, cæteros exemplo suo in fraudem & improbitatem deduxere. vaticinatur autem fore, vt his maius iudicium subeundum sit Deo vltore & vindice, qui Euangelij doctrina redarguet, efficacitate verò conficiet omnes fraudis & iniuriæ auctores.

Psalmus Asaphi.

א מזמור לאסף

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

אלהים נצב בעדת אל בקרב אלהים ישפט׃

CO*nuentu* DEVS *imminens*
Astat magna videns sceptra potentiæ;
Iura ac iudicibus sua
Exercet medius, puraque vindicat.

ב עד מתי תשפטו עול ופני רשעים תשאו סלה׃

2 Inducitur Deus principes viros allocutus, redarguensque iniuriæ consultò admissæ, & studiosè amplificatæ.

2 *Vobis quis fuerit mali,*
Praui ac iudicij quis pudor, aut modus?
Quem finem faciet fauor,
Quo læta improbitas vsque fouebitur?

ג שפטו דל ויתום עני וריש הצדיקו׃

3 *Quin pupillus & indigens*
Pauper cum misero iustitiæ suæ

ד פלטו דל ואביון מיד רשעים הצילו׃

4 *Certo vindice gaudeant,*
Dum vos iudicium cernitis integrum,
Vos defendite & integrum;
Vos sæuis tenues eruite improbis.

ה לא ידעו ולא יבינו בחשכת

5 *Isti munera nesciunt,*
Nec pondus reputant officij sui;

Obscu-

יתהלכו ימוטו כל מוסדי ארץ׃

Obſcuris penitusque eunt
Errorum tenebris; quamlibet omnia
Nutent cardine proruto
Fundamenta, quibus terra grauis cubat.

Omnino cæci ſunt, ac demẽtes, adeò, vt cùm videant eorum culpa & delirio orbem turbari, non ſentiant tamen.

6 אני אמרתי אלהים אתם ובני עליון כלכם׃

6 *Omnes vos ego dixeram*
Et natos ſuperi principis & deos:

7 אכן כאדם תמותון וכאחד השרים תפלו׃

7 *At vos mors manet illa Adam*
Et caſus ſimilis principibus feris.

7 Vt Adam electus in orbis terrarum dominum, & animantium omnium principem, de gradu ſua ipſius culpa decidit in mortem: ſic & vos, quãuis à me in iſta diuina dignitate collocatos, tamen veſtra fraus in mortem acerbam & gigantum illorum caſibus ſimilem, præcipites dabit.

8 קומה אלהים שפטה הארץ כי אתה תנחל בכל הגוים׃

8 *Surge, atque arbitrio* DEVS
Terram corrigito ac terrigenas tuo:
Nam tu prouidus omnium
Hæres regna tenes iuraque gentium.

PSAL. LXXXIII.

Deus quis ſimilis erit tibi?

ARGVMENTVM.

DEo vindici iniuriarumque vltori, eidem miſericordi erga pios, ac religioſo timore calentes, populum ſuum Pſaltes commendat cuſtodiendũ, ſeruandum, & liberandum à variis hoſtibus, non modò populi ipſius, ſed multo etiã magis diuini nominis cauſa, quod ſuper populũ illum appellatũ, deſincre omnino & aboleri impia gens cupit, idque ſtudioſè curat: precatur autem Deum, vt antiquorum exemplorum erga populum illum fouendum, memoriam nouis etiam argumentis redintegret, imò potiùs amplificet exhibita illa ſalute maxima ab initio promiſſa, & prophetis cunctis expectata.

1 שיר מזמור לאסף׃

1 *Canticum Pſalmi Aſaph.*

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

2 אלהים אל דמי לך אל תחרש ואל תשקט אל׃

2 NE ſurdus taceas, neu ſileas DEVS,
FORTEM *nulla quies te teneat precor,*

2 Cùm fortis ſis & cognomineris, fortitudinem tuam exerce in aduerſatiis & hoſtibus reprimendis ac diſſipandis.

3 כי הנה אויביך יהמיון ומשנאיך נשאו ראש׃

3 *Hoſtes ecce tui nam fremitu improbo*
Tendunt tollere verticem.

4 על עמך יערימו סוד ויתיעצו על צפוניך׃

4 *Occulta hi populum conſilia in tuum*
Iungunt, atque tuos callida in intimos;

4 Horum vis & facultas magna, conſilia callida, copia innumerabilis te vltorem exigit; nemo enim alius nobis auxilio eſſe poteſt aduerſus tam difficiles ac duros hoſtes.

5 אמרו לכו ונכחידם מגוי

5 *Aiunt, Huc agite, ac ſcindere ſtirpibus*
Imis hos ſimul vndique

Perga-

Pergamus, genus hoc funditus vt ruat,
Nec vltrà ſoboles nomen & Iſrael
Dicatur potius viuere, nec memor
Quiſquam hoc enumeret genus.
6 *Vno corda animo conciliant ſimul*
In te polliciti fœdera iungere,
7 *Quotquot caſtra, & Edom continet efferus,*
Et quotquot vagus Iſmael:
Moabi ſoboles cumque Hagaris grege,
8 *Ghebalique domus, Ghamonis & genus,*
Durus queis Ghamaleq iungitur, & Tyrus,
Infeſta & Peleſeth nimis.
9 *His iuncti Aſſyrij brachia filiis*
Loti firma parant; vſque etenim valent
10 *Hi, quondam vt tumidus Siſara, concidant*
Fac, & ceu Madian ferox:
Qualemque herbiferis vallibus impium
Viderunt Iabinum flumina Kiſonis:
11 *Lætamenque olidum cæſa dedit manus*
Terræ quam Dorius lauat.
12 *Horum magnificos nempe dabis velut*
Ghorebum, Zeebum, caſtraque Salmunagh:
Cunctos pone precor ceu Zebeam ferum
13 *Horum præcipites duces*
Auſos, pulchra quidem, dicere, Sors DEI
Nobis cedat, ager nos dominos beet:
14 *Ceu vento ſtipula impellitur, hos age,*
Ceu turbo pueris, DEVS.
15 *Igni frondiferumque vt nemus vritur,*
Vt flammæ altiſonis montibus increpant;
16 *Tempeſtate rue hos præcipites tua*
Sic, & turbine diſſipa.

ולא יזכר שם ישראל עוד׃

4 בו נועצו לב יחדו עליך ברית יכרתו׃

5 אהלי אדום וישמעאלים מואב והגרים׃

8 גבל ועמון ועמלק פלשת עם ישבי צור׃

9 גם אשור נלוה עמם היו זרוע לבני לוט סלה׃

10 עשה להם כמדין כסיסרא כיבין בנחל קישון׃

11 נשמדו בעין דאר היו דמן לאדמה׃

12 שיתמו נדיבמו כערב וכזאב וכזבח וכצלמנע כל נסיכמו׃

13 אשר אמרו נירשה לנו את נאות אלהים׃

14 אלהי שיתמו כגלגל כקש לפני רוח׃

15 כאש תבער יער וכלהבת תלהט ההרים׃

16 כן תרדפם בסערתך ובסופתך תבהלם׃

14 Hoſtes ſuos inſanire permittit Deus, ac tandem in præcipitiũ ipſa eorum inſania impellit.

Totam

17 מלא פניהם קלון ויבקשו שמך יהוה׃

17 *Totam fusus item hos per faciem pudor*
IAE nomen agat quærere turbidos:

17 Tandem consilij inceptique sui pudore affectos eò adige, vt nomen tuum, quod frangere vel debilitare cupiebant, venerétur, quærant, & adorent, vel turbatissimi, ac demum in suam ipsorũ salutem suscipiant.

18 יבשו ויבהלו עדי עד ויחפרו ויאבדו׃

18 *Pleni dedecore ac perpetuò ruant,*
Turbati & pereant diu.

19 וידעו כי אתה שמך יהוה לבדך עליון על כל הארץ׃

19 *Sic te discere, sic noscere maximum*
IAM, te poterunt dicere & vnicum,
Omnis terra tremens suspicit editi
Cuius numina nominis.

PSAL. LXXXIIII.

Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum.

ARGVMENTVM.

DOCET hic Psalmus, illos tantùm homines beatos esse, quos Deus familiaritate sua dignetur: huiusmodi autẽ beatitudinis obtinẽdæ viam, esse fidem & morum probitatem, cum innocentia ac simplicitate animi coniunctam. eam viam qui institerint, summè à Deo recreandos & reficiendos perpetuaque pace ac tranquillitate fruituros esse confirmat.

א למנצח על הגתיות לבני קרח מזמור׃

1 *Ad præstantem super Gitthith filiorum*
Corahh, Psalmus.

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

ב מה ידידות משכנותיך יהוה צבאות׃

2 *BEllipotens IAS tua quàm tentoria diua*
Digna coli sunt, dignaque amari.

2 Ex omnibus castris, in quibꝰ homines militant, nulla comparanda sunt tuis tentoriis, Dux optime & potentissime, tu securos tutosque omnes, qui tibi sacramentum dant & obseruant, cõstituis.

ג נכספה וגם כלתה נפשי לחצרות יהוה לבי ובשרי ירננו אל אל חי׃

3 *Atria quàm cupit hic animus, quàm percupit, IAE:*
Testatura caro mea corque est.
Quippe et ouãs canet hæc caro, cui tũ cõcinet hoc cor,
Et FORTEM & viuum celebrabunt.

ד גם צפור מצאה בית ודרור קן לה אשר שתה אפרחיה את מזבחותיך יהוה צבאות מלכי ואלהי׃

4 *Inuenit passerque domũ & nidum sibi, hirundo hæc*
Pignora deposuit sua, pullos.
Armipotens IAS mihi rex, Deus & mihi, vt aras
Ipse tuas cupio meditorque!

4 In tuis tabernaculis etiam auiculæ, vt tutò, ita libenter quoque nidos ponunt: igitur ipse beatus ero, si in domo tua sanctè ac purè verset.

ה אשרי יושבי ביתך עוד יהללוך סלה׃

5 *Felices quicunque tua versantur in æde,*
Vsque & perpetuò celebrant te.

6 Beati qui te præsidium statuêtes suum, vias muniunt, quibus te petant.

7 In viis illis fontes stillant, quibus reficiuntur lassi, sunt & cisternæ ex imbre cælitus demisso, hoc est, gratia tuâ reficiens & recreans.

Testes rebúsque secundis. vtrumque translatum est ex verbo מורה.

8 Turmatim venient alij alios sequuti, atq. ita perpetuò frequentabitur Dei domus piis iis, quos ipse in suam familiam adoptabit, & magnis virtutibus cumulabit.

9 Deus qui Iacob solitariè fugientem, cum tribus turmis reduxisti.

10 Christum, quem Ecclesiæ tuæ præposuisti caput, respice, illiusque nomine eam foue.

11 Veræ diuitiæ, & gloria amplissima, Deo proximum esse.

12 Tu es enim qui nos foues, viuificas, illuminas, ac defendis & protegis.

6 *Quiáque homines sibi te robur posuere, beati,*
Strata viasque in corde probatas.
7 *Vallibus ingressi plorante vbi murmure fons est,*
Cisternæ quoque & imbre recepto;
Imbre vt cisternæ testes rebusque secundis
Exundentque fluantque benignè;
8 *Ex turma in turmam venient,* DEVS *inq. Sione*
Hos auctos virtute videbit.
9 *Bellipotens* IAS DEVS *audi vota, precesque*
VSQVE *meas* DEVS *excipe Iacob.*
10 *O* DEVS *ô noster clypeus nos respice, Christi &*
Cerne tui vultus faciemque.
11 *Mille dies vnus vincit tua ad atria, tantùm*
Viuitur ille dies quoque lætus.
Ipse mei optarim potius prope limina, vt hospes,
Esse DEI, *tentoria quàm si*
Improba possessor nimis ac ditata tenere
Atque frequentare integra possem.
12 *Nam Sol, nã clypeus* DEVS *est, namq. optimus* IAS,
Et decus & præbebit honorem.
Non negat ille bonum cunctis qui simplice cursu
Ire viam tendúntque fouéntque.
13 *Armipotens* IAS, *homo, spes tua quem tenet, ille*
Multiplici vt sit sorte beatus!

6 אשרי אדם עז לו בך מסלות בלבבם׃

7 עברי בעמק הבכא מעין ישיתוהו גם ברכות יעטה מורה׃

8 ילכו מחיל אל חיל יראה אל אלהים בציון׃

9 יהוה אלהים צבאות שמעה תפלתי האזינה אלהי יעקב סלה׃

10 מגננו ראה אלהים והבט פני משיחך׃

11 כי טוב יום בחצריך מאלף בחרתי הסתופף בבית אלהי מדור באהלי רשע׃

12 כי שמש ומגן יהוה אלהים חן וכבוד יתן יהוה לא ימנע טוב להלכים בתמים׃

13 יהוה צבאות אשרי אדם בטח בך׃

PSAL. LXXXV.

Benedixisti Domine terram tuam.

ARGVMENTVM.

ADMIRANDAM illam misericordiam, quam Deus erga humanum genus præstiturus vltrò erat, Psalmus hic prædicat; ostenditque humanam naturam per semen illud promissum ita esse nouandam & perficiendam, vt beatissimam Deoque gratissimam appellare liceat. Hoc autem totum fore ipsius Dei miserentis donum, quod pulcherrimis ac significantissimis translationibus & allegoriis describitur.

Ad præ-

א למנצח לבני קרח מזמור׃

1 *Ad præſtantem filiorum Corahh Pſalmus.*

CARMEN SAPPHICVM.

ב רצית יהוה ארצך שבת שבות יעקב׃

2 *IAm tuæ terræ miſerator* IAS
Admoues mentem bonus & benignus;
Iam iugo liber redit ipſe fracto
Te duce Iacob.

2 Iacob nomine natura hominis ſignificatur, pij quidem ac Deum colentis; ſed humanæ imbecillitatis & difficultatis infirmitudine laborantis, quę Deus ipſe perficiendum, amplificãdumque ſuſceperit. Expectatio verò ac ſpes promiſſi beneficij, rem ipſam veluti præſentem per enthuſiaſmum proponit.

ג נשאת עון עמך כסית כל חטאתם סלה׃

3 *Iam tui prauam populique culpam*
Tollis, & noxas vitioſaque acta
Occulis, nullo refricanda, & vſque
Obruis, æuo.

ד אספרת כל עברתך השיבות מחרון אפך׃

4 *Contines iram ſuperantis omnem*
Iſtius naſi, & cohibes calorem.

4 Tua ipſius clementia ac miſericordia deponis iram, perfice etgò id quod inſtituiſti.

ה שובינו אלהי ישענו והפר כעסך עמנו׃

5 *Nos ſalutaris* DEVS *ô repreſſo*
Redde furore.

ו הלעולם תאנף בנו תמשך אפך לדר ודור׃

6 *Nunquid æternùm ſubeunda nobis*
Iſtius nubes furibunda vultus?
Tendet in cunctas ſoboleſque naſi
Iſtius ardor?

6 Non eſt enim tuum æternùm iraſci, nõ noſtrum iram iſtam poſſe ferre æternùm; periremus enim funditus, ſi perpetuò in nos iraſcereris.

ז הלא אתה תשוב תחיינו ועמך ישמחו בך׃

7 *Nónne tu vitæ propius redibis*
Auctor? vt viuens populus tuus te
Te patre & vitam referente certam
Gaudeat almo?

7 Imò tuæ eſt benignitatis ad nos redire, noſtræ verò expectationis in te, hoc eſt, tua virtute nobis communicata lætari.

ח הראנו יהוה חסדך וישעך תתן לנו׃

8 *Te ſalutarem miſerator* IAS
Redde nobis, te facilem & benignum oſ-

ט אשמעה מה ידבר האל יהוה כי ידבר שלום אל עמו ואל חסידיו ואל ישובו לכסלה׃

9 *tende. Quid* FORTIS *Dominus locutus*
Proferet IAS
Audiam; namque is populo ſuorum
Proferens pacem placidam eloquetur,
Ac piis nunquam in vitium reuerſis
Stultitiámve.

9 Nitimur enim ſpe promiſſorum Dei efficaciſſimi, qui quod promittit, præſtare poteſt. ille autem Euangeliũ gratiæ & gloriæ ſuæ promiſit fidelibus ſibi credentibus, & obtemperantibus, atq. à ſtultitia priori abalienatis per ſolidam pœnitentiam.

י אך קרוב ליראיו ישענו

10 *Proxima aſt ipſum gregibus timentum*
Iam ſalus conſtans aderit, manebit

10 Illud diuinũ beneficiũ, quo humana natura, quæ eſt ארץ terra, erit perpetuum.

Gloria hæc, terram ſubitura noſtram
Fixa manebit.

לשכן כבוד
בארצנו׃

11 Cùm Deus homines in illam dignitatē extulerit, tũc promiſſorum & rerum promiſſarũ, hoc eſt, miſericordiæ, ſimul conſtabunt rationes, tunc homines iuſti erunt, tunc inter Deum & humanum genus pax firmabitur.

11 *Competent, fœdus venientque in arctum*
Veritas diua & bonitas ſorores;
Oſcula æternùm ſibi ſancta iungent
Iuſtitia & pax.

חסד ואמת
נפגשו צדק
ושלום נשקו׃

12 Illius magni promiſſi veritas, qui Chriſtus eſt, ex terra, hoc eſt, humana natura etiam oriturus eſt, qui cùm Deus ſit, idemq. homo, homines iuſtificabit iuſtitia è cælis deducta, hoc eſt, ſua ipſius iuſtitia.

12 *Veritas creſcet penitus beato*
Germine è terra, aſpicietque cælis
Alma quæ formet recreetque mundum,
Iuſtitiæ fax.

אמת מארץ
תצמח וצדק
משמים נשקף׃

13 Tunc mutata iam maledictione in benedictionem, natura humana fructus feret Deo gratos, qualesque proferri oportet à filiis Dei. eritque perpetua & conſtãs via virtutis ac iuſtitiæ hominibus iis, quos iam ſuperiùs indicauimus.

13 *Et bonum præſtans dabit almus* IAS;
Noſtra præbebit proprios colono
Terra prouentus, referet probandas
Copia fruges.

גם יהוה יתן
הטוב וארצנו
תתן יבולה׃

14 *Et via conſtans gradietur ampla,*
Liberos ſemper moderata greſſus;
Ipſiusque almam faciem præibit
Iuſtitiæ vis.

14 צדק לפניו
יהלך וישם
לדרך פעמיו׃

PSAL. LXXXVI.

Inclina Domine aurem tuam.

ARGVMENTVM.

PRECES à Dauid perpetuò fuſas, continet hic Pſalmus. alij quippe ex argumento oblato compoſiti, hic verò aſſiduè repetitus à vate videtur. Poſtulat diuinam miſericordiam ad peccatorum ſuorum veniam impetrandam: poſtulat liberationem ab inimicis viſibilibus & inuiſibilibus; ex qua diuinæ prouidentiæ & ſingularis erga ſe tutelæ exemplum apertum edi cupit.

1 *Oratio Dauid.*

תפלה לדוד׃

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

1 Miſericordia erga egentes maximè conſpicitur, id ego ſum.

AVrem miſertus verte precor tuam
IAS, *mihi, proh, pauperi & indigo*
2 *Reſponde, & hanc cuſtos potensque*
Serua animam famuli probati.

הטה יהוה אזנך
ענני כי עני
ואביון אני׃

2 שמרה נפשי
כי חסיד אני
הושע עבדך

Te nam

אתה אלהי הבוטח אליך:

Te nam Deumque & te mihi PRINCIPEM
Confido certum, te famulus peto;

3 חנני אדני כי אליך אקרא כל היום:

3 IAS *misertus te diebus*
Omnibus excipe me vocantem.

4 שמח נפש עבדך כי אליך אדני נפשי אשא:

4 *Gaudere iussamque hanc animam foue*
Serui, patronum nam colo te meum;
Vni tibi iam dedicatam
Hanc animam fero & ipse tollo.

4 Omnẽ spem meam in te collocaui, certam ergo effice.

5 כי אתה יהוה טוב וסלח ורב חסד לכל קראיך:

5 *Tu nam bonus, tu parcere promptior,*
Valde & benignus tu Domine es tuis:
Quicunque te quærunt, bonumque
Te vocitant, Dominumque clamant.

5 Spes mea benignitate innititur tua.

6 האזינה יהוה תפלתי והקשיבה בקול תחנונותי:

6 *Attende &* IAS, *excipe & hanc precem,*
Vocem tui nec spernito supplicis:

7 ביום צרתי אקראך כי תענני:

7 *Responde in angustis vocanti*
Temporibus miserisque presso.

8 אין כמוך באלהים אדני ואין כמעשיך:

8 *Nullus tibi par est Domine, ac tibi*
Inter secundus nullus erit, Deos:
Exempla factis æqua & vsquam
Nulla tuis memorabit ætas.

8 Intelligent gentes, me liberato, & similibus exẽplis editis erga eos, qui te inuocant, nullũ esse Deum tibi similem in iis, qui coluntur, diis: alij siquidem non exaudiunt, vocantes non defendunt, quia non sunt verè & natura sua dij.

9 כל גוים אשר עשית יבואו וישתחוו לפניך אדני ויכבדו לשמך:

9 *Gentes quot orbis conditor vnicus*
Fecisti, ab omni climate confluent,
Et supplicabunt, atque nomen
Laude tuum DOMINE *ampliabunt:*

9 Ita fiet, vt gentes omnes te vnum agnoscant, & petant colentes.

10 כי גדול אתה ועשה נפלאות אתה אלהים לבדך:

10 *Nam magnus ipse ac mirificus* DEVS
Tu solus, ergo me doceas viam,

10 Videbunt solum te esse Deum magnũ, & miraculorum opificem; alij enim miracula non edunt.

11 הורני יהוה דרכך אהלך באמתך יחד לבבי ליראה שמך:

11 *Ritus tuosque, vt veritatem*
Ipse tuam ingrediens frequentem:
Vt nomen hoc cor pertimeat tuum,
Curas inanes vanaque disiice
Huic cogitata, hæc vna tantùm
Cura tui maneat colendi.

11 Istam viam, qua naturam omnemque virtutem naturalẽ superas, & ostendis te benignum, fortem, & sapientem, edoce me; nam sic te colam, timens purè ac sanctè: sed adde mihi gratiã, qua te ita, vt oportet, colam.

12 Te corde toto te celebrem DEVM,
Nomen tuumque ac te Dominum colam;
Hoc semper vt mi sit supremum
Perpetuos studium per annos.

יב אודך אדני אלהי בכל לבבי ואכבדה שמך לעולם:

13 Illa liberatio, quæ mihi, auctore te, continget, benignitatis tuæ erga me argumẽtum perpetuũ, & laudis etiam meæ erit.

13 Nam magna constat mi bonitas tua,
Imò (fateri debeo) maxima;
Tu quippe seruasti è profundis
Hanc animam barathri cauernis.

יג כי חסדך גדול עלי והצלת נפשי משאול תחתית:

14 Opportunè ergo me liberabis, namq. premor valde.

14 Gens insolentum mi DEVS institit,
Et turba præceps ac violentior;
Curare queis te cura nulla est;
Hanc animam petiere fortes.

יד אלהים זדים קמו עלי ועדת עריצים בקשו נפשי ולא שמוך לנגדם:

15 Tuæ misericordiæ varia nomina in meã causam appello.

15 At FORTIS es tu promere gratiam,
Mitisque, valde mi DOMINE ac bonus,
Et naribus latis serenus,
Polliciti stabilisque compos.

טו ואתה אדני אל רחום וחנון ארך אפים ורב חסד ואמת:

16 In me miseria est, & misericordiæ à te exhibẽdæ materia: ratio autẽ, quòd famulus tuus tibi dicatus sum, & antiquus famulus ancillæ tuæ filius. obligatissimus itaque tibi sum, tu autem mei tanquam antiqui famuli curator eris, quia familiarior tibi sum, quàm hostes mei, qui non ita domestici sunt erga te.

16 Vt me misertus respicias, tuum
Roburque præstes huic famulo, tua
Ancilla quem produxit; atque
Exhibeas celerem salutem.

טז פנה אלי וחנני תנה עזך לעבדך והושיעה לבן אמתך:

17 Aliquid ergo discriminis, imò multum pone inter me & eos, qui famuli tui non sunt, idque sit singularis prouidentiæ atq. gratiæ in me exhibitę.

17 Signum boni in me perfice, vt inuidos
Spectare iussos conficiat pudor;
Solamine, IAS, quo tuo, quo
Auxilioque fruar, videntes.

יז עשה עמי אות לטובה ויראו שנאי ויבשו כי אתה יהוה עזרתני ונחמתני:

PSAL. LXXXVII.

Fundamenta eius in montibus sanctis.

ARGVMENTVM.

MAGNA & admirabilis præstantia veræ Ecclesiæ hoc Psalmo prædicatur, quippe quæ Dei singulari prouidentia atque gratia regitur, & homines plurimos habet veræ sapientiæ, atque cognitionis Dei compotes: id quod aliis nationibus, quæ vel naturæ obseruatione, vel maiorum suorum exemplis ducuntur, non contingit.

Filiorum

א לבני קרח מזמור שיר יסודתו בהרי קדש׃

1 *Filiorum Corahh Psalmus cantici, cuius fundamentum in montibus sanctitatis.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

ב אהב יהוה שערי ציון מכל משכנות יעקב׃

2 *MOntibus in sanctis vrbem fundauerat* IAS,
Firmo quam munimine fixit.
Nempe Iacobiadum præter tentoria cuncta
Portas diligit ille Sionis:

ג נכבדות מדבר בך עיר האלהים סלה׃

3 *Ampla quidem digna ac de te dicuntur, & in te,*
Vrbs dilecta DEO VSQVE *potenti.*

ד אזכיר רהב ובבל לידעי הנה פלשת וצור עם כוש זה ילד שם׃

4 *Vt memorem Rahaba quotquot Babyloneque magna*
Me norintque colántque timentes:
Adde Palæsthinam, Æthiopes, Tyriosque, notatur
Ille ibi ceu rarissimus ortus.

ה ולציון יאמר איש ואיש ילד בה והוא יכוננה עליון׃

5 *At vir, virq. frequens numerusq. Sione,* SVPERNVS
Quem stabilit, natus referetur.

ו יהוה יספר בכתוב עמים זה ילד שם סלה׃

6 *Dum populorum* IAS *librum scriptumque recenset,*
Hunc illic natum inuenit vsque.

ז ושרים כחללים כל מעיני בך׃

7 *Cantores tibicinibus non impare censu*
In te sunt que omnes mihi fontes.

2 Certã delegit Deus tribum Iudæ videlicet, in qua religionis suæ præcipuam rationem explicaret expectatione Christi, quem ex illa tribu fore promisit: eò autem tendunt templi maiestas, & cætera.

3 Non desunt inter gentes, qui cognoscant Deum; sed si conferãtur cum illis, qui in Ecclesia sunt, illi rarissimi & exigui inuenientur. Rahab Ægyptũ hoc loco significat.

5 In Sione vir & vir, hoc est, frequentes nascuntur & nati sunt, qui Deum norunt & colunt: deinde alij ex ingenio ac naturę obseruatione cognoscũt; eis verò doctrinæ, quæ in Ecclesia est, Deus est auctor.

6 Deus enim numerum & nomina omnium, qui se norunt, in libro suo habens raros recensẽt in nationibus.

8 In te autẽ Sion, non solùm qui cognoscãt, sed qui laudent, prædicent, cantentq. Deũ, plurimi sunt: sunt omnes veræ sapientiæ & scientiæ fontes; cætera sunt riuuli apud gentes.

PSAL. LXXXVIII.

Domine Deus salutis meæ.

ARGVMENTVM.

ETHAN Ezrahites Christi indutus personam, huius Psalmi argumentum reliquit, quo Christus peccatorum causa ac debitis susceptis, patrem orat, vt se ab illa tenebrarum hora ac potestate ad lucem vitæ referat, dimissis peccatorum debitis, pro quibus ipse iram diuinam, & castigationem, atque expiationem susciperet: eo enim tempore Christus omniũ peccatorum personam sustinebat, pro quibus ipse humiliatus est vsque ad mortem crucis.

א שיר מזמור לבני קרח למנצח על מחלת לענות משכיל לחימן האזרחי׃

1 *Canticum Psalmi filiorum Corahh, ad præstantem super Mahhalath Leghanoth, Admonitorium Heman Ezraitæ.*

CARMEN ELEGIACVM.

IAS

2 IAs teque DEVM noſtræ auctoremque ſalutis
Te, coram clamans, nocte dieque precor.
3 Ante tuos vultus veniant mea dicta precesque,
Atque aurem penetret noſtra querela tuam.
4 Namq. anima hæc ſaturata malis, mea vita ſepulchrũ
Penè intrat, certè iam properata tenet.
5 Comparor in foueam demiſſis, vis mihi, vt illis,
Nulla quibus reſtat, iam perit atque, viris.
6 Vtque alij extincti defunctus cenſeor, vt quos
In foueam occiſos mors violenta iacit;
Quorum non vltrà memor es, ſciſſoſque repentè
Diceris ipſe tua depoſuiſſe manu.
7 Meque ima in fouea (te ſic ſtatuente) profundis
Deiectum penitus, ſentio & in tenebris.
8 Incubuit bilis tua cuncta in me, atque tuis me
Fluctibus immiſſis omnibus vſque premis.
9 Me procul abſcedunt noti, te auctore, ego & illis
Horreor incluſus, cui via nulla patet.
10 Hique oculi triſtes, IAS, mœrore laborant;
Te voco, quàm longa eſt lentaque mœſta dies.
Interea palmas ad te & tua numina tendo,
Auxiliumque inter dura pericla peto.
11 Nunquid in extinctis facies miracula? an VSQVE
Ad laudes ſurgent, qui cecidere, tuas?
12 Anne tua extabit bonitas narrata ſepulchro?
An tua in exitio ſit patefacta fides?
13 In tenebris miranda tua an ſint nota! vel iſta
Iuſtitia in terra, quæ meminiſſe nequit?
14 Atqui ego te ſupplex IAS, te poſtulo clamans;
Anticipo aſſidua te quoque manè prece.
15 Cur verò hanc animam depellens reſpuis IAS?
Cur à me facies abdis & ipſe tuas?

2 יהוה אלהי ישועתי יום צעקתי בלילה נגדך׃
3 תבוא לפניך תפלתי הטה אזנך לרנתי׃
4 כי שבעה ברעות נפשי וחיי לשאול הגיעו׃
5 נחשבתי עם יורדי בור הייתי כגבר אין איל׃
6 במתים חפשי כמו חללים שכבי קבר אשר לא זכרתם עוד והמה מידך נגזרו׃
7 שתני בבור תחתיות במחשכים במצולות׃
8 עלי סמכה חמתך וכל משבריך ענית כלה׃
9 הרחקת מידעי ממני שתני תועבות למו כלא ולא אצא׃
10 עיני דאבה מני עני קראתיך יהוה בכל יום שטחתי אליך כפי׃
11 הלמתים תעשה פלא אם רפאים יקומו יודוך סלה׃
12 היספר בקבר חסדך אמונתך באבדן׃
13 היודע בחשך פלאך וצדקתך בארץ נשיה׃
14 ואני אליך יהוה שועתי ובבקר תפלתי תקדמך׃
15 למה יהוה תזנח נפשי תסתיר פניך ממני׃

5 Peccator à Deo relictus, mortuus eſt, quippe in Deo vita eſt. idem variis afflictionibus, ærumnis ac miſeriis vexatur. Sed hæc omnia ad Chriſtum tempore paſſionis referenda ſunt.

7 Status horrendus ac tenebroſus peccatoris.

9 Tranſlatio ab iis qui in mari periclitantur.

12 Ne permittas me omnino perire, namq. eos, qui omnino pereunt, à vitaque diſcedũt, nõ ſoles tu fouere ac promouere: ita vt inde materia laudis tibi debita extet. viuentes, & valentes, atque liberati tua ope, hi debent & poſſunt te laudare. tuis igitur laudibus conſule. in Chriſto hæc imago, maximam indicat tetribilemque vicem ſuſcepti pro nobis debiti.

13 *In terra, quæ meminiſſe nequit.* Mortuorũ loco, qui ſenſu & memoria carent.

Debilis

16 עני אני
ונוע ממער
נשאתי אמיך
אפונה:

16 *Debilis à prima ac pauperrimus ipſe iuuenta*
Perfero terrores, queis ſecor vſque, tuos.

16 Cùm intellexerim quàm offenſus fueris peccatis & ſceleribus hominum, vehementer horreo tuam iram, quam laturus ſum, vt expiem mundi crimina.

17 עלי עברו
חרונין בעותיך
צמתתוני:

17 *Me ſuper incenſíque tui venere furores,*
Sunt formidinibus membra reciſa tuis.

18 סבוני כמים
כל היום הקיפו
עלי יחד:

18 *Ambitus his preſſuſque laboribus inſtar aquarum,*
Circundor toto contineorque die.

19 הרחקת
ממני אהב ורע
מידעי מחשך:

19 *Me chari ſocijque procul, te auctore, latentes*
In tenebris, noti ac deſeruere mei.

PSAL. LXXXIX.

Miſericordias Domini in æternum cantabo.

ARGVMENTVM.

ETHAN Ezrahites præuidens aliquando futuras Eccleſiæ calamitates ob hominum culpam, hunc Pſalmum compoſuit; in quo Deus oratur, vt miſericordiæ ac promiſſorum memor ſuorum, afflictis rebus opem ferat per Chriſtum olim promiſſum, nunc iam donatum Eccleſiæ. Refert promiſſionum argumenta, calamitatum exponit magnitudinem, diuinâ correptionem erga homines agnoſcit, iram deprecatur, clementiam poſcit, ac miſericordiam appellat, certiſſima fide ac ſpe impetrandi; niſi alias hominum peccata ipſorum bonum, quo minus afferatur, vel impediant, vel retardent.

1 משכיל לאיתן
האזרחי:

1 *Admonitorium Ethan Ezrahitæ.*

CARMEN SAPPHICVM.

2 חסדי יהוה
עולם אשירה
לדר ודר אודיע
אמונתך בפי:

2 *DOna in æternum miſerantis* IAE
Sunt mihi vati recinenda, & ore
Veritas noſtro eſt memoranda longa in
Sæcla nepotum.

3 כי אמרתי
עולם חסד יבנה
שמים תכין
אמונתך בהם:

3 *Dixeram, vt mundus, bonitas perennis*
Conſtat, extructus, tua & alma cælis
Veritas firma eſt, ea quippe & ipſos
Continet orbes.

3 Dixeram promiſſorum Dei veritatem firmiſſimam conſtantiſſimamque eſſe: quippe verbum Dei manete, mundi machina probat ſuis partibus omnino ac viciſſitudinibꝰ ſibi ipſi conſtans.

4 כרתי ברית
לבחירי
נשבעתי לדוד
עבדי:

4 *Fœdus electo pepigi ſacratum,*
Vt meo iurans famulo Dauidi,

4 Eſt autem vnum ex magnis Dei promiſſis, id quod ego ex ipſius ſententia referam.

5 עד עולם אכין
זרעך ובניתי
לדר ודור
כסאך סלה:

5 *Comparem totum ſobolis futuræ*
Semina in æuum.

5 Promiſſi domui Dauidis facti ſumma eſt, illius regnum conſtituendum perpetuoq. conſeruandum, me auctore, idque effectum iri per Chriſtũ à me mittendum.

Condidi atque iſtud ſolium, quod ætas
6 *Omnis extructum colat vſque; cæli vt*
Mira teſtentur tua congregatis
Veráque ſanctis.

6 ויודו שמים
פלאך יהוה אף
אמונתך בקהל
קדשים׃

7 Id autem à Deo miſericorde ſemel promiſſum præſtari poſſe manifeſtiſſimũ eſt, vtpote fortiſſimo ac præſtãtiſſimo, vltra omnẽ potentiam & efficacitatem.

7 *Præpotens* IAS. *ſimilis quis* IAE *in*
Æthere eſt; IAE *ex pueris* POTENTVM
Par erit quis, vel referetur alter,
Proximus aut quis?

7 כי מי בשחק
יערך ליהוה
ידמה ליהוה
בבני אלים׃

8 Idem etiam certiſſimum eſt, & exploratiſſimum antiquis exemplis, tam in populo ſuo iuuando, quàm in hoſtibus vlciſcendis.

8 FORTIS *arcani validúſque magni &*
Conſili ſanctis; metuendus idem
Accolis quotquot prope & hunc frequentant,
Finitimíſque.

8 אל נערץ
בסוד קדשים
רבה ונורא על
כל סביביו׃

9 Valet non ſolùm ſapientia ac virtute Deus, ſed multis copiis & exercitibus, per quos expedire poſſit quidquid velit, omnino autem veritas Dei conſtat.

9 *Copiis* IAS *validis* DEVS, *quis*
Par tibi? quis vel ſimilis? tuos qui
Protegis, certa ac tua te fides IAM
Vndique cingit.

9 יהוה אלהי
צבאות מי
כמוך חסין יה
ואמונתך
מסיבותיך׃

10 Quæ propoſita ſunt exemplis, in rerũ natura, atque hominũ genere editis, confirmantur.
Rahab, Ægyptum ſignificat.

10 *Tu maris fluctus cohibes, ſuperbis*
11 *Temperáſque vndis. Rahabámque cæſam*
Triueras, hoſtes valido lacerto
Diſpuleras tu.

10 אתה מושל
בגאות הים
בשוא גליו אתה
תשבחם׃
11 אתה דכאת
כחלל רהב
בזרוע עזך פזרת
אויביך׃

12 *Et tibi cæli, tibi terra ſubſtant,*
Quidquid & nuſquam vacuum per orbem
Durat exiſtens, oritur tuis id
Státque elementis.

12 לך שמים
אף לך ארץ
תבל ומלאה
אתה יסדתם׃

13 Meridionalis & Borealis mundi partes, quæ ſitu ſuo variare etiam res poſſunt, à te creatæ ſunt ac diſpoſitæ.
Abditam ſedem.]Explicat nomen venti צפון:
14. 15 Igitur cùm tu poſſis præſtare id quod vis, & velis bonum præſtare, effice in nobis, quod ſæpè te velle & poſſe re ipſa oſtendiſti.

13 *Dexteram mundi, Boreæ creaſti*
Abditam ſedem; tibi cantat Hermon,
Et tuum nomen recitat ſonoro
Carmine Thabor.

13 צפון וימין
אתה בראתם
תבור וחרמון
בשמך ירננו׃

14 *Brachij quando valida eſt tui vis,*
Polleat victrix manus iſta, in altum
Dextera exurgat tua certa ſummi
Roboris index.

14 לך זרוע עם
גבורה תעז ידך
תרום ימינך׃

Muniunt

15 צדק ומשפט מכון כסאך חסד ואמת יקדמו פניך׃

15 *Muniunt iſtud ſolium perenne*
Æquitas & ius; faciem tuámque
Veritas conſtans præit, & iuuandi
Certa voluntas.

16 אשרי העם יודעי התרועה יהוה באור פניך יהלכון׃

16 *Ille dicendus populus beatus,*
Qui ſciunt IAM *reſonare, itérque*
Qui tui ſplendens ineunt micantis
Lumine vultus.

16 Parecbaſis elegantiſſima, ex argumento præſenti petita.

17 בשמך יגילון כל היום ובצדקתך ירומו׃

17 *Nominis fient hilares tui vi,*
Iuſtus hos tolles, faciéſque iuſtos;

17 Myſterium iuſtitiæ per Chriſtum hominibus afferendæ.

18 כי תפארת עזמו אתה וברצונך תרים קרננו׃

18 *Tu decus, robur quibus euehendis*
Præſidiúmque es.

19 כי ליהוה מגננו ולקדוש ישראל מלכנו׃

19 *Tu probas noſtri ſtatuenda regni*
Cornua, & figes ea; namque noſtri
Regis eſt cura, eſt clypeúſque ſancto
Iſrael IAE.

19 Ideò conſtituiſti regnum temporale in domo Dauid, quod æternum ſignificabat regnum.

20 אז דברת בחזון לחסידך ותאמר שויתי עזר על גבור הרימותי בחור מעם׃

20 *Iam pio, te qui colit, es locutus*
Certa viſenti, E populo valentis
Auxili lectum iuuenem ſuperna ad
Culmina tollo.

20 Dixiſti Samueli, te velle de populo eligere regem magnũ, magniq. regni olim ſtatuendi ſignum.

21 מצאתי דוד עבדי בשמן קדשי משחתיו׃

21 *Sum Dauid nactus famulum probatum;*
Vngere hunc ſancto ſtatui ipſe oliuo;

22 אשר ידי תיכון עמו אף זרועי תאמצנו׃

22 *Comparat noſtra hunc manus, húncque noſtra*
Brachia firmant.

23 לא ישיא אויב בו ובן עולה לא יענגו׃

23 *Hoſtis hunc nunquam ſuperans tributi*
Lege vexabit, premet aut iniquus:

24 וכתותי מפניו צריו ומשנאיו אגוף׃

24 *Conterámque ipſi malè amica plagis*
Agmina duris.

25 ואמונתי וחסדי עמו ובשמי תרום קרנו׃

25 *Veritas huic & mea vis benigni*
Numinis conſtans aderit, meóque
Illius firmum ac ſtabile eminebit
Nomine cornu.

25 Huic conſtabit regnum, quod erit ſignũ veritatis Chriſti à me promiſſi conſtituræ.

26 Dauidi partim in figura, sed Christo plenè in veritate.

26 *Huius imponam pelago manumque ac*
Dexteram cunctis fluuiis timendam:
Hunc colent terræ, mare quas oberrat,
Flumina scindunt.

27 *Me patrem dicet proprium sibi ille,*
Me sibi FORTEM, *scopulum salutis.*

28 *Illum ego terræ faciam priorem*
Regibus altis.

29 *Numinis semper mea vis benigni*
Certa constabit, solidique pacti

Vsque & vsque. Exprimitur phrasis Hebræa, qua infinitudinem significat.

30 *Veritas, huius sobolemque in vsque &*
Vsque reponam:
Quot dies cæli, solium tot huius

Per me semper cõstabit beneficentiæ pactum, & misericordiæ exemplum, illorũ culpa, si aliquãdo hæc minus visantur, correptio est adhibenda.

31 *Conditum stabit. mea lex tamen si*
Filiis huius iaceat, nec illi
Iura frequentent,

32 *Quæque decernens statui prophanent,*
Iussa nec seruent, scelus ipse virga

33 *Prosequar dura, repetamque praua*
Verbere facta.

34 *Huic meum sed nec studium benignum,*
Nec fidem pacti violans negabo:

35 *Protuli quidquid labiis meis, hic*
Non iterabo.

36 *Numine ac nostro celebrata sancto*
Iura iurandi semel, illa nunquam
Vt Dauid vana experiatur, vt vel
Irrita, fingam.

37 Vti Sol, quanquã noctu lucere non videatur, nunquam tamen lumen amittit, sed apud me in cælo perpetuò lucet, & vt Luna nubilo etiam tempore, si non clarè,

37 *Quamdiu mundus, soboles manebit*
Huic, & vt præsens mihi semper est Sol,
Huic erit præsens solium perenni ac
Tempore firmum.

26 ושמתי בים ידו ובנהרות ימינו׃

27 הוא יקראני אבי אתה אלי וצור ישועתי׃

28 אף אני בכור אתננהו עליון למלכי ארץ׃

29 לעולם אשמור לו חסדי ובריתי נאמנת לו׃

30 ושמתי לעד זרעו וכסאו כימי שמים׃

31 אם יעזבו בניו תורתי ובמשפטי לא ילכון׃

32 אם חקתי יחללו ומצותי לא ישמרו׃

33 ופקדתי בשבט פשעם ובנגעים עונם׃

34 וחסדי לא אפיר מעמו ולא אשקר באמונתי׃

35 לא אחלל בריתי ומוצא שפתי לא אשנה׃

36 אחת נשבעתי בקדשי אם לדוד אכזב׃

37 זרעו לעולם יהיה וכסאו כשמש נגדי׃

Luna-

18 כורת יכון עולם וער בשחק נאמן סלה׃

18 *Lunáque vt mundo ſuperat fidelis*
Teſtis, & nubem variata luſtrat;
VSQVE conſtanti ſolium Dauid ſic
Comparo mundo.

39 ואתה זנחת ורזמאס התעברת עם משיחך׃

39 *Tu tamen pulſum procul ac reiectum*
Percitus flammis tumidi furoris
Vnxeras quem tu, ſinis, & repulſum
Negligis heu nunc.

40 נארחת ברירת עבדך חללת לארץ נזרו׃

40 *Ac tui fœdus famuli recidens,*
Sternis & ſacrum diadema terræ;

41 פרצת כל גדרתיו שמת מבצריו מחתה׃

41 *Illius ſepta ac ruis, atque muros*
Proteris altos.

42 שסהו כל עברי דרך היה חרפה לשכניו׃

42 *Hunc manu euellunt, pedibuſque calcant,*
Qui viam iuxta tenuere, cuncti;
Huncque vicini grauibus cachinni
Vocibus vrgent.

43 הרימות ימין צוריו השמחת כל אויביו׃

43 *Dexteram tollis nimis hunc prementum*
Hoſtium; pectus reficisque magno

44 אף תשיב צור חרבו ולא הקמתו במלחמה׃

44 *Gaudio: atque huius tu aciem retundis*
Enſis acutam.
Prœliis hunc nec ſtabilis, remiſſus

45 השבתו מטהרו וכסאו לארץ מגרחתו׃

45 *Splendor eſt huius, perijtque per te,*
Atque humi excelſum ſolium iacet quod
Proruis ipſe.

46 הקצרת ימי עלומיו הערית עליו בושה סלה׃

46 *Huic dies curtæ minuis iuuentæ;*
Vſque & obuoluis miſero hunc pudore:

47 ער מה יהוה תסתר לנצח תבער כמו אש חמתך׃

47 *Quis tibi eſt* IAS *modus hunc negandi aut*
Diſſimulandi?
Bilis an, ſeruet tua quæ inſtar ignis,

48 זכר אני מה חלד על מה שוא בראת כל בני אדם׃

48 *Sæuiet ſemper? quid ego, memento,*
Sæculi; an vanè ſobolem creaſti
Terrigenarum?

tamen lucem ſuã proferens, teſtatur ſe ſuũ curſum complere: ita mea benignitas, quãuis ob hominum populi mei ſcelera et culpas minus frequens minusq. explicita cõſpiciatur, nunquam tamen omnino ſemota ab ipſis erit.

40. 41. 42. Vexatur tamen populus tuus, & conflígitur, variis ærumnis anguſtè oppreſſus, variisque ab hoſtibus vexatus ac deriſus.

46 Illum nitorem quo initio lucebat, illumq. iuuẽtutis ſplendorem minui pateris.

48 Memineris exiguã eſſe ſua natura vitam meam, & ætatem breuiſſimam, meq. moriturũ eſſe breui, neq. opus eſſe feſtino & celeri igne iræ tuę cõſumi eam, quæ breui conſumenda eſt. Nemo enim eſt qui non moriatur corporali morte.

49 *Quem virum expertem tenet alma mortis*
Vita? ſe quis nam excipiat ſepulchro
50 VSQVE *ſubducens? Bonitas veliſta*
Eſt vbi priſca?

Memẽto potius tuæ illius antiquæ bonitatis & miſericordiæ, quam obtineas precor.

Quæ fides ſancto tibi iure pacta
Cum tuo quondam, DOMINE *ô,* DAVIDE?

51 Contra quam benignitatem inimici tui obloquuntur.

51 *Te tuis par eſt meminiſſe ſeruis*
Addita probra.
Iacta, quæ à multis populis recepi,
Perfero, atque his in ſinubus repono
Probra viuenti tibi non ferenda
Incolumíque.
52 *Vt petant probris, repetántque vt,* IAS,
Gens tui hæc calces inimica Chriſti:
53 *At fides conſtans celebretur* IAE *in*
Sæcula mundi.

49 מי גבר יחיה
ולא יראה מות
ימלט נפשו מיד
שאול סלה׃

50 איה חסדיך
הראשנים אדני
נשבעת לדוד
באמונתך׃

51 זכר אדני
חרפת עבדיך
שאתי בחיקי כל
רבים עמים׃

52 אשר חרפו
אויביך יהוה
אשר חרפו
עקבות משיחך׃

53 ברוך יהוה
לעולם אמן
ואמן׃

FINIS LIBRI III.

PSALMO-

PSALMORVM LIBER IIII.

PSAL. XC.

Domine, refugium factus es nobis.

ARGVMENTVM.

MOSES quo tempore in solitudinibus commorabatur, orationem hoc argumento composuit, vt Deum illi populo iratum placaret, & reconciliaret; exponit autem suam ipsorum omnem salutem, vitam, & beatitudinem in vnius Dei gratia, voluntate, ac misericordia esse positam. Petit ipsum quàm breuissimè deposita ira, illis placatum, clementem, & facilem se exhibere, ac tandem salutis illius promissæ & per Christum præstandæ tempora non differri.

א תפלה למשה איש האלהים

Oratio Mosis viri DEI.

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

אדני מעון אתה היית לנו בדר ודר׃

Mansio tu DOMINE *es nobis, domus atque firma in omni*
Ætate, mũdus quàm peregit, antè.

ב בטרם הרים ילדו וחחולל ארץ ותבל ומעולם עד עולם אתה אל׃

2 *Antè graues montes quàm Terra parẽs daret renixa,*
Et orbis esset, FORTIS *ipse constas.*
Et sæclis idem cunctis prior, inque sæcla FORTIS
Mansisti, & idem semper & manebis.

ג תשב אנוש עד דכא ותאמר שובו בני אדם׃

3 *Mortalem in frusta imminuens teris vt minuta testæ,*
Iubesque verti filios Adami.

ד כי אלף שנים בעיניך כיום אתמול כי יעבור ואשמורה בלילה׃

4 *Ante tuos oculos milleſimus annus vt dies est*
Hesternus; hora vt nocte fixa transit.

ה זרמתם שנה יהיו בבקר כחציר יחלף׃

5 *Vorticibus turbas, somnus velut impotens, futuros,*
Vt manè fœnum transit innouatum.

ו בבקר יציץ וחלף לערב ימולל ויבש׃

6 *Manè nouum florénsque nitet bene; vesperi reciſum*
Aret viroris roboríque id expers.

ז כי כלינו באפך ובחמתך נבהלנו׃

7 *Namque tuo naso defecimus, atque terret ista*
Nos bilis ardens, turbidóque vexat.

Et no-

1 Scimus in te vno situm esse nostræ felicitatis præsidium, & vitæ subsidium, idque maiorum nostrorum sæculis cognouimus.

2 Scimus fortitudinẽ atque efficacitatẽ tibi propriã perpetuamq. esse, vt nobis præsidio esse possis.

3 Et tamen contendis cum misero mortali, quem potiùs contũdis & conteris; qui nihil omnino valet resistere. & indicis terrigenis conuersionẽ suarũ rerum in melius.

4 Iram autem tuam longo tempore prorogas, longo, inquã, miseris mortalibus, non tibi: nam tibi mille anni vt dies vna est.

5 At verò illis quodcunque tempus longũ est & tardum, tempus inquam laboris; sunt enim adeò fragiles, vt exigui temporis ærumnas sustinere nõ magis valeant, quàm fœnũ præcisum æstus ferre valet.

7 Hominibus grauissimus & vrentissimus est nasi tui æstus.

8 Et nostra opponis tibi praua; tui manere vultus
Occulta nostra ob lucidam facem das.
9 Te nanque omnes diuertêre dies fremente nostri;
Annique nostri, sermo ceu, volarunt.
10 Annorum nobis denûm prope septies dies sunt;
Aut adde denos roborinotando.
Quorum vsus summus, cura est grauis, & labor molestus;
Iniqua facti inuentio improbandi.
Cumque citò (solet vt) præciditur excidítque vita,
Volamus alis nescijs reuerti.
11 Istius nasi vim quis sciet? vrat vtque flamma
Ardens, tui pro debito timoris?
12 Sic, quandoque dies nostri numerantur, edoce nos;
Et prouidens tunc recta cor feremus.
13 IAS ô, redeas; quisnam modus? atque redde seruis
Te vtam tuis, & prospice his misertus.
14 Nosque tua manè exatura benitate, quod canentes
Lætas dierum ferias agamus.
15 Exhilara nos; vt mœstosque dies dabas premendo;
Longos vt annos vidimus malorum.
16 Istud opus monstra atq. istud decus ede te incolentũ,
Et genti & horum posteris futuris:
17 Vt nostri iucunda DEI DOMINIque vis fauoris
Immissa semper sitque fausta nobis.
Dirigat hæc manibus nostris facienda, prosperetque,
Vis nostrà quidquid fecerit manusque.

8 שת עוונתינו לנגדך עלמנו למאור פניך:
9 כי כל ימינו פנו בעברתך כלינו שנינו כמו הגה:
10 ימי שנותינו בהם שבעים שנה ואם בגבורת שמונים שנה ורהבם עמל ואון כי גז חיש ונעפה:
11 מי יודע עז אפך וכיראתך עברתך:
12 למנות ימינו כן הודע ונביא לבב חכמה:
13 שובה יהוה עד מתי והנחם על עבדיך:
14 שבענו בבקר חסדך ונרננה ונשמחה בכל ימינו:
15 שמחנו כימות עניתנו שנות ראינו רעה:
16 יראה אל עבדיך פעלך והודך על בניהם:
17 ויהי נעם יהוה אלהינו עלינו ומעשה ידינו כוננה עלינו ומעשה ידינו כוננהו:

10 Nam tota vita hominis etiam longissima, octogesimum annum non excedit.
Atque hi ipsi anni vt plurimùm laboribus, ærumnis, curis, & cogitationibus molestis consumuntur: & his finitis, vita claditur.

11 Atque quàm sit magna ira tua, nemo satis nouit, nemo satis timere potest indignationis tuæ vim: igitur doce nos numerum dierum, quo feremus istam iram, vt docti sapiamus, & corde sapienti, quæ agenda sunt, agamus tuæ reconciliationis causa; nam aliàs nos dies nostros nõ rectè numerare possumus, nec sapere sine te.

13.14.15. Imò potiùs tu te nobis redde, & rediens reconciliare tua clemẽtia, & quàm citissimè, mane ipso, non in extremo temporis, nos tua misericordia satura, vt breues hos vitæ dies non in miseria, sed in lætitia sancta traducamus, satis diu doluimus; gaudeamus tantundem.

17 Demùm tuum illum salutis Pontificẽ mitte nobis, qui spiritum addat, quo tibi grata per omnẽ vitam faciamus.

PSAL.

PSAL. XCI.

Qui habitat in adiutorio Altissimi.

ARGVMENTVM.

CERTAM, singularē & perpetuam Dei prouidentiam & curā erga verè pios homines describit Psalmus: est enim Catholici argumenti, ad eos omnes pertinens, qui se totos ad pietatem purè colēdam tradiderunt; Deumq. suum præsidium & summum bonum sibi proposuerunt, idque simplicissimè & candidissimè; hos nullis periculis, nullis difficultatibus, quamuis maximis, superandos esse docet, angelorum ministerio fouendos, & veræ atque absolutæ salutis illius, cuius Christus Pontifex fuit, compotes efficiendos esse pollicetur.

CARMEN SAPPHICVM.

1 ישב בסתר עליון בצל שדי יתלונן׃

2 אמר ליהוה מחסי ומצודתי אלהי אבטח בו׃

3 כי הוא יצילך מפח יקוש מדבר הות׃

4 באברתו יסך לך ותחת כנפיו תחסה צנה וסחרה אמתו׃

5 לא תירא מפחד לילה מחץ יעוף יומם׃

6 מדבר באפל יהלך מקטב ישוד צהריים׃

7 יפל מצדך אלף ורבבה מימינך אליך לא יגש׃

8 רק בעיניך תביט ושלמת רשעים תראה׃

1 QVi latens vmbra sedet in SVPERNI &
Copiis MAGNI manet; ille & IAE (vt
2 Dicam ego) Tutor meus, arxque firma,
Spes DEVS & mi.
3 Ille te absconso eloquio remotum
Eruet, dura excipiétque peste;
4 Te sua penna teget & sub alis,
Tutior vt sis.
Illius scutum & clypeus fides est.
5 Noctis horrores nihil, aut volanteis
Per diem clarum celeres sagittas
Inde timebis.
6 Non frequentem vmbris nebulisque pestem,
Non luem, qualis medium per æstum
Dira grassatur, rapidóque vastat
Membra calore.
7 Ad latúsque istud moribunda mille
Corpora, ad dextram decies cadántque
Millies quamuis, tamen illa nunquam
Te prope tanget.
8 Vt tuis spectes oculis, periclo
Liber ac testis, videásque qualis

1 Deus altus à nemine tangi, à nemine videri, omnes tangere, omnes videre, suos protegere, alienos turbare & obruere potest. Idem copiis magnus, qui alere suos potest abundātissimè.
2 Ille dicet de Deo id quod ego referam, Tu mihi tutor, &c.
3 In hoc Psalmo varia personarum inductio est auctor psalmi, vir pius de quo Psalmus est, & Deus loquuntur. à 3. versu vsque ad 8. auctor loquitur.
5 Omnes hæ liberationes perpetuò spiritaliter, nonnunquam etiam simpliciter explicantur.
5 Veritas promissorū illius pro scuto tibi est.
6 Non venena, non naturæ ac temporum incommoda, nō bella & mille ab hominibus profecta pericula.
8 Manifesta Dei iudicij & prouidentiæ exempla piis obseruantur.

Impios merces maneat, mali quæ
Præmia facti.

9 Prosopopœia pij viri, ait sibi hæc omnia certa spe proposita esse, Deum tutorē suum habenti, cuius sedes sancta, & præsidium firmissimum sit.
10 Auctoris oratio.

9 *Namque tu certus mihi tutor* IAS,
Cui loco sedes posita est superno:
10 *Et mali aduersi tibi nil parari,*
Accidere aut quit;
Nec tuo plaga aut violens propinquam
11 *Se tabernaclo dabit: is suos nam*
Angelos iussit comites viarum ad-
esse tuarum:
Esse custodes, leuibusque palmis
12 *Ferre sublimem, tibi saxa lædant*
Ne pedem offenso. subigetque euntis
Planta leonem.
13 *Aspida impunè & catulos leænæ*
Ipse calcabis, volucrem & draconem
Terga voluentem sinuata longis
Squamea spiris.

14 Dei oratio. Quandoquidem me cognouit, cognitum coluit, atq. omni studio quæsiuit, ac petiit, nominis mei virtute, qua fisus est, liberabitur.
15 Appellatus illi adero præsenti auxilio; adeoque apertè consulam, & prouidebo, vt cognosci possit, quātum interfit inter veros cultores meos, & eos, qui me non colūt, aut nō purè colūt.
16 Piorum dies quia bene expositi, etiamsi pauci, tamen lōgi sunt & boni, ita vt vita satur pius decedat, atq. illo diuino beneficio tandem donetur, in quo omnium promissorum continetur summa.

14 *Me bene ardenti est animo hic secutus,*
Arctè & amplexus, procul hunc periclis
Eruam, celsum statuam meo sic
Nomine doctum.
15 *Certa responsa huic referam vocatus,*
Huic in angustis adero ipse rebus;
Libero ac tuto decus atque honorem
Prouidus addam.
16 *Hunc dabo longis saturum diebus,*
Et meæ tandem faciam salutis
Compotem sensu solido videre
Dona beatæ.

כי אתה יהוה מחסי עליון שמת מעונך׃
לא תאנה אליך רעה ונגע לא יקרב באהלך׃
כי מלאכיו יצוה לך לשמרך בכל דרכיך׃
על כפים ישאונך פן תגוף באבן רגלך׃
על שחל ופתן תדרך תרמס כפיר ותנין׃
כי בי חשק ואפלטהו אשגבהו כי ידע שמי׃
יקראני ואעננהו עמו אנכי בצרה אחלצהו ואכבדהו׃
ארך ימים אשביעהו ואראהו בישועתי׃

PSAL.

PSAL. XCII.

Bonum est confiteri Domino.

ARGVMENTVM.

QVIBVS rebus pij populi animi festis diebus vacare debeant, apertè Psalmus hic docet, nempe Dei laudibus canendis ex contemplatione operum ac beneficiorum Dei; ne mens ab hac grata ac debita contemplatione in tenebras incidat infidelitatis, vt multi inciderunt, sensu abalienati à Deo, & ad vanas commentationes traducti; quorum vitæ ac doctrinæ exitus detestandus fuit: cum Deus semper maneat potens, sapiens, & misericors, qui perpetua mirabilium ac beneficiorum suorum monumenta statuerit. quæ qui obseruauerit, atque auctorem ipsum purè sanctèque coluerit, ille magnis Dei promissis, tandem compos maioris etiam, & perpetuæ laudis materiam nanciscetur.

1 מזמור שיר ליום השבת׃

1 *Psalmus cantici ad diem Sabbathi.*

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

2 טוב להודות ליהוה ולזמר לשמך עליון׃

2 IAM *veridicis dicere versibus*
Lux hæc læta, bona, & commoda Sabbathi est;
Isti ac ferre superno
Psalmi cantica nomini:

3 להגיד בבקר חסדך ואמונתך בלילות׃

3 *Summo ac manè tua exponere munera,*
Vltrò quæ bonus hic edere tu soles,
Quæ & præstare fidelis,
Totis addere noctibus.

3 Vt ex contemplatione operum tuorũ deueniamus ad misericordiam promissorum, atque constantiã in iis præstandis cognoscendã & laudandam, idque toto die agamus.

4 עלי עשור ועלי נבל עלי הגיון בכנור׃

4 *Testudo fidibus quæ resonat decem,*
Adsintque vtre cauo nablia spiritus
Plena; & quæ modulantur
Argutos citharæ sonos.

4 Intentis animis ac sensibus.

5 כי שמחתני יהוה בפעלך במעשי ידיך ארנן׃

5 *Nam quod constat opus te artifice, & manus,*
IAS, *quæque tuæ facta patent, mihi*
Læto carminis ampli
Argumenta parant pia.

5 Nemo potest rectè rerũ contemplari naturam, quin in admiratione raptus, te laudet & canat.

6 מה גדלו מעשיך יהוה מאד עמקו מחשבתיך׃

6 IAS *magna tua vt facta! & vt intimè &*
Valdè occulta probas consilia vt tua!

6 Ex rerum naturæ contemplatione cuidens cognitio prouidentiæ tuæ oritur, quam stulti & stupidi non intelligunt.

7 איש בער לא ידע וכסיל לא יבין את זאת׃

7 *Nosse hoc nec stupidus quit,*
Stultus nec valet assequi.

8 *Herbarum vt similes floribus improbi*
Crescunt atque nitent qui mala perpetrant,
Excisi vt pereant, sint
Vsque in perpetuum nihil.

9 IAS *perpetuò excelsus & editus*

9.10. Cùm tu manifestus & editus proberis ex iis, quæ à te facta sunt, malè peribũt, qui te impugnãt, negantes aut esse, aut mundi auctorem esse.

10 *Tu summusque manes: ecce etenim tui*
Hostes, ecce tui IAS
Hostes vt pereunt malè!
Et qui praua gerunt, dissilient quoque;

11 Illi omnino disperdẽtur cum sua doctrina & vanitate: mea autem gloria superabit, qui te cõfiteor mundi conditorem, rectorem, & misericordiæ auctorem.

11 *Dissectique fluent: tu tamen editum*
Cornu vt Rhinocerotis
Tolles, & statues meum.
Perfusus viridi iamque oleo fruar

12 Non solùm spei & fidei meæ exitum videbo optimum; sed finem insidias mihi parantium dignum aspiciam, & pœnas audiam illis destinatas.

12 *Ipse. Atque his oculis mî insidiantium*
Finem conspiciam, atque his
Pœnas auribus audiam,
Infestos mihi iam quæ excipient malos.

13 *Iustus floruerit palma velut virens,*
Multo & germine crescet
Felix ceu Libani larix.

14 Omnium vanarũ doctrinarum & sectarum finis erit infelicissimus; illorũ verò qui in disciplina & religione Dei instituti perseuerauerint, erit finis honestissimus & beatissimus.

14 IAE *inque æde boni qui fuerint sati,*
Nostri nempe DEI *floridi in atriis*
15 *Fient: inque senecta*
Pingues, nec steriles virent.

16 Prauitas nulla in Deo, eiusve operibus, consiliis & ptouidentia est. Quæcunque prauitas est, ex hominum ingenio & stultitia est.

16 *Vt cuncti referant, æquus vt omnibus*
IAS *perpetuò permaneat, mea*
Rupes, cuius in almo
Nulla est numine prauitas.

PSAL.

PSAL. XCIII.

Dominus regnauit, decorem indutus est.

ARGVMENTVM.

AD eundem cum superiore finem & vsum Psalmus hic compositus fuit, vt ex rerum à Deo effectarum, quarum historiæ leguntur festis diebus, cõtemplatione alia diuinæ laudis argumenta oriantur: quibus explicetur Deũ regnare in orbe terrarum, quod non solùm creatione ipsa mundi & partium eius, verùm etiam nouis miraculis circa mundi partes editis, confirmetur, vt in transitu filiorum Israel per mare & Iordanem, & aliis.

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

1 יהוה מלך גאות לבש לבש יהוה עז התאזר אף תכון תבל בל תמוט׃

1 IAS *regna tenet, vestem vestitque decoram,*
Accinxit se robore & IAS.
Testis & orbis erit, qui conditus, vt stabilisque est
Firmatus non dissilit vnquam.

1 Deus ille noster gubernat mundum, regisque decus, & potẽtiam exhibet apertis argumentis. quòd sit potens & fortis, eius opus indicat stabile.

2 נכון כסאך מאז מעולם אתה׃

2 *Estque tuum solium, stabilitaque regia præ tunc,*
Ipse & præ mundo quoque constas.

2 Ille autẽ ante mundum æternus erat.
Præ tunc. ex Hebræo, vt significetur æternitas à parte anteriori.

3 נשאו נהרות יהוה נשאו נהרות קולם ישאו נהרות דכיים׃

3 *Flumina vocem,* IAS, *attollunt, flumina tollunt,*
Et fluuij tollunt quoque fluctus.

3 Quòd regnet, gubernet, & moderetur, probant magnæ mutationes rerũ ad tempus editæ.

4 מקלות מים רבים אדירים משברי ים אדיר במרום יהוה׃

4 *Fortibus ac multis vndarum vocibus altè*
Fortior est maris editus IAS

5 עדתיך נאמנו מאד לביתך נאוה קדש יהוה לארך ימים׃

5 *Fluctibus effractis. Tua sunt testata fideli*
Numine firmata ac bene certo.
IAS, *sancta tua est ædes; sanctumque, decusq. hanc*
Sæcla decent in longa dierum.

5 Igitur his testibus probatur tua efficientia & virtus in rebus gubernandis: probatur & veritas & sanctitas religionis eius, quæ te rectè colit, & veneratur.

PSAL. XCIIII.

Deus vltionum Dominus.

ARGVMENTVM.

PSALMVS hic summam quandam obseruationem complectitur eius doctrinæ sacrę partis, in qua de diuini iuris rationibus agitur; quę cũ çquissimæ sint, omnibusque partibus absolutissimæ, Deũ ipsum iudicem orbis probant, cuius muneris virtutem admirabilem in miseris & afflictis à potentiorum manu atque tyrannide asserendis, ostendi mundo pij cupiunt, quorum oratio hoc refertur carmine.

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

1 אל נקמות יהוה אל נקמות הופיע׃

1 VIndex refulge numine vindice
O FORTIS IAS, *tollere & arbiter*

1.2. Deus, qui idem Fortis, idem vindex iniuriatũ diceris verè, iudicẽ te exhibe mun-

2 *Terræ repende, & quæ arrogantes*
Præmia commeruere faſtus.
3 IAS *modus quis, quis modus impiis*
Plauſus, nouandi gaudia & improbis?
4 *Pronuntiabunt dura praui*
Artifices, loqui & inſoleſcent?
5 IAS, *tuum qui ſic populum atterunt,*
Fundum ac prementes imminuunt tuum:
6 *Orbumque, & orbatam marito*
(Aduenæ & haud miſeret) trucidant.
7 *Dicuntque, Non* IAH *viderit, ac* DEVS
Vindex Iacob proſpiciet nihil.
8 *Inſana quando turba diſces?*
Perſpicite hoc ſtupidumque vulgus.
9 *Qui plantat aurem, non tamen audiet?*
Fictor videbit non oculi artifex?
10 *Qui corripit gentes, reprenſor*
Non erit, idem hominumque doctor?
11 *Quæ cogitata vt ſint hominis nihil,*
12 *Cognouit* IAS. *Quem virum & erudis*
Et lege curas edocendum, eſt,
IAH, *ſolidis numeris beatus.*
13 *Illum diebus tuta quies malis*
Mulcebit, alta exciditur improbo
14 *Dum foſſa: nam fundum ſuum non*
Deſtituet, populum vel IAS.
15 *Cùm vis redibit iuſtitiæ ſequax,*
Atque id ſequentur cor quibus integrum eſt:
16 *Quis mi inſceleſtos, quis ne ſiſtet?*
Prauificos feret atque rectus?
17 *Quàm penè furua ad clauſtra ſilentium*
Sediſſet altè ſciſſa anima hæc, niſi

2 הנשא שפט הארץ השב גמול על גאים׃
3 עד מתי רשעים יהוה עד מתי רשעים יעלזו׃
4 יביעו ידברו עתק יתאמרו כל פעלי און׃
5 עמך יהוה ידכאו ונחלתך יענו׃
6 אלמנה וגר יהרגו ויתומים ירצחו׃
7 ויאמרו לא יראה יה ולא יבין אלהי יעקב׃
8 בינו בערים בעם וכסילים מתי תשכילו׃
9 הנטע אזן הלא ישמע אם יצר עין הלא יביט׃
10 היכר גוים הלא יוכיח המלמד אדם דעת׃
11 יהוה ידע מחשבות אדם כי הבה הבל׃
12 אשרי הגבר אשר תיסרנו יה ומתורתך תלמדנו׃
13 להשקיט לו מימי רע עד יכרה לרשע שחת׃
14 כי לא יטש יהוה עמו ונחלתו לא יעזב׃
15 כי עד צדק ישוב משפט ואחריו כל ישרי לב׃
16 מי יקום לי עם מרעים מי יתיצב לי עם פעלי און׃
17 לולי יהוה עזרתה לי כמעט

2 Do, magnis hominum ſceleribus inquinato.

3 Improbi cũ nõ ſentiant in ſe manifeſta ſeueritatis iudicij ſui argumenta, nõ tolùm negante iudicem, ſed ſibi plaudunt vt potẽtioribus & ſapientioribus præter cæteros, nomen רשע impium & improbum rectè vertamus.

7 IAH nomen Dei eſt, ethnicis etiam notum, quod illi IAΩ vocant. hunc impij & improbi humanas res non videre aut nõ curare aiunt: vindex Deo Iacob, qui humilem Iacob ſuſcepit fouendum, defendendum, & promouendum.

9 Illũ agnoſcere omnia, probat naturæ opus; nam qui vim ſenſibus tribuit, eam vim etiam ipſe citra ſenſũ membra & inſtrumẽta poſſidet.

10 Ab ipſo etiam improbari maleficia & ſcelera, probat animaduerſio in plures gẽtes edita, & doctrina eius qua ius docetur, atque æquitatis ratio oſtenditur.

12. 13. 14. Ille beatus eſt, & vitę ſuæ curſum rectè inſtituere poteſt, qui non rationibus & cogitationibus humanis, ſed legis tuæ notitia & cognitione eruditur ac docetur; ex cuius legis cognitione ad omnes humanarũ rerum formas, partes & caſus optimè & cõmodiſſimè inſtruitur.

15. 16. 17. 18. Cùm aliquis doctus fuerit diuinæ legis præceptis & inſtitutis, ius æquitatemque ſeruabit, cũ iuſtitia & pietate coniuncta, dummodo recto corde ſit. Sed ſi idem à potentiſſimis

* IAS

שכנת דומת נפשי׃

IAS *mihi, is qui ſemper adſtat,*
Ferret opem auxiliumque certus.

& improbiſſimis opprimatur, non deſperabit, ſed credens expectabit ſui aſſertorẽ, malorumq. vindicem Deum.

18 אם אמרתי מטה רגלי חסדך יהוה יסעדני׃

18 *Si dico forſan, Pes labat en meus;*
Fulcibat, IAS, me bonitas tua:

19 ברב שרעפי בקרבי תנחומיך ישעשעו נפשי׃

19 *Curas & inter me prementes*
Hanc animam recreator ipſe

20 היחברך בסא הוות יצר עמל עלי־חק׃

20 *Solaris. An ne is ſit ſocius tibi,*
Peruerſa fingens qui ſtatuit, thronus?

20 Non enim Deus admittit ad ſe iniquos, aut iniquitatem, néq. eos qui praua honeſtis, honeſta improbis nominibus perturbãt: ſimpliciſſimus eſt Deus, & fraudem omnem execratus, ſimplicitatem ſimplicesque cuetur.

21 יגודו על נפש צדיק ודם נקי ירשיעו׃

21 *Iuſti phalange atque acta damnant*
Compoſita, innocui & cruorem?

22 ויהי יהוה לי למשגב ואלהי לצור מחסי׃

22 IAS *meumque eſt præſidium, meus,*
Tutela rupesque eſt DEVS; *& mihi.*

Fraus his erit conuerſa fraudi,
Artifices repetet ſuosque.

23 וישב עליהם את אונם וברעתם יצמיתם יצמיתם יהוה אלהינו׃

23 *Exſcindet* IAS *hos proprio malo,*
Exſcindet ipſa hos nempe malignitas,
Noſter DEVS, *qui nos tuendo*
Principis officium probabit.

PSAL. XCV.

Venite exultemus Domino.

ARGVMENTVM.

DIVINAE miſericordiæ in beneficiis humano genere promittendis, & veritatis atque conſtantiæ in iiſdem præſtandis rationes, Pſalmus hic exponit: aſſerens Deum eſſe potentiſſimum, ſapientiſſimum, ac benigniſſimũ, qui Eccleſiam ipſe elegerit fouendam, gubernandam, amplificandamque ſuſceperit, idque omnino præſtiterit erga eos, qui recta fide & morũ probitate, virtutisque exercitatione pietatis ſtudium colentes, in diuina illa electione permanſerint: aliis verò contrà euenerit, qui infidelitate atque inobedientia ſeſe tantis beneficiis indignos reddiderint.

CARMEN. SAPPHICVM.

1 לכו נרננה ליהוה נריעה לצור ישענו׃

1 VOcibus iunctis, animisque ouantes
Iubilis IAE *properè canamus,*
Noſtra qui rupes, reſonemus, alta eſt
Spesque ſalutis.

1.2. Diuinorum beneficiorum erga nos memoriam gratulationibus celebremus, & ſupplicationibꝰ decretis recolamus.

Laude

2 Laude præclarum celebri fatentes
Illiusque os & faciem petamus
Obuij ac docti resonare numen
Illius hymno.

2 נקדמה פניו בתודה בזמרות נרים לו׃

3 Magnus est IAS valideque FORTIS;
Magnus est, omnes superat Deosque

3 כי אל גדול יהוה ומלך גדול על כל אלהים׃

4 Rex, manus cuius penetranda terræ
Continet antra.
Montiumque illi insuperata substant

4 אשר בידו מחקרי ארץ ותועפות הרים לו׃

5 Culmina; auctori huic mare substat; huius
Ficta prudentis manibus, magistri &
Arida constat.

5 אשר לו הים והוא עשהו ויבשת ידיו יצרו׃

6 Ergo prostrati penitusque curui,
Supplices IAE genibusque flexis
(Quo patre, auctore ac, sumus) ante dia
Ora cadamus.

6 באו נשתחוה ונכרעה נברכה לפני יהוה עשנו׃

7 Præterea illum nostri amatorem, curatoré, & pastorem singulari prouidétia, nos populum gregemque suum esse, gaudentes canamus, si tamé velimus voci eius obedire.

7 Ille nam noster DEVS est, & ipsi
Pascui illius populus pecusque,
Quos manus ducens agit & recenset
Illius vna.

7 כי הוא אלהינו ואנחנו עם מרעיתו וצאן ידו היום אם בקלו תשמעו׃

8 Nam aliàs ob infidelitaté & inobedientiam ab illa electione & singulari gratia decidemus. Inducitur iã hoc loco Deus alloquutus populum.

Meriba, cõtentio & exacerbatio. loci nomen est ita dicti, ob monumentũ criminis Israeliuarum & iudicij Dei; sic etiam Mazzah loco nomen positum est, à tentatione Israelitarum aduersus Deũ.

Auribus vocem modò si tenetis
8 Illius certis hodie; cauete,
Vestra ne, vt quondam in Meriba, rigescant
Ferrea corda.
Quo die Mazzah retulit tremendum
Nomen incultos Arabum per agros;

8 אל תקשו לבבכם כמריבה כיום מסה במדבר׃

9 Me quidem vestri voluere cùm tentare parentes.

9 אשר נסוני אבותיכם בחנוני גם ראו פעלי׃

10 Satis magnũ exemplum patientiæ, expectationis, & seueritatis etiam iudicij mei, quadraginta integris annis est editum ad posterorũ eruditionem ac prudentiam.

10 Qui meum experti didicere opusque; & Ipse contendi generi per annos
Huic quater denos, populusque, dixi,
Corde proteruo est:

10 ארבעים שנה אקוט בדור ואמר עם תעי לבב הם והם לא ידעו דרכי׃

Gens

Gens & erroris ſtudio, meas &
Quæ vias ſpernit, renuitque noſſe,
11 אשר נשבעתי באפי אם יבאון אל מנוחתי׃ 11 *(Iuro vt offenſus) mea ſi ſubibunt*
Regna quietis.

PSAL. XCVI.

Cantate Domino canticum nouum.

ARGVMENTVM.

PSALMVS hic refertur ad laudem potentiæ, virtutis, auctoritatis, & maieſtatis Dei, quæ ſpectatæ fuere apertiſſimè, cùm populus Iſrael ex ſolitudine Arabiæ in gentium regiones deductus eſt, quarū qui dicebantur dij, nihil omnino valuerunt, neque dicatas ſibi regiones aut gentes propugnare potuerunt, quia dæmonia erant, quorum vis cum diuina virtute nullo modo comparari debet aut poteſt.

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

1 שירו ליהוה שיר חדש שירו ליהוה כל הארץ׃ 1 IAM *carminibus dicite nunc nouis,*
IAM *cuncta canat terraque perſonet;*
IAE *nomen & almum*
Gratis dicite laudibus.

1 Omnes nos, qui ad Dei populum pertinemus, imò omnis habitabilis terra, agnoſcat hunc eſſe verum ac ſolum Deum cūctis celebrandū, hunc eſſe conditorem orbis.

2 שירו ליהוה ברכו שמו בשרו מיום ליום ישועתו׃ 2 IAM, *certa ſalus quo venit arbitro;*
Vos hunc lætificis dicite nuntijs;
Seruantemque die & nos
Omni vos canite hunc die.

2 Eundem hominum ſalutem eſſe, canentes affirmate, qui metuēdus & colendus ſit; nō ſolùm hominibus, vetùm diis vocitatis omnibus.

3 ספרו בגוים כבודו בכל העמים נפלאותיו׃ 3 *Illumque amplificum dicite gentibus*
Et cunctis populis mirificum, magis
4 כי גדול יהוה ומהלל מאד נורא הוא על כל אלהים׃ 4 *Cunctis terribilem dijs*
IAM *laudeque maximum.*
5 כי כל אלהי העמים אלילים ויהוה שמים עשה׃ 5 *Omnes nam, populi quos celebrant Deos,*
Sunt diri, & nihili; ſtultitiæ, impotes:
IAS *auctor at ipſe*
Cælos fecit & æthera.

5 Omnia hæc ſignificat nomen אלילים ex etymo.

6 הוד והדר לפניו עז ותפארת במקדשו׃ 6 *Maieſtas præit hunc, claraque dignitas*
Huius ſancta decus, robur &, obtinent;
7 הבו ליהוה משפחות עמים הבו ליהוה כבוד ועז׃ 7 IAE *roboris ampli*
Numen cedite maximum

Vos ô de populis innumeris genus
8 *Et linguis varium, moribus &, bono*
IAE afferte probanda,
Digna & munera nominis.
9 *IAE sancta pij atque atria visite,*
Insignisque loci procidite huic solo,
Cuius numina vultus
Omnis terra tremens colat.
10 *IAS regnat enim, dicite gentibus*
(Orbis constat vti, nec refugus labat)
Iudex iuráque recta
Hic dicet populis bonus.
11 *Cæli lætitia percelebri sonent,*
Omnis terra quibus gestiat accinens;
Vastumque intonet æquor,
Quidquidque hoc replet, assonet.
12 *Exultent saturi & quidquid habent agri,*
Tunc siluis recinant omnibus arbores
13 *IAS cùm veniet, cùm*
Terræ aduenerit arbiter;
Orbem iustitia qui reget integra,
Et certa populos conueniet fide:
Namque est ipse fideli
Verax numine maximus.

8 Huius vnicam Ecclesiam adite & frequentate: hunc colite, & humi procumbentes adorate.

10 Vt orbem cõstare certum est, ita IAM regem & gubernatorẽ orbis esse, est certissimũ & verissimũ: nãq. huius vnica prouidẽtia & moderatione constat. non constaret sibi, si à pluribus diis gubernaretur.

12 Cùm ostensa fuerint signa & argumẽta iudicij Dei, quæ quotidie obseruantur, obseruabuntur etiam longè clariùs Euangelij tempore, & clarissimè in iudicio vniuersali.

8 הבו ליהוה כבוד שמו שאו מנחה ובאו לחצרותיו׃

9 השתחוו ליהוה בהדרת קדש חילו ממנו כל הארץ׃

10 אמרו בגוים יהוה מלך אף תכון תבל בל תמוט ידין עמים במישרים׃

11 ישמחו השמים ותגל הארץ ירעם הים ומלאו׃

12 יעלז שדי וכל אשר בו אז ירננו כל עצי יער׃

13 לפני יהוה כי בא כי בא לשפט הארץ ישפט תבל בצדק ועמים באמונתו׃

PSAL. XCVII.

Dominus regnauit, exultet terra.

ARGVMENTVM.

IDEM huius ac præcedentis est Psalmi argumentum, verùm temporis & causæ ad componendum diuersa ratio indicatur. Namq. hic earũ rerum conditionem referre videtur, quæ populo Israelitarum Palæstinorum vrbes expugnante atque occupante, constituta fuit; ex qua manifestum signum extitit veritatis promissorum Dei de orbis seruatore ex Iudæ posteritate oriundo. Igitur & præteritorum ac præsentium commemoratio, & futurorum Dei beneficiorum expectatio hoc Psalmo continetur.

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

Rege

1 יהוה מלך תגל הארץ ישמחו איים רבים:

1 REge IA *exultet tellus, agat insula festos*
Plurima læta dies.

1 Terra continés omnis, & quæ mari interiecto à continente distat.

2 עכן וערפל סביביו צדק ומשפט מכון כסאו:

2 *Cui circum densa est nubes, ius fulsit & æquum,*
Iustitia huic solium.

2 Deus inuisibilis quanquam sit, tamen visibilia & manifesta æquitatis ac iudicij sui signa edit.

3 אש לפניו תלך ותלהט סביב צריו:

3 *Hunc rapidus properansque suos flammare premẽtes*
Anteit ignis edax.

3 Est enim seuerus in impios.

4 האירו ברקיו תבל ראתה ותחל הארץ:

4 *Fulgura præstringunt orbem, tellusque laborans*
Fulgura clara videt.

5 הרים כדונג נמסו מלפני יהוה מלפני אדון כל הארץ:

5 *Terra omnis* DOMINVM *ante* IAM *mõtesq. li-*
Cera velutque, fluunt. (*quescunt,*

6 הגידו השמים צדקו וראו כל העמים כבודו:

6 *Iustitiam cuius cæli ostendere, videntque*
Cuncti etiam populi

7 יבשו כל עבדי פסל המתהללים באלילים השתחוו לו כל אלהים:

7 *Amplificum numen. puduitque dolata colentes,*
Quique DEOS *nihili*
Iactant: huic omnes se proïcientque trementes,
Et quoque dij suberunt.

7 Non modò aduersum vanorum deorũ cultores, verumetiam aduersus deos ipsos vanos, potentem & seuerũ exhibuit se iudicem.

8 שמעה ותשמח ציון ותגלנה בנות יהודה למען משפטיך יהוה:

8 IAS *læta Sion, Iudæ ac tua iura puellæ*
Audierint alacres.

8 Sion & Iuda, quibus præcipuè & singulariter expressum est promissum salutiferi illius regis.

9 כי אתה יהוה עליון על כל הארץ מאד נעלית על כל אלהים:

9 IAS *namque omnis te dicet terra supernum,*
Te Dominumque suum.
Qui & premis immenso prælatus numine cunctos
Magna potensque Deos.

10 אהבי יהוה שנאו רע שמר נפשות חסידיו מיד רשעים יצילם:

10 *Vos quibus est studium, magni quibus est amor* IAE,
Feruidi & vsque pij
Fastidite malum; vitas animasque piorum
Ille tuetur amans:
Improba ne lædat manus hos ille eruit, à vi
Liberat ille mala.

10 Est seuerus aduersum impios & improbos, beneficentissimus & amantissimus erga pios & probos.

11 אור זרע לצדיק ולישרי לב שמחה:

11 *Lux seritur iustis; & queis rectissima corda,*
His fata lætitia est.

12 שמחו צדיקים ביהוה והודו לזכר קדשו:

12 *Sancti* IAE *memores laudum gaudete pij, qui*
Iustitiam colitis.

PSAL. XCVIII.

Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.

ARGVMENTVM.

POPVLI Iſraelitici in ſedibus ac regionibus promiſſis collocati, ac diuinis beneficiis in ſumma pace vſi, imaginem quandam hic Pſalmus refert: docetque Deum in promiſſis conſtantiſſimum eſſe, idque præſtandis oportunè beneficiis declarare, eundem etiam iudicem ſeueriſſimum aduerſus impios improbosque eſſe oſtendit. Atque hac imagine ad ſalutis illius maximè per Chriſtum mundo afferendæ, expectationē hominum animos inſtruit.

1 *Pſalmus.* מזמור א

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

1 Nouis & aſſiduis carminibus celebrandus eſt Deus, qui aſſidua mirabilium ſuorum documēta renouat, & perpetuò ſe ſalutiferum probat, potentiſſimumque manifeſtat.

2 Eadem opera ſalutem populo ſuo attulit, & iudicium in gētes ipſi improbandas exercuit.

3 Promiſſorū ſuorum conſtātiam re ipſa demonſtrauit Iſraelitis, in deſtinatas regiones adductis & collocatis, idem facturus in veritate ſalutis æternæ, & regni cælorum, quod in figura oſtenderat.

שירו ליהוה שיר חדש כי נפלאות עשה הושיעה לו ימינו וזרוע קדשו׃

IAE *mirifico vos noua carmina*
Auctori celebri dicite, dexteræ
Cuius certa ſalutis
Sancta & vis quoque brachij.

2 הודיע יהוה ישועתו לעיני הגוים גלה צדקתו׃

2 IAE *diua ſalus cognita conſtitit,*
Præſens iuſtitia eſt ante oculos patens,
Viſa & gentibus, illam
Queis ipſe expoſuit bonus.

3 זכר חסדו ואמונתו לבית ישראל ראו כל אפסי ארץ את ישועת אלהינו׃

3 *Verax namque, boni ac propoſiti memor,*
Auxit pollicitis Iſraelis domum,
Terræ ac finibus omnis
Noſtri eſt viſa ſalus DEI.

4 הריעו ליהוה כל הארץ פצחו ורננו וזמרו׃

4 IAM *terra alacris tota ſonans, ſtrepens,*
Exclamans & ouans pſallite, pſallite

5 זמרו ליהוה בכנור בכנור וקול זמרה׃

5 IAE, *nec citharæ vox*
Abſit, nec citharis fides.

6 בחצוצרות וקול שופר הריעו לפני המלך יהוה׃

6 *Voci mixta crepans ſit tuba cornuum:*
IAM *regem alacres præcinite, intonet*

7 ירעם הים ומלאו תבל וישבי בה׃

7 *Fœcundum mare monſtris*
Orbisque, orbis & incolæ.

8 נהרות ימחאו כף יחד הרים ירננו׃

8 Flumina præter ſolitum exuberantia, vt Iordanis, applaudant cum montibus Domino. alludit ad Iordanis refluxum.

8 *Et palmas feriant flumina, montium*
Idem ſit ſtudium, vox & ouantium

Ante

9 לפני יהוה כי בא לשפט הארץ ישפט תבל בצדק ועמים במישרים

9 Ante IAM; *veniet cùm is*
Terram vt iudicet arbiter.
Orbi iuſtitiæ ac arbitrij integri
Dicens iura dabit, queis populos reget
Iudex legibus æquis
Recti examine ponderis.

9 Venturus enim eſt, vt iudicium faciat in terra, aliosque ſeruet, fideles & obtemperãtes videlicet: infideles verò, & improbos, ac rebelles damnet, Euãgelij virtute & efficacitate.

PSAL. XCIX.

Dominus regnauit, iraſcantur populi.

ARGVMENTVM.

AD regum tempora pertinet hic Pſalmus, cùm iam Deus è tabernaculis mobilibus ad ædificatam ſibi ædem inter homines prouidentia quadam ſingulari habitaturus migrauerat. id enim maximam ipſius miſericordiam, & erga homines dilectionem declarauerat: illudque ſignificabat fore, vt in ipſorum hominum animis per Spiritum ſanctum domicilium ſibi collocaret gratiſſimum.

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

1 יהוה מלך ירגזו עמים ישב כרובים תנוט הארץ:

1 IAS regnat enim, iam populi tremant,
Nutet terra, ſedens in Cherubim editus

1 Agnoſcant populi verè Deum regnare in terris, vtpote cuius ſingularis prouidentia cognoſcitur, ſedentis inter Cherubim, indeque Sionis ciuitatem, & omnem Iſraelitarũ regionem gubernãtis.

2 יהוה בציון גדול ורם הוא על כל העמים:

2 IAS; alma Sion quem colit, altior
Cunctos qui populos premit.

3 Huiuſmodi teſtimonio populi Deum confiteantur.

3 יודו שמך גדול ונורא קדוש הוא:

3 Magnum, terribile, ac ſanctius omnibus
Faſſis percelebre & nomen erit tuum:

4 ועז מלך משפט אהב אתה כוננת מישרים משפט וצדקה ביעקב אתה עשית:

4 Eſt Rex ipſe potens, iuraque diligit;
Ipſe at recta fouens paras;
Auctor iura Iacob iuſtitiam & facis.

4 Tu defendis Iacob ab iis, qui opprimere ſtudent, illumque iuſtitia auges, & miſericordia foues. nam iuſtitiæ nomen miſericordię ſiue beneficentiæ rationem quoque indicat.

5 רוממו יהוה אלהינו והשתחוו להדם רגליו קדוש הוא:

5 IAM noſtrum, agite, extollite vos DEVM,
Huic ad ſcamna throni lucida ſupplices
Sancto procidite ad pedes.

6 Ille à magnis ac ſummis viris adoratus & cultus eſt, cùm nõdum ſe adeò familiarè hominibus exhiberet; namq. è nube loquebatur illis in tabernaculo mobili, etiam reſpondebat è nube. illis miniſtris gubernabat populum.

6 משה ואהרן בכהניו ושמואל בקראי שמו קראים אל יהוה והוא יענם:

6 Quem Moſes, & Aron quem colit illius
Inter ſacrificos, quem Semuel pius
Sancto magnificum nomine ſubditæ
Genti prædicat & docet.

7 בעמוד ענן ידבר אליהם

7 IAE oracla petunt & referunt data,
Dum nube è tereti hos alloquitur latens,

7 E nube leges illis propoſitas ſeruandas præcipit, quas ipſi reuerenter atque piè obſeruarunt.

Hi teſtata patres ipſius obtinent,
Et decreta colunt data.

שמרו עדותיו
וחק נתן למו ׃

8 Eo tempore te rectorem, gubernatoré ac iudicem exhibeas, prouidens illis, & caſtigans improba commenta eorum.

8 IAS *ipſe* DEVS, *quem colimus, dabas*
His reſponſa, bonus parcere, FORTIS *&*
Vlciſcens ſtudij crimina non probi,
Vindex & ſcelerum malis.

יהוה אלהינו
אתה עניתם אל
נשא היית להם
ונקם על
עלילותם ׃

9 Ergo decet oportetque maximè hunc colere atq. adorare, propiori nobis loco ſeſe noſtrum regem exhibentem, & ſedem etiã figentem.

9 IAM *laude* DEVM *tollite maxima*
Noſtrum, ſanctus enim noſter & eſt DEVS;
Sancto in monte ſibi quem dicat ac tenet,
Huic procumbite ſupplices.

רוממו יהוה
אלהינו
והשתחוו להר
קדשו כי קדוש
יהוה אלהינו ׃

PSAL. C.

Iubilate Deo omnis terra.

ARGVMENTVM.

LEGIS doctrinæ ſumma eſt Dei omnipotentis cognitio, creationis contemplatio, humani generis à Deo electi notitia, promiſſorum de ſalute hominum fides, & præceptorum ad eam ſalutem obtinendam obſeruantia. hanc ſummam Pſalmus hic breuiter perſtringit, quem ad gratiarum actionis vſum Pſaltes accommodauit.

1 *Pſalmus ad confeſſionem.*

מזמור לתודה

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

1 Ad omnes homines ſpectat Dei creatoris, electoris, & ſeruatoris cognitio, & earum cõſideratio rerum, quæ ad hæc pertinent; ex qua cognitione laudis perpetuæ argumenta oriuntur.

IAM *terra omnis numeris reſonate canoris,*
Hunc voce & plaudente vocate.

הריעו ליהוה
כל הארץ ׃

2 IAM *læti omnes colite & ſacra illius ora*
Voce animi plaudentis adite.

עבדו את יהוה
בשמחה
באו לפניו
ברננה ׃

3 Ille Deus qui cælũ & terram cõdidit, ille populum ſibi optauit, quem ſingulari benignitate foueret.

3 IAS *ipſe* DEVS *noſter cognoſcite, & illo*
Nos ſumus auctore atque valemus.
Non ſumus à nobis facti, grex illius imò
Ille & quos paſcitque regitque.

דעו כי יהוה
הוא אלהים הוא
עשנו ולא
אנחנו עמו
וצאן מרעיתו ׃

4 *Illius & faſsi & celebrantes oſtia adite,*
Et nomen celebrate fatentes.

באו שעריו
בתודה חצרותיו
בהלה הודו לו
ברכו שמו ׃

5 Deus vt patribus terrena promiſſa præſtitit, præſtabit nobis cæleſtia, iis, qui ab electione ſuo ipſorum vitio non deciderint.

5 *Nam bonus eſt* IAS, *& in omnia ſæcla benignus,*
Verax ætatemque per omnem.

כי טוב יהוה
לעולם חסדו
עד דר ודר
אמונתו ׃

PSAL.

PSAL. CI.

Misericordiam & iudicium cantabo tibi Dñe.

ARGVMENTVM.

DAVIDIS in regem à Deo electi & constituti professio hoc Psalmo exponitur. Qui officium suum Deo probandum fore sperans, canit, idque duplici capite constiturum declarat, videlicet misericordia & iudicio erga eos, quos regendos susceperit, & simplici vitæ suæ probitate, atque improborum hominũ detestatione, quę ad priora illa duo capita expediẽda commodè adhiberi debent.

1 לדוד מזמור

1 *Dauidis Psalmus.*

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

חסד ומשפט אשירה לך יהוה אזמרה׃

ET ius benignæ & mentis opus mihi
Cantanda semper proposui, bone
IAS, tibi vni & hæc reponam,
Et referens mea cuncta psallam.

1 Meum carmẽ perpetuò mihi meditandum & canendum, duobus argumentis à te petitis cõstabit, benignitatis in populo leniter gubernando, et iudicij atque æquitatis in iure dicundo.

2 אשכילה בדרך תמים מתי תבוא אלי אתהלך בתם לבבי בקרב ביתי׃

2 *Curabo sanam prospiciens viam*
Nouisse, quando tu venies mihi,
Versabor integro domique
Corde meæ penitusque simplex.

2 Te venturum meorum actorum, atque officij obseruatorem semper intelligam, ideoque illam viam communiam, quæ tibi grata est, hoc est, integritatis & simplicitatis.

3 לא אשית לנגד עיני דבר בליעל עשה סטים שנאתי לא ידבק בי׃

3 *Nec ferre nequam possum oculis meis,*
Nec rem scelestis ausibus editam:
Obliqua mî ipse hærere facta
(Odi equidem) patiar nec vnquam.

3 Non tãtùm ipse me præstare curabo pium & integrũ, sed familiam omnẽ meam & ministros ad huius normæ examen deligam; eos enim prorsus reiiciam, quos duplices, violentos, aut dolosos cognouero.

4 לבב עקש יסור ממני רע לא אדע׃

4 *Cor praua fingens (sit procul) arceo,*
Ignara semper sit mihi mens mali;

5 מלושני בסתר רעהו אותה אצמית גבה עינים ורחב לבב אותו לא אוכל׃

5 *Detractor occultusque amici*
Sit mihi perpetuò recisus:
Nec qui prælatis est oculis, neque
Corde arroganti qui intumeat, fero:

Arrogantes ambitiososque detestor.

6 עיני בנאמני ארץ לשבת עמדי הלך בדרך תמים הוא ישרתני׃

6 *Attendo & in terræ fideles*
His oculis, sociosque gratos.
Hos mecum iisdem sedibus applico;
Esse & viæ quem non piget integræ,
Hunc ipse dilectum ministrum
Esse mihi statuo proboque.

6 Probos, veri amatores amo.

Modestos, qui plana via sine anfractibus aut compendiis vitæ vtuntur.

Auctor

7 Nō semel, sed semper curabo meam familiam huiusmodi hominum impuritatibus expurgati.

7 *Auctor doloſæ fraudis & artifex*
Nullus manebit ſub trabibus meis;
Qui vana conſultò loquetur,
Ante meos oculos neque aſtet.
8 *Manè ac per omnes ſollicitus dies*
Omnes recidam protinus improbos
Terræ; ſacrata ex vrbe vt IAE
Prauifici minuantur omnes.

ז לא ישב בקרב ביתי עשה רמיה דבר שקרים לא יכון לנגד עיני׃

ח לבקרים אצמיתה כל רשעי ארץ להכרית מעיר יהוה כל פעלי און׃

PSAL. CII.

Domine exaudi orationem meam.

ARGVMENTVM.

PVBLICO Eccleſiæ & ſingulari cuiuſcunque fidelis nomine hic Pſalmus compoſitus eſt: pertinetque ad omnia tempora Eccleſiæ afflictæ, aut cuiuſcunque animi vexati. Occaſio prima videtur fuiſſe tempus illud Babylonenſis captiuitatis, & præuiſio tempeſtatis Machabæorum: implorabitur diuina miſericordia ad veram ſalutem animorum, veramque pacem Eccleſiæ afferendam, expoſitione miſeræ conditionis, in qua vnuſquiſque ex Eccleſia fidelis eſt, quo tempore Deus iratus eſt.

1 *Oratio afflicti, cùm obruitur & effundit coram* DOMINO *meditationem ſuam.*

א תפלה לעני כי יעטף ולפני יהוה ישפך שיחו׃

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

2 Te appello eo nōmine, quo miſericordiæ & conſtantiæ tuæ magnitudinem ſignificari voluiſti.

2 IAS *aure precem ſuſcipito meam,*
Hæc mœſta atque adeat te querimonia:
3 *A me neu faciem condideris tuam*
Anguſtum mihi per diem.
Te quo clamo die mœſtus & inuoco,
Aurem flecte precor mî facilis tuam,
4 *Reſpondeque citus: namque dies mei*
Ceu fumus tenues eunt:
Vſto hæc oſſa pyræ ceu rogus auolant;
5 *Ictum corque perit gramen vt aridum:*
Nam pane ipſe etiam non memini meo
Veſci, vt diſpliceo mihi.

ב יהוה שמעה תפלתי ושועתי אליך תבוא׃

ג אל תסתר פניך ממני ביום צר לי הטה אלי אזנך ביום אקרא מהר ענני׃

ד כי כלו בעשן ימי ועצמותי כמוקד נחרו׃

ה חוכה כעשב ויבש לבי כי שכחתי מאכל לחמי׃

3 Nō otioſè à me appellaris, verūm in ipſa oportunitate miſericordiæ oſtendendæ.

In te ſumma miſericordia, in me magna miſericordiæ materia, & oportunitas maxima: nam ſi tu tardes, tum dies mei breues ſunt; tum ipſa calamitate oppreſſus, peribo etiam citius: namque mearū virium exiguitas, meaq; magna infirmitas id minatur.

5 Non ſolū toto corpore infirmus ſum, ſed animo etiam ægerrimo & mœſtiſſimo.

Dum

6 מקול אנחתי דבקרה עצמי לבשרי׃

6 *Dum ſuſpiro gemens, oſſibus hæc caro eſt*
Hærens, aſſiduis marcida vocibus:

7 דמיתי לקאת מדבר הייתי כבום חרבות׃

7 *Ceu ſilueſtris auis congemo, in aridis*
Qualis falco gemit locis.

8 שקדתי ואהיה כצפור בודד על גג׃

8 *Ceu tecto aſſiduus paſſer agit, fui*
Solus, probra meis hoſtibus heu die

9 כל היום חרפוני אויבי מהוללי בי נשבעו׃

9 *Multa omni excipiens, tum mea deierant*
Stulta hæc gens mihi per mala:

10 כי אפר כלחם אכלתי ושקוי בבכי מסכתי׃

10 *Et, panem veluti, ſic cineres edo,*
Et potum tepidis miſceo fletibus:

11 מפני זעפך וקצפך כי נשאתני ותשליכני׃

11 *Ira hæc nempe tua in me efficit ac furor,*
Sémper ſentio quæ miſer.

12 ימי כצל נטוי ואני כעשב איבש׃

12 *Me quem ſuſtuleras, præcipitem iacis;*
Inclinata velutque vmbra dies mei;
Ipſe vtque herba, virens, gramen vt, areo,
Fuſus viribus omnibus.

13 ואתה יהוה לעולם תשב הכרך לדר ודר׃

13 IAS *perpetuo tu ſolio ſedes;*
Fama &, quam celebret poſteritas tuam,
Ætates ſuperat ſæculaque omnia,
Quotquot tempus agens volat.

14 אתה תקום תרחם ציון כי עת לחננה כי בא מועד׃

14 *Rem, ſurge, ac miſerans cerne Sioniam,*
Nam tempus placidæ huic munera gratiæ,
Certum pollicitis poſtulat, illicet
Opportuna venit dies.

15 כי רצו עבדיך את אבניה ואת עפרה יחננו׃

15 *Affecere tuos nam famulos nimis*
Diſperſi lapides, puluerisillius
Gratos atque pios commiſeret, faues
Quorum tu ſtudiis bonus.

16 ויראו גוים את שם יהוה וכל מלכי הארץ את כבודך׃

16 IAE *nomen erit gentibus omnibus*
Terrori, atque tui gloria numinis,
Reges quod metuent quotquot habet ſinu
Tellus fertilis ac fouet.

8 Omni humano auxilio deſtitutus omnino ſum; & præterea ab inimicis vexatus; itaque in tanta interna & extrinſeca difficultate tuo auxilio maximè indigeo.

9 Adeò ſum miſer, vt illi qui me ad inſaniá impellunt, meam afflictionem in iuſiurandum afferant, tanquam exemplum extremæ miſeriæ.

10 Mœſtiſſimi hominis habitu, & geſtu, atq. ſitu iaceo & oro, ac deprecor tuã iram.

12 Ego prorſus deficio, tũ naturæ debilitatione, tum acerbitatis vi.

13 Tu verò & perpetuò æternitate tua cõſtas, & eadem ſemper de te laus & commemoratio eſt, quòd miſericors ſis, quòd populo tuo bene facere velis, promiſſorũ tuorum magna & conſtans fama eſt.

14 Hic verſus declarat captiuitatis tempore Pſalmum fuiſſe compoſitum, ſed magna ſignificatione indicat ſaluté per Chriſtum Eccleſiæ aſſerendam.

16 Ex tuo hoc' beneficio religio in animis hominum creſcet, & amplificata propagabitur. gloria tua notior erit omnibus.

17 *Muros ædificet cumque Sionios*
Ias, conspicuus tunc fuerit suæ
18 *Maiestatis honos: respicietque de-*
serti haud despiciens precem.

19 Tuæ misericordiæ maximæ & prouidentiæ cum tanta maiestate cõiunctæ exemplũ, omnium animos in admirationem, atq. adeò in laudem debitam rapiet.

19 *Hæc & scripta etiam posteritas leget,*
Edendus populus IAH celebret quoque:
20 *Nam sancto solio prospicit è suo,*
Celsæ & sedibus è domus.
Terram conspicere vt non piget infimam
IAM de nitidis sedibus ætheris;
21 *Vt vincti gemitus audiat, & neci*
Addictos soluat graui.

24 Redit ad commemorationem laboriosæ & afflictæ cõditionis, quam paulò antè exponebat, ex qua cũ liberatus fuerit, dicturus est, Profectò fuerat mihi magnum iter làborũ propositum, vires & tẽpus contracta in breue, nisi à Deo meo susceptus seruarer, periissem in tanta difficultate: sine mihi Domine, vt viuam vitam meam, & dies meos impleam, vt possim iter meũ peragere: quando tu tuos annos habes perpetuos, & æternos, neq. meis indiges, neq. inuides.

22 *IAE vt laudis honos per Solymam sonet,*
Narrata & resonent munera nominis
Magni, is constituit quod proprium sibi,
Et grata hoc referat Sion.
23 *Cùm regna & populi conuenient simul,*
IAM cumque pijs muneribus colent.
24 *Heu vimque ille meam presserat in via, &*
Soles reddiderat breues.
25 FORTIS *mî, ergo dies ad medium meos,*
Dixi, præpropere excindere parcito;
Annis ipse tuis vtere, qui omnia
Vincent sæcula sæculis.
26 *Fundamenta prius fortia iecerat*
Terræ; constat opusque è manibus tuis
27 *Cælorum: pereant quamlibet omnia hæc,*
At numen stabile est tuum.
Cuncta hæc, vestis vti trita, vetusque, erunt,
Et mutabis vti sordida pallia:
28 *Is tu, qui fueras, semper eris; neque*
Annis finis erit tuis.

26 Namque vita omnium rerum à te est, & duratio, adeò, vt tua voluntate & efficientia terra & mõtes permaneant: id ita esse tu vis. velis ergo meũ iter peragi à me tuo auxilio. scio hęc posse mutari, & mutãda esse cùm oportuerit, te tamen immutato. mutabis ergo meam afflictionem, atq. etiam tu immutatus manebis, imò idem quem te esse declarasti. idque confitebuntur filij & posteri nostri in melius mutari.

17 כי בנה יהוה
ציון נראה
בכבודו׃

18 פנה אל
תפלת הערער
ולא בזה את
תפלתם׃

19 תכתב זאת
לדר אחרון ועם
נברא יהלל יה׃

20 כי השקיף
ממרום קדשו
יהוה משמים
אל ארץ הביט׃

21 לשמע אנקת
אסיר לפתח בני
תמותה׃

22 לספר בציון
שם יהוה
ותהלתו
בירושלם׃

23 בהקבץ
עמים יחדו
וממלכות לעבד
את יהוה׃

24 ענה בדרך
כחו קצר ימי׃

25 אמר אלי אל
תעלני בחצי ימי
בדור דורים
שנותיך׃

25 לפנים
הארץ יסדת
ומעשה ידיך
שמים׃

27 המה יאבדו
ואתה תעמד
וכלם כבגד
יבלו כלבוש
תחליפם
ויחלפו׃

28 ואתה הוא
ושנותיך לא
יתמו׃

Et nati

19 בני עבדיך ישכונו וזרעם לפניך יכון׃

19 *Et nati famulis poſtera gens tuis,*
Vitaméque incolumes pacificam colent;
Quorum compoſitum ſemen erit piè, &
Vultus ante tuos aget.

PSAL. CIII.

Benedic anima mea Domino.

ARGVMENTVM.

A DAVIDE compoſitus eſt Pſalmus hic, ſibi & populo reconciliatum, & propitium Deum gratulante; materiamque laudum petente ex diuinæ miſericordiæ inexhauſtis ac perpetuò fluentibus fontibus; ex quibus non ſolùm præſentem ſui temporis ætatem, ſed antiquorũ etiam omnes hauſiſſe, & futuras abundantiſſimè hauſturas eſſe, idem vates canit: quamobrem nõ ſolùm ætatem hominum omnem, ſed angelorum cęlorumque naturas cunctas ad Dei laudes celebrandas inuitat.

1 לדוד׃

Dauidis.

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

ברכי נפשי את יהוה וכל קרבי את שם קדשו׃

MEns IAM cane grata mea, et mea viſcera ſanctum
Eius dicetis quoque nomen.

2 ברכי נפשי את יהוה ואל תשכחי כל גמוליו׃

2 *Mens IAM cane grata mea, ac ne dona canenti*
Illius exciderint tibi cuncta.

3 הסלח לכל עונכי הרפא לכל תחלואיכי׃

3 *Ille tibi ignoſcit clemens praua omnia; morbos*
Ille tibi medicúſque reſoluit.

4 הגואל משחית חייכי המעטרכי חסד ורחמים׃

4 *Ille tuam redimit vitam fouea atque ſepulchro,*
Te & clemens bonitate coronat.

5 המשביע בטוב עדיך תתחדש כנשר נעוריכי׃

5 *Os iſtud ſaturátque bonis, aquilæ inſtar & actam*
Antè tuam nouat ille iuuentam.

6 עשה צדקות יהוה ומשפטים לכל עשוקים׃

6 IAS *iuſtitias exercet, iudiciorum*
Omnibus eſt auctor quoque preſſis.

7 יודיע דרכיו למשה לבני ישראל עלילותיו׃

7 *Monſtrauit propriasque vias, mirandáque Moſi*
Iſraelis natis ſua geſta.

8 רחום וחנון יהוה ארך אפים ורב חסד׃

8 *Eſt clemens faciliſque* IAS, *eſt naribus amplis,*
Et multus bonitate benigna.

9 לא לנצח יריב ולא לעולם יטור׃

9 *Iurgia nec ſemper mouet is, nec ſeruat iniquam*
Offenſam longum quoque in ævum.

1 Mens mea, quæ magnis curis; & viſcera, quæ magnis ob mœſtitiam difficultatibus laborabatis, nũc refecta & recreata, gratulatorium carmen Deo dicate, ita vt ab interiori mente, animo, & viſceribus hic pietatis cultus proficiſcatur.

2 Perpetui carminis materiam perpetuorum beneficiorum illius recordatio præbebit.

5 Cùm præ dolore, cura, & mœſtitudine conſeneſcis, ad finemque vitę iam proximè accedis, ab illo reuocaris, reficeris, ac renouaris.

6 Ille quidem iuſtus iudex eſt, iudiciumq. exercet, quo oppreſſos liberat, oppreſſores damnat ac punit. quod Moſis tempore ſæpè demonſtrauit.

8 Idem autem miſericors eſt, miſericordiamque in miſeros exercet.

10 Iudicat ille quidé recté, vt peccati conuictos non pœnitentes puniat, sed modũ adhibet in pœnis erogandis: non tantũ punit quantum quisque commeritus est: at verò in misericordia præstanda iis, qui se timent & colunt, copiosissimus, largissimus ac perpetuus est.

10 *Æqua is peccatis nostris non contulit, & non*
Reddidit æqua ausis quoque prauis.
11 *Vt cælum à terra est altum, superare timentes*
Inque suos voluit bonitatem.
12 *Ortus ab occasu quàm longè distat, abesse*
Nostra facit delictaque nobis.
13 *Sic pater est lenis natis, metuentibus vt se*
IAS *est lenis facilisque.*

10 לא כחטאינו עשה לנו ולא כעונותינו גמל עלינו׃
11 כי כגבה שמים על הארץ גבר חסדו על יראיו׃

12 כרחק מזרח ממערב הרחיק ממנו את פשעינו׃

13 כרחם אב על בנים רחם יהוה על יראיו׃

14 Ille non metitur suam misericordiam & bonitatem nostræ tenuitatis rationibus: nos enim fragiles, labiles, & mortales, vitæque breuis sumus.

14 *Figmentum quippe is nostrum nouit, meminitque*
Puluere quo facti quoque simus.
15 *Mortalique dies vt gramen, flosculus vt qui*
Floret agris, sic floret & ipse.
16 *Nam vento inuasus nusquam est, illumque notare*
Nemo queat florémve locúmve.

14 כי הוא ידע יצרנו זכור כי עפר אנחנו׃

15 אנוש כחציר ימיו כציץ השדה כן יציץ׃

16 כי רוח עברה בו ואיננו ולא יכירנו עוד מקומו׃

17 Ille verò maximus omni nomine ac virtute æternusq. est; se itaque respicit in beneficentia præstanda, non nos.

17 *Ast* IAE *bonitas à sæclo in sæcla timentes*
Se super incumbitque manetque.
Illius & natos natorum prospera tangit
Iustitia, & iustos facit ipsa:

17 וחסד יהוה מעולם ועד עולם על יראיו וצדקתו לבני בנים׃

18 Nunquam lassatur exhibendis beneficiis, & promissis suis re ipsa confirmandis erga eos, qui se legitimè colentes, fœdus obseruant.

18 *Queis cordi est eius custodia fœderis, & queis*
Iussorum efficiens memor est vis.

18 לשמרי בריתו ולזכרי פקדיו לעשותם׃

19 IAS *in cælis solium sibi condidit, eius*
Inde patens regit omnia regnum.

19 יהוה בשמים הכין כסאו ומלכותו בכל משלה׃

20 Est autem potentissimus, & omnia prospiciens, nam sedé habet altissimam, vnde omnia regit, moderatur & gubernat, habet ibi ministros & instrumenta, quibus efficit quod vult, potest & sine ministris atque instrumentis efficere: ministri igitur illius atque instrumẽta hoc laudando testentur. testẽtur opera ipsius omnia, quibus mea anima accinat semper.

20 *Vos* IAM *angelici cuncti celebrate ministri,*
Magno queis stat robore virtus:
Eius qui facitis verbumque, audireque verbi
Vocem eius prompti cupidique.
21 IAM *vos omnes eius celebrate phalanges,*
Ad placitum celeresque ministri:
22 *Vos* IAM *celebrate eius facta omnia, quidquid*
Omnia, quà regnat, loca complet.
Mens IAM *cane grata mea, haud celebrasse sit vllus,*
Nec ceciniſſe modus tibi laudes.

20 ברכו יהוה מלאכיו גבורי כח עשי דברו לשמע בקול דברו׃

21 ברכו יהוה כל צבאיו משרתיו עשי רצונו׃

22 ברכו יהוה כל מעשיו בכל מקמות ממשלתו ברכי נפשי את יהוה׃

PSAL.

PSAL. CIIII.

Benedic anima mea Domino.

ARGVMENTVM.

PENDET ex superiori hic Psalmus ab auctore compositus; nam continet mirabiles laudes Dei, ex diuinæ naturæ contemplatione, non quidem secundum seipsam, vtpote humanæ mentis captus infinito interuallo superantem; sed secundum virtutes illius, ex creatarum rerum natura & vsu obseruatas: celebratur autem principiò diuina maiestas, deinde potentia & sapientia in naturæ partibus omnibus creandis; prouidentia etiam atq. benignitas maxima in iisdem conseruandis & temperādis. porrò non inuento materiæ ad laudes fine, consistit Psaltes, & permanet in professione ac voto perpetuæ laudis, dum vita manebit, precaturque voti sui probationem; & improborum, qui diuinas virtutes non agnoscunt, nec prædicant, extinctionem.

CARMEN SAPPHICVM.

1 ברכי נפשי את יהוה יהוה אלהי גדלת מאד הוד והדר לבשת׃

1 *MEns mea hîc magnum celebrabis* IAM,
Mi DEVS *magnus tibi valde es* IAS,
Laude vestiris celebri, decusque
Induis almum.

2 עטה אור כשלמה נוטה שמים כיריעה׃

2 *Pallij lucem tibi voluis instar,*
Explicas cælum velutique velum;

3 המקרה במים עליותיו השם עבים רכובו המהלך על כנפי רוח׃

3 *Ille contignat tabulata in altis*
Et sua lymphis.
Is sua nubis sedet in quadriga,
Stridulis venti vehiturque pennis;

4 עשה מלאכיו רוחות משרתיו אש להט׃

4 *Spiritus legat, sibi sunt & ignis*
Flamma ministri.

5 יסד ארץ על מכוניה בל תמוט עולם ועד׃

5 *Hîc situ terram posuit fideli,*
Mobilem nullis refugámve sæclis;

6 תהום כלבוש כסיתו על הרים יעמדו מים׃

6 *Quam prius vastis sinubus tegebat*
Vestis abyssi.
Montibus lymphæ tumidæ incubabant:

7 מן גערתך ינוסון מן קול רעמך יחפזון׃

7 *Increpas dumque has, fugiunt, tuæque*
Vocis ad primum trepidant fragorem,
Accelerantque.

8 יעלו הרים ירדו בקעות אל

8 *Montium celsum subitò cacumen*
Tollitur, valles subeunt iacentes,

1 Natura diuina quocunque nomine considerata, magnitudine amplissimā ostendit, atque ad sui admirationem & laudem cōtemplantes, iure suo addicit.

2 Es inuisibilis, non tamen inuisibilis vti tenebræ, sed vti lux, quæ manifesta quidē est, verūm intuentium oculos præstringit. ipse autē vestitus tuus tam lucidus est, vt humanum superet sensum, ideoq. te nobis imperscrutabilem esse confirmat.

3 Domus Dei maiestas. Cælum tua sedes est, etiam lucidissima natura, ex purissima aqua & perspicua magno artificio cōstans.

4 Currus nubes sunt, quibus iussa Dei perferuntur, ventis currū impellentibus, hic pluit, illic ningit, alibi grandinat, præsente vbique Deo, & id fieri volente. Habet Deus ministros angelos velocissimos & efficacissimos, vt ignis. atque hæc de maiestate aulę Dei breuiter.

5 Transit ad hominū domum, hoc est, ad terram à Deo creatā, multisque partibus, tū ad speciem, tum ad vsus ornatam.

Quæque fundatum, &c.] Singulæ terræ partes suum locũ diuina dispositione sortitæ, tuentur.

Quæque fundatum petit & locum, quem
Quæque tuetur.
9 *Terminúmque vndis posuisti, vt illum*
Transeant nunquam, aut valeant reuersæ
Aridæ vultus operire terræ, aut
Temnere metas.

10 Ornatus & vsus terræ & aquarũ, commoditasque locorum.

10 *Mittis hinc fontes media fluentes*
Valle, quæ montes abigit reductos:
11 *Hinc sitim frangunt onagri, bibúntque*
Hinc animantes.

Aquæ in inferioribus locis ductiles sunt ad sata, ad arbores vtiles, ad animãtium genera in sitireficiendũ.

12 *Hîc aues propter residentvagis quæ*
Persecant alis, volitant & æthram
Fronde sub læta solitæ canoras
Edere voces.

13 Habet Deus suos hortos, nulla humana cura plantatos aut cultos, hos ipse rigat imbribus cælitus immissis. sunt autem hi horti montes editissimi, illa irrigatio communis est omni terræ altæ ac depressæ, atque eadem vtilissima omnium, omnibusque animantibus commodissima.

13 *suis montes rigat is supernis*
Fornicum stagnis: saturatur alma
Prouido fructus operum tuorum
Munere tellus.
14 *Crescere armentis iubet ille fœnum,*
Cultibúsque herbas hominum feraces,
Terra quò panémque epulásque dulceis
Proferat alma.
15 *Vina mortali dare nata cordi*
Gaudium, vultúsque oleo nitentes
Aptiùs, firmat reficitque panis
Languida corda.
16 *Arbores* IAE *saturantur, & quas*
Seuit is cedros Libani: volucris
17 *Omnis hîc nidos struit, hîc domum ci-*
conia fagis.
18 *Montibus tutæ capreæ fugaces*
Editis; rupes foueas minori &

18 *Minori ideri*] Cuniculis.

Antra

מקום זה יסדת
להם׃

9 גבול שמת
בל יעברון בל
ישובון לכסות
הארץ׃

10 המשלח
מעיינים בנחלים
בין הרים
יהלכון׃

11 ישקו כל
חיתו שדי
ישברו פראים
צמאם׃

12 עליהם עוף
השמים ישכון
מבין עפאים
יתנו קול׃

13 משקה הרים
מעליותיו מפרי
מעשיך תשבע
הארץ׃

14 מצמיח חציר
לבהמה ועשב
לעבדת האדם
להוציא לחם
מן הארץ׃

15 ויין ישמח
לבב אנוש
להצהיל פנים
משמן ולחם
לבב אנוש
יסעד׃

16 ישבעו עצי
יהוה ארזי לבנון
אשר נטע׃

17 אשר שם
צפרים יקננו
חסידה ברושים
ביתה׃

18 הרים
הגבהים ליעלים

מלעים מחסרו לשאגים׃

Antra præbebunt lepori atque iniquis
Deuia ventis.

19 עשה ירח למועדים שמש ידע מבואו׃

19 *Fecit is certam renouare menſes*
Spiritus matrem celerémque Lunam,
Oſtia agnouit varium per annum
Quæ ſubeat Sol.

19. Viciſſitudines variæ temporum, rerum commodarum materiem apparant. luminarium autem miniſterio viciſſitudines illæ fiunt.

17 תשת חשך ויהי לילה בו תרמש כל חיתו יער׃

20 *Ponis obſcuras tenebras, & eſt nox;*
Tunc feræ ſiluis rugiunt & errant;

21 הכפירים שאגים לטרף ולבקש מאל אכלם׃

21 *Spes agit prædæ atque epulas leones*
Poſcere FORTEM.

22 תזרח השמש יאספון ואל מעונתם ירבצון׃

22 *Sole ſe rurſus referunt nitente,*
Et ſuis abdunt recubántque luſtris;

23 יצא אדם לפעלו ולעבדתו עד ערב׃

23 *Prodit ad cultus homo tunc ſuos, dum*
Heſperus extet.

24 מה רבו מעשיך יהוה כלם בחכמה עשית מלאה הארץ קנינך׃

24 *Partibus cunctis tua multa vt,* IAS,
Facta ſunt, ſeſe & ſapientis eſſe
Cuncta opus monſtrant! opibus tuis quàm
Terra referta eſt!

24 Quidquid terræ cæliſque rationem ſpectat, maximum eſt, multipliciſque conſiderationis materia referrum, cõditoris magnitudinem indicat.

25 זה הים גדול ורחב ידים שם רמש ואין מספר חיות קטנות עם גדלות׃

25 *Quid mare hoc magnum? manibus quod amplis*
Vel tenet terras, aperit vel, altas:
Reptiles illic numero carentes
Súntque natántque:
Magna viuentum genera & minora.

25 Admiranda prouidentiæ tuę argumẽta in mari ſunt, quod litoribus vaſtiſſimis terras alluit atque intrat, plenũ beluis, tua prouidentia aſſiduè alendis: id quod hominum genus teſtari poteſt, qui nauibus mare peragrant. quod ſapientiæ tuę argumẽtum etiam aliud eſt.

26 שם אניות יהלכון לויתן זה יצרת לשחק בו׃

26 *Hic iter naues faciunt, licenter*
Commeant, ludunt, ſpatiantur illic
Grandia cete.

27 כלם אליך ישברון לתת אכלם בעתו׃

27 *Cuncta te expectant, proprijs & horis*
Singula expoſcunt epulum ſuum, das,

28 תתן להם ילקטון תפתח ידך ישבעון טוב׃

28 *Colligunt: hæc tu manibúſque apertis*
Commodus exples.

29 תסתיר פניך יבהלון תוסף

29 *His tuam tu ſi faciem recondas,*
Cuncta turbantur, cohibes & illis

29 Neq. enim ea natura ſunt, vt viuere ſine cibo poſſint, eóque vario; non eſt autem locus ſationi aut plan-

Spiri-

tationi aptum: ergo ex una vnica prouidentia pendent: nam si tu illis victum neges, omnia turbabuntur.

Spiritum, extincta in cinerem ſuum iam
Cuncta redibunt.

30 *Spiritum mittes recreator iſtum,*
Rurſus extabunt rediuiua, & almos
Denuò vultus renouata tellus
Plena nitebit.

31 *Ampla maieſtas celebretur* IAE,
Sæcla dum durent ſuperentque mundo;
Et ſuis factis celebratus ipſe
Gaudeat IAS.

32 Natura ipſa rerũ magnarum & mutatarum, confitetur Deum maiestate magna esse, & omnibus venerandum, ac tremendum; qui non solùm gubernare omnia, sed tremefacere atq. disijcere mundum possit, idque fulgure, tonitruis, & fulminibus ostẽditur.

32 *Cuius inſpectu tremit ima tellus;*
Ardui montes trepidant, rotantque
Fumeam nubem feriente cuius
Fulgure tacti.

33 *Ipſe dum viuam (probet ille tantùm*
Vota laudantis) celebrabo & IAM,

34 Qui vel impietate ſua Deum in cælo regnare negant, vel improbitate & peccatis terram contaminant; huiuſmodi peribunt, & aboliti à terris erũt, at Deus laude digniſſimus manebit; laudetur igitur à me, & à vobis omnibus.

34 IAM *ego ſemper referam probato*
Carmine lætus.

35 *Turba peccantum vitioſa terris*
Excidat cunctis; penitus neque extent
Impij, mens & mea laudet IAM,
Vosque haleluiah.

PSAL. CV.

Confitemini Domino, & inuocate.

ARGVMENTVM.

DEI laudes hic Pſalmus perſequitur, à naturæ rerum contemplatione ad ſingularem erga homines prouidentiam deductus: oſtendit autẽ Deum, qui ſe in natura creanda ſapientiſſimum, potentiſſimum, & prouidentiſſimum oſtenderit, eundem in humano genere amplificando miſericordiſſimum ſeſe exhibere, promiſſa maxima hominibus ſalute, quam ſuo tempore afferendam, magna prouidentia & ſapientia apparet electo Abrahamo, ex cuius familia ille totius orbis ſeruator mundo eſſet exhibendus: ad hanc rem verò docendam, omnem Abrahæ & filiorum hiſtoriam contexit, multis obſeruationibus ac documentis ornatam.

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

IAM

1 הודו ליהוה קראו בשמו הודיעו בעמים עלילותיו׃

1 IAM *vos celebri dicite carmine,*
Nomenque hymnisonis dicite laudibus;
Illius populos discere cogite
Mores actaque maxima.

1 Vos Abrahamidæ docete alios populos, quæ Deus hominũ generis causa egerit & agat.

2 שירו לו זמרו לו שיחו בכל נפלאותיו׃

2 *Huic voce ac fidibus psallite, tibiis*
Mira, attendite, sint quàm illius omnia:

2 Ex hac celebratione cõsequetur magna diuini nominis laus apud populos, & lætitia piis, & vobis Israelitis honos, quorum gẽtem præcipuè Deus elegit, cui hæc declararet, ad eruditionem aliarum gentium.

3 התהללו בשם קדשו ישמח לב מבקשי יהוה׃

3 *Sanctum nomen erit, gloria maxima,*
Vobisque eximium decus.
Et cor lætitia gaudeat omnium,

4 דרשו יהוה ועזו בקשו פניו תמיד׃

4 IAM *queis studium est quærere. poscite*
IAM: *vos faciem, vosque potentiam*
Eius; quærere nec modus.

5 זכרו נפלאתיו אשר עשה מפתיו ומשפטי פיו׃

5 *Eius mira colat facta animus memor*
Vester; prodigia & iudicia illius

6 זרע אברהם עבדו בני יעקב בחיריו׃

6 *Ore expressa, Abrahæ vos genus & sui,*
Stirps & læta Iacobidum.

7 הוא יהוה אלהינו בכל הארץ משפטיו׃

7 IAS *ipse* DEVS *noster, & omnibus*
Terris iudicia is constituit sua.

7 Habet ille ius in omnes terras, sed singulari quadã beneficiorum collatorum obligatione sibi vendicat nos, & regionem omnem nostram: namq. is fœderis à se pacti nunquam immemor fuit.

8 זכר לעולם בריתו דבר צוה לאלף דור׃

8 *Æternùm meminit fœderis, ac sui*
Mille in sæcula crediti

9 אשר כרת את אברהם ושבועתו לישחק׃

9 *Verbi, quodque Abrahæ pactus erat, fore,*
Iurabatque Isaco; certaque præstitit,

10 ויעמידה ליעקב לחק לישראל ברית עולם׃

10 *Et firmata Iacob, ius quod & Israel*
Pactum & perpetuum foret.

11 לאמר לך אתן את ארץ כנען חבל נחלתכם׃

11 *Tradam, dixit, agros hos Chanaan tibi; hi*
Funis sorsque tui sint patrimonij:

Etenim in promptu est cognoscere, quanta veritate pacta sua firmarit, quanta prouidẽtia promouerit eos, quibuscum pactum sanxerat.

12 בהיותם מתי מספר כמעט וגרים בה׃

12 *Essent exiguo cùm numero hospites*
Illic, aduenæ & haud diu:

13 ויתהלכו מגוי אל גוי ממלכה אל עם אחר׃

13 *Et gentes alias gentibus alteris*
Migrantes peterent, regnaque linquerent
Illa, istum subeunt dum populum, neque
Certis ædibus insident.

14 *Hos nullis hominum fraudibus ac malis*
Permiſit, potius conſuluit viris
15 *Reges corripiens. vnxi ego quos meos*
Vates, parcite lædere.
16 *In terramque vocat ſollicitam famem:*
Fulcimenque epulis fregerat omnibus,
17 *Præmiſitque Ioſeph proſpiciens virum*
Serui ad munia venditum.
18 *Arcta crura viri compede vinciunt,*
Illiusque animam ferrea vis ſubit:
19 *Verbi perueniunt tempora dum ſibi*
IAE dictaque lucida.
20 *Hunc, (rex curat enim ſoluier,) imperat*
Qui multis populis, liberat, atque herum
21 *Præponit domui hunc atque opibus ſuis,*
Summum dicit & arbitrum,
22 *Promptum conſpicuo munere principes*
Certa ad vota animæ ſtringere iam ſuæ,
Aptum conſiliis & ſapientia
Inſtruxiſſe ſenes ſuos.
23 *Aegyptum petijt iuſtus & Iſrael,*
Exceptusque Iacob hoſpitiis Chami;
24 *Is cuius populum creſcere, & hoſtium*
Maiorem ſobole auxerat.
25 *Conuertitque odiis cor Chamidum, ſuos*
Seruos ac populum vt fraudibus impetant:
26 *At Moſes famulus mittitur arbiter,*
Delectusque Aharon ſibi.
27 *Illi mira DEI ſigna dabant ſui,*
Et terris & agris prodigia in Chami.
28 *Obſcuras tenebras miſit, & omnia*
Iis caligine condidit.

14 לא הניח
אדם לעשקם
ויוכח עליהם
מלכים׃
15 אל תגעו
במשיחי
ולנביאי אל
תרעו׃
17 ויקרא רעב
על הארץ כל
מטה לחם שברו׃
17 שלח
לפניהם איש
לעבד נמכר
יוסף׃
18 ענו בכבל
רגליו ברזל
באה נפשו׃
19 עד עת בא
דברו אמרתו
יהוה צרפתהו׃
20 שלח מלך
ויתירהו משל
עמים ויפתחהו׃
21 שמו אדון
לביתו ומשל
בכל קנינו׃
22 לאסר
שריו בנפשו
וזקניו יחכם׃
23 ויבא ישראל
מצרים ויעקב
גר בארץ חם׃
24 ויפ־ את עמו
מאד ויעצמהו
מצריו׃
24 הפך לבבם
לשנא עמו
להתנכל
בעבדיו׃
26 שלח משה
עבדו אהרן אשר
בחר בו׃
27 שמו בם
דברי אתותיו
ומופתים בארץ
חם׃
28 שלח חשך
ויחשך ולא מרו
את דבריו׃

Illis

Illis nulla mora est iussa facessere.

29 חפך ארץ
מימיהם לדם
וימת את דגתם׃

29 *His mutauit aquas sanguinis in modum:*
Occisis redolent piscibus omnia,
Damnosa & populo nece.

30 שרץ ארצם
צפרדעים
בחדרי מלכיהם׃

30 *Ranis squallet ager totaque regia;*
Ipsis rana loquax in penetralibus
Importuna salit regibus obstrepens,
Nec puras epulas sinit.

31 אמר ויבא
ערב כנים בכל
גבולם׃

31 *Mixta insecta malis Cyniphibus suo*
Dicto iussa ineunt finibus omnibus.

32 נתן גשמיהם
ברד אש להבות
בארצם׃

32 *Imbres terra tulit, damnaque grandinis,*
Densis fulgura & ignibus.

33 ויך גפנם
ותאנתם וישבר
עץ גבולם׃

33 *Vitisque icta perit, ficus & interit;*
Arbos fracta cadit finibus omnibus.

34 אמר ויבא
ארבה וילק ואין
מספר׃

34 *Tunc ascita ruit sæua locustaque*
Bruchique innumerum genus.

35 ויאכל כל
עשב בארצם
ויאכל פרי
אדמתם׃

35 *Herbæ quidquid erat, graminis & noui,*
Fructus spesque boni, cuncta voracium
Cedunt pestiferis dentibus, alma quod
Tellus protulerat, perit.

36 ויך כל בכור
בארצם ראשית
לכל אונם׃

36 *Terræ prima ferit pignora, & omnium*
Viuentum sobolis primitiæ cadunt.

37 ויוציאם
בכסף וזהב ואין
בשבטיו כושל׃

37 *Non offensa tribus agmina prodeunt*
Auro vaseque ditia.

38 שמח מצרים
בצאתם כי נפל
פחדם עליהם׃

38 *Aegyptus grauibus pressa pauoribus*
Ire hos læta sinit; vela quibus die

39 פרש ענן
לסכך ואש
להאיר לילה׃

39 *Nubes densa facit: nox duce pergitur*
Ignis lampade lucidi.

40 שאל ויבא
שלו ולחם
שמים ישביעם

40 *His optata venit missa auium phalanx,*
Cælorum saturos panibus efficit:

41 פתח צור
ויזובו מים הלכו
בציות נהר׃

41 *Fissa rupe fluunt, & properant aquæ,*
Arente ac fluuius loco.

42 כי זכר את דבר קדשו את אברהם עבדו׃

42 *Namque is ſancta memor verba, Abrahæ ſuo*
Quæ quondam famulo dixerat, explicat:

42 ויוצא עמו בששון ברנה את בחיריו׃

43 *Ergo lætitia & carmine cum pio*
Electum populum extulit.

44 ויתן להם ארצות גוים ועמל לאמים ירשו׃

44 *Illis arua dedit ruraque gentium,*
Et quæ continuis parta laboribus
Diuerſis fuerant iam populis, habet
Hæres & fruitur nouus.

45 בעבור ישמרו חקיו ותורתיו יצרו׳ הללו יה׃

45 *Vt decreta ſuis ſanctaque legibus*
Obſeruent memores & faciant pij,
IAH *laudate bonum*, IAH *halelu bonum,*
Hunc & carmine dicite.

PSAL. CVI.

Confitemini Domino, quoniam bonus.

ARGVMENTVM.

NOVVM laudis diuinæ argumentum oblatum eſt Pſalti conſideranti Deum, vtpote benigniſſimum & miſericordiſſimum pacto & promiſſis ſuis erga hominum genus ſeruandum & amplificandum, ſemper conſtantiſſimè ſtetiſſe, quanquam hominum ipſorum pacti rationes, & ſanctitatem ſæpiſſimè violantium, culpis offenſum.

CARMEN HEXAMETRVM MONOCOLON.

1 הללו יה הודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו׃

1 IAH *laudate bonum; grati celebrabitis* IAM,
Cuius numen adeſt æterna in ſæcla benignum.

2 מי ימלל גבורות יהוה ישמיע כל תהלתו׃

2 *Fortia geſta* IAE *digno quis proferet ore?*
Quiſnam audire eius laudis præconia cuncta

3 אשרי שמרי משפט עשה צדקה בכל עת׃

3 *Narrando dabit? ô quantum grex ille beatus,*
Quos iuris pia cura tenet! quos tempore in omni

4 זכרני יהוה ברצון עמך פקדני בישועתך׃

4 *Iuſtitia exercet. Populo memor ipſe probando*
IAS *me annumeres; cùm tempeſtiua ſalutis*
Hora aderit, me deſcriptum ſimul ipſe recenſe,

6 לראות בטובת בחיריך לשמח בשמחת

5 *Vt compos teſtisque boni, quo lecta fruetur*
Pars tibi, lætitiamque tuis cum gentibus ipſe

Ipſe

1 Creſcit argumentũ miſericordiæ Dei prędicandæ ex cõſtantia illius per omne ſæculum, & hominum demeritis toties pactum violantium, & tamen ab illo curatorum & promotorum.

Nemo eſt qui poſſit pro dignitate narrare ea, quæ à Deo hominum cauſa acta ſunt & geſta, verùm illi qui iudicium & iuſtitiam obſeruãt, & diligenter cuſtodiunt, poſſunt melius de his Dei mirabilibus diſſerere, vtpote qui diſciplina & experiẽtia de pietate loqui poſſunt, inter quos vtinam ego ã te, mi Deus, numerari poſſem; nam lætꝰ tua canerem mirabilia: ſed quia non omnes adeò integrè hanc rationem pietatis tenemus, fas ſit ſaltem confeſſione tuæ benignitatis, & exprobratione noſtræ culpæ tuas laudes narrare.

גויך להתהלל עם נחלתך׃

Ipſe ego concelebrem lætus, laudémque ferentis
Conſors ipſe tui fundi pars certáque fiam.

6 חטאנו עם אבותינו העויינו הרשענו׃

6 *Eheu peccati pudet heu noſtríque patrúmque:*
Prauáque noſtrorum quis nam neget improba facta?

7 אבותינו במצרים לא השכילו נפלאותיך לא זכרו את רב חסדיך וימרו על עם בים סוף׃

7 *Nam tua mira patres non aduertêre videntes*
Ægypto in media, obliti tua multa benigna
Facta rubrum propter pelagus, mare cauſa timendi
Queis fuit, atque animo tunc defecere ſoluto:

8 ויושיעם למען שמו להודיע את גבורתו׃

8 *Hóſque ſuum propter nomen ſeruauit, vt orbi* Exod. 14, 21.
Roboris oſtendat proprij vim. Namque minantis

9 ויגער בים סוף ויחרב ויוליכם בתהומות כמדבר׃

9 *Voce mare abſcedens arenti conſtitit imo,*
Duratúmque ſolo eſt, populo & conceſſit eunti,
Ceu calcaret agros, pelagi tranſire profundum.

10 ויושיעם מיד שונא ויגאלם מיד אויב׃

10 *Eripuítque odio hos hoſtis, manibúſque redemit.*

11 ויכסו מים צריהם אחד מהם לא נותר׃

11 *Obruit vnda ſuos preſſores. nemo ſuperſtes* Exod. 14, 27.

12 ויאמינו בדבריו ישירו תהלתו׃

12 *Fit reliquus. Iam credebant, laudéſque canebant:*

13 מהרו שכחו מעשיו לא חכו לעצתו׃

13 *Sed citò geſtorum immemores, non illius almum*

14 ויתאוו תאוה במדבר וינסו אל בישימון׃

14 *Conſilium expectare volunt. vitioſa libido* Exod. 17, 2.
Quæ iubet, hæc cupiũt; per agros et inhoſpita teſqua,
Perq. arens Ieſimon FORTEM *haud tẽtare pudebat.*

14 Mira libido, miræ deliciæ hominum, qui in ſolitudine peterent & cuperent id, quod in ciuitatibus luxuria eſſet cupere. Num. 11, 31.

15 ויתן להם שאלתם וישלח רזון בנפשם׃

15 *Híſque petita dedit, maciémque immiſit in imam*

16 ויקנאו למשה במחנה לאהרן קדוש יהוה׃

16 *Horum animam. Deinde ij Moſenque Aharonaque*
ſanctum,
Pontificémque IAE *inuidia petiere maligna.*

15 *Maciem.*] Vſque ad faſtidium expleuit eos carnibus.

17 תפתח ארץ ותבלע דתן ותכס על עדת אבירם׃

17 *Tum Dathanque Abiranque gregem diſſciſſa voratos* Num. 16, 31.

18 ותבער אש בעדתם להבה תלהט רשעים׃

18 *Terra tegit. flammis igníſque vltricibus ardens*

19 יעשו עגל בחרב וישתחוו למסכה׃

19 *Impia corripuit collegia. Nempe iuuencum*
Fuſum opus Orebi in tractu coluêre, decúſque

20 וימירו את כבודם בתבנית שור אכל עשב׃

20 *Mutauere ſuum paſcentis imagine tauri,* Exod. 32, 4.

21 שכחו אל מושיעם עשה גדלות במצרים׃

21 *Graminibúſque bouis ſaturi;* FORTIS*que potentis*
Scilicet obliti, quo experti auctore ſalutem

22 נפלאות

22 *Ægypto in media fuerant, & maxima facta*

Admiranda Chami in terra, metuendáque rubro
23 *In pelago: Vastare illos decreuerat, idáque*
Fecisset, nisi delectus consisteret antè,
Figeret ac rupto in vallo vestigia Moses,
Verteret vt bilem properantis perdere cunctos.
24 *Hos etiam optandæ terræ fastidia tetra*
Corripuere, fidem dictis habuere nec almis:
25 *Surgit & infidum mala per tentoria murmur,*
Num.14,28. *Credere nolle* IAE, *vocemve audire potentis.*
26 *Extulit ille manum solis vt sternat arenis*
27 *Hunc populũ, & semen, gentes terrasq. per amplas*
Num.25,7. 28 *Dissipet abiectum. Phagori illi ad numina vani*
Se sociant, comedunt funestáque sacra profani.
29 *His studiis stimulata etiam lenta ira laborem*
30 Quanquam iratus Dominus, placatus tamen est actione Phinhas sacerdotis: & ea res adscripta est viro ad iustitiam: semper enim Deus vnicuique suum opus bonũ honestamque actionem integrã obseruat, siue iratus siue placatus sit.
30 *Pestiferum cumulat. stetit ipsa ad limina Phinhas,*
31 *Imminuit precibus plagam: quæ cura ministro*
32 *Iustitiæ in sæclum ætatem est adscripta per omnem.*
Propter aquas Meribah infensum incedere, malè idq.
Illorum ob furiam Mosi quoque cessit iniquam;
33 *Spiritus est cuius turbatus, vóxque fefellit,*
Labráque sermonem non produxêre relatum;
Num.20,2, Deut.1,37. 34 *Perdere nec populos voluêre, vt iusserat* IAS;
35 *Imò inter populos mixti didicere scelesta*
Facta hominum, coluere nihil simulacra iuuantum:
36 *Hic illis laqueus præcepsque immane ruinæ.*
37 *Et Satyris natos, natas quoque manibus imis,*
Infandum flamma scelus incendere voraci,
38 *Natorum impocuo, & natarum sanguine fuso:*
Sacrilegi Chanaan diuos coluere nefastos:
Sanguinibus tellus infecta & crimine fœdo est.
39 *Pollutíque suis factis studiísque maligni,*
Inuertere sacri thalami sanctissima iura.

Exarsit-

40 ויחר אף יהוה בעמו ויתעב את נחלתו׃

40 Exarſitque IAE naſus, populum, atque ſuorum eſt
Deteſtatus eam ſortem quam legerat ipſe.

41 ויתנם ביד גוים וימשלו בהם שנאיהם׃

41 Tradidit & manibus gentis non vnius, his quæ
Imperat, inuidia ac odiis mota inueteratis.

42 וילחצום אויביהם ויכנעו תחת ידם׃

42 Hoſtibus atque ſuis preſsi, manibúſque ſubacti
Seruitium patiendo, humiles: ſed ſæpius illos

43 פעמים רבות יצילם והמה ימרו בעצתם ויכבו בעונם׃

43 Eripuit: toties illi cepere rebelle
Conſilium: triti & prauis cecidere notandi

44 וירא בצר להם בשמעו את רנתם׃

44 Auſibus. Hos vidit preſſos, audire querelam

45 ויזכר להם בריתו וינחם כרב חסדו׃

45 Horum dignatus, meminiſſe ac fœderis à ſe
Compoſiti, vtque ſolet, multa eſt bonitate miſertus:

46 ויתן אותם לרחמים לפני כל שוביהם׃

46 Hóſque dedit lenis clemenſque exempla benigni
Numinis ante omnes populos vbi capta manebat

47 הושיענו יהוה אלהינו וקבצנו מן הגוים להודות לשם קדשך להשתבח בתהלתך׃

47 Natio. Nos IAS ſerua DEVS optime noſter,
Gentibus éque aliis nos collige, laudibus iſtud
Vt ſanctum noſtris nomen celebretur, vt ipſi
Laude tua nobis grati charíque fruamur.

48 ברוך יהוה אלהי ישראל מן העולם ועד העולם ואמר כל העם אמן הללו יה׃

48 Sit celebris cunctíſque modis DEVS Iſrael IAS,
Quidquid agítque egítque à primo ad ſæcula ſumma.
Huic Amen populus cunctus canat atque Halelu Iah.

47 Igitur bonitatem & miſericordiam iſtã maximam, qua non quid cõmeruerimus, verùm quid tu pollicitus fueris, æſtimas in nobis, tandem compleas, vt per ſanctũ Euãgelium euocati ac redempti de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus & gratulemur tibi.

FINIS LIBRI IIII.

PSALMO-

PSALMORVM LIBER V.

PSAL. CVII.

Confitemini Domino quoniam bonus.

ARGVMENTVM.

SVPERIORI Psalmo laudabatur Deus, vt constantis misericordiæ in populum, cui promissa sua exposuerit: in hoc autē laudatur idem apertæ ac perpetuæ misericordiæ ac benignitatis in vniuersum hominum genus, cuiuscunque nationis & regionis. Namq. misericordia in alios ex miseria eripiendos spectatur; ostenduntur verò multiplici miseriarum genere versati homines, & tamen Deum inuocantes liberati fuisse: quibus omnibus obseruatis & collatis, duo declarantur, videlicet Dei misericordiam omnibus se inuocantibus adesse: quamobrem D. Paulus Deum diuitem esse ait in misericordia erga omnes qui inuocant eum. Alterum autem est, orationem, & preces, inuocationesque puras hominum nō otiosas aut inanes, sed omnino vtiles esse.

CARMEN HEROICVM.

1 VOS IAM celebrate bonum ac per sæcla benigno
Numine, quod mundo monstrauit prouidus omni.
2 Idque redempta IAE dicat gens, ipse redemit
Quos arcti è manibus domini, variisque locorum
3 Collegit terris, occasu & Solis ab ortu,
Vnde latet Boreas, vnde & spatia ampla mari sunt:
4 Per steriles tractus & inhospita tesqua vagantes
Quærentes inopésque viæ, quæ duceret vrbem
5 Ad cultam; pressi antè fameque sitique molesta,
6 Obtecta ac tenebris anima est. Clamore sed IAM
Angustis rerum pressi petiere periclis:
7 Et grauibus curis hos eruit ille, hominúmque
Rectum iter ad sedes dux commonstrauit & vrbem.
8 Ergo IAM propria & bonitas, miraculaque ipsis
Cognita terrigenis fateantur concelebrentque.
9 Prouidus ille animam quoniam satiauit anhelam,
Ille bonis animam sitientem sæpè repleuit.

Quique

1 הודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו׃

2 יאמרו גאולי יהוה אשר גאלם מיד צר׃

3 ומארצות קבצם ממזרח וממערב מצפון וימים׃

4 תעו במדבר בישימון דרך עיר מושב לא מצאו׃

5 רעבים גם צמאים נפשם בהם תתעטף׃

6 ויצעקו אל יהוה בצר להם ממצוקותיהם יצילם׃

7 וידריכם בדרך ישרה ללכת אל עיר מושב׃

8 יודו ליהוה חסדו ונפלאותיו לבני אדם׃

9 כי השביע נפש שוקקה ונפש רעבה מלא טוב׃

1 עולם duo significat, sæculum & mundū. in superiori Psalmo significatio prior potissimum, in hoc verò posterior vsurpata est.

Pericula discrimina que omnia, quibus humana vita sæpè afflictatur, ad hæc genera, quæ in hoc Psalmo indicantur, referuntur. hæc enim cōmunia sunt omnium ferè hominum generi, etiam iis, apud quos neque fraus, neque iniuria, aut bellum, aut violentia est. nam captiuum duci, in carcerem trudi, abertare, & pallare, ægrotare, in mari periclitari, etiam simplicib⁹ hominibus accidit aliquando. Fames publica, quanquā ob peccata accidat, tamē & pueros & alios non adeó improbos corripit.

8 Intercalare carmen cum conclusione argumentationis.

9 Detrusi in carceré.

10 ישבי חשך וצלמות אסירי עני וברזל:
10 *Quique ſedent tenebris & opacæ mortis in vmbra,*
Vincti atque ærumnis & iniquo pondere ferri:

11 כי המרו אמרי אל ועצת עליון נאצו:
11 FORTIS *dicta auſi quoniam violare,* SVPERNI
12 *Conſilium ſpreuere. igitur ſua corda labore*
Afflicta & miſeris rebus cecidere: iuuare

13 ויזעקו אל יהוה בצרלהם ממצוקותיהם יושיעם:
13 *Hos voluit nemo; donec clamoribus* IAM
Rebus in anguſtis vnum petiere; periclo
14 *Multiplici & cura preſſis tulit ille ſalutem.*

14 יוציאם מחשך וצלמות ומוסרותיהם ינתק:
Hos tenebris, gelida ac de mortis protulit vmbra;
Vincláque conuellens, his libera crura remiſit.

15 יודו ליהוה חסדו ונפלאותיו לבני אדם:
15 *Ergo ſua & bonitas* IAM, *miracula & ipſis*
Cognita terrigenis fateantur concelebrentque.

16 כי שבר דלתות נחשת ובריחי ברזל גדע:
16 *Qui chalybum vectes, portas quoque fregit ahenas:*
17 *Qui ſtulti ſcelerumque via prauorum & amore*

17 אוילים מדרך פשעם ומעונותיהם יתענו:
18 *Decumbunt preſſi; faſtidia magna ciborum*
Obducunt animas miſeris, foribuſque propinqui

18 כל אכל תתעב נפשם ויגיעו עד שערי מות:
19 *Mortis eunt atræ. Demum clamoribus* IAM
Rebus in anguſtis petiere; hos ille periclis

19 ויזעקו אל יהוה בצר להם ממצוקותיהם יושיעם:
Ac trepidis curis ſeruauit: mittere verbum

20 ישלח דברו וירפאם וימלט משחיתותם:
Dignatusque ſuum, medicatos eruit ipſis
Ex foſſis penitus, quibus acceſſere, ſepulchri.

21 יודו ליהוה חסדו ונפלאותיו לבני אדם:
21 *Ergo ſua & bonitas* IAM, *miracula & ipſis*
Cognita terrigenis, fateantur, concelebrentque:

22 ויזבחו זבחי תודה ויספרו מעשיו ברנה:
22 *Et ſacra teſtantis laudis certumque fatentis*
Sacrificent cantum, & narrent ſua maxima facta.

23 יורדי הים באניות עשי מלאכה במים רבים:
23 *Qui mare deſcendunt ratibus, ſua munia quique*
24 *In magnis obeunt vndis; videre profundo*

24 המה ראו מעשי יהוה ונפלאותיו במצולה:
Facta IAE *in pelago, mirandáque plurima: namq. is*
25 *Dixit, & exurgens ventoſo turbine fluctus*

25 ויאמר ויעמד רוח סערה ותרומם גליו:
26 *Tollitur. illi alti iam cælos tangere, iamque*

26 יעלו שמים ירדו תהומות נפשם ברעה תתמוגג:
Imis deducti, abſorpti & creduntur abyſſis.

27 יחוגו וינועו
27 *Deficit ærumnis anima his. nutántq. tremúntq. vt*

11 Carceres ad ſceleratorum cuſtodiam inſtituti, tametſi aliquando innocentes conſtringant; ſed id non ex recto vſu, verùm ex errore vel malitia accidit vtentium.

15 Ergo & qui vincti fuerunt, poſteaquã liberati ſunt, Dei beneficentiã erga homines, nõ tantùm Iſraelis, ſed communiter erga Adę filios confiteantur ac teſtentur.

17 Qui ex vitio & luxuria, ex intemperie aut alia cauſa ægrotant.

22 Hi vota ſibi in ipſo vitæ diſcrimine & graui morbo ſuſcepta perſoluant gratulatione debita.

23 Periclitantes in mari.

27 Aegrimonia, nauſea, & agitatione, atq. metu ita oppreſſi, etiã magiſtri & rectores nauis ſunt, vt nullum conſilium inueniant, niſi vt ad Deum confugiant.

Ebrius, absorpta hos omnis sapientia fallit.

28 *Rebus ita angustis* IAM *clamore vocarunt,*
Anxietate omni penitus quos extulit ille.

29 *Stare iubet, stantem tempestatémque tacere,*
Et posuit motos in tuta silentia fluctus.

30 *Ob tacitas placidásque vndas lætantur, & idem*
Incolumes ducit quò mens, quò cura ferebat.

31 *Ergo sua & bonitas* IAM, *miraculáque ipsis*
Cognita terrigenis, fateantur concelebrémque.

32 Nam ita solent nautæ iam securi in portu euasa pericula visentibus se narrare.

32 *Hunc populi in cœtu extollant, claríque senatus*
Consessu hunc celebrent, resonanti & laude salutent.

33 Fames & inopia, ex inducta in agros, sterilitate.

33 *Desertum posuit fluuios, quíque exitus vndis*
Antè frequens fuerat, sitientes transit in agros:

34 *Fructiferam terram in sterilem iubet ire salinam,*
Ipsorum ob noxam, sceleratáque facta colentum.

35 *Rursus aquas in deserto, riuósque fluenteis*
Constituit, tellus arens fit & exitus vndis.

35 Hæc exempla natiuæ soli sterilitatis in summam vbertatem mutatæ, manifestam Dei prouidentiam in omnes terræ partes probant.

36 *Collocat hícq. fame oppressos: queis cõdere & vrbẽ,*

37 *Atque habitare dedit. Tunc semina iacta per agros,*
Consita maturos produxit vinea fructus.

38 *Multiplici hos auget prole, ac decrescere non vult*

39 *His pecus: imminuit tamen illis dura tyrannis,*
Anxietásque, malum proprium, vis atque molesta.

40 Sæpè accidit, vt copia et vbertas regionis vitia alat; vitia tyrannidem excitent, tyrannis diuinam vltionem prouocet: sed eodem tempore cùm superbos Deus vltor deijcit, humiles & modestos beneficentia sua extollit.

40 *Obruit effuso contemptu magnificos, qui*
Auia deiecti loca, sicca & senta pererrant.

41 *Extulit idem inopem, duris quem rebus egestas*
Vrserat, vt pecus hos componit prole frequenti.

42 Ita fit vt recti & prudentes iudicij & benignitatis Dei argumenta læti obseruent.

42 *Spectantes gaudent recti: peruersa sed omnis*
Turbáque iniqua sibi præcluso conticet ore.

43 Igitur diuina sempiterna virtus ipsa sese manifestat, dummodo sapienter eam homines obseruent.

43 *Quis sapiens hæc obseruat prudenter? vt* IAE
Munera noscantur plura atque exempla benigni.

PSAL.

כשכור וכל חכמתם תתבלע׃
28 ויצעקו אל יהוה בצר להם ממצוקותיהם יוציאם׃
29 יקם סערה לדממה ויחשו גליהם׃
30 וישמחו כי ישתקו ויבחם אל מחוז חפצם׃
31 יודו ליהוה חסדו ונפלאותיו לבני אדם׃
32 וירוממוהו בקהל עם ובמושב זקנים יהללוהו׃
33 ישם נהרות למדבר ומצאי מים לצמאון׃
34 ארץ פרי למלחה מרעת יושבי בה׃
35 ישם מדבר לאגם מים וארץ ציה למצאי מים׃
36 ויושב שם רעבים ויכוננו עיר מושב׃
37 ויזרעו שדות ויטעו כרמים ויעשו פרי תבואה׃
38 ויברכם וירבו מאד ובהמתם לא ימעיט׃
39 וימעטו וישחו מעצר רעה ויגון׃
40 שפך בוז על נדיבים ויתעם בתהו לא דרך׃
41 וישגב אביון מעוני וישם כצאן משפחות׃
42 יראו ישרים וישמחו וכל עולה קפצה פיה׃
43 מי חכם וישמר אלה ויתבוננו חסדי יהוה׃

PSAL. CVIII.

Paratum cor meum Deus.

ARGVMENTVM.

OMNEM victoriam, prosperitatem, amplitudinẽ suam, atque populi sui Deo acceptam refert Dauid in hoc Psalmo; qui neque se potuisse, neque populum Israeliticum meritum fuisse tot vicinos, ac finitimos remotosq. hostes superare ac domare affirmat, sed vnius Dei voluntate & virtute hanc sibi felicitatem contigisse. Quippe cùm Deus misericors illum populũ non perdere, sed conseruare velit, ex quo seruatorem illum donaturus orbi sit, per quem omnes nationes ad Euangelij fidem & obedientiam, & regni cælorum communionem vocati, adducantur.

א שיר מזמור לדוד׃

1 *Canticum Psalmi Dauid.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

ב נכון לבי אלהים אשירה ואזמרה אף כבודי׃

2 *COnstat cor mihi mi* DEVS;
Psallam, téque canam; tum mea gloria

Mea gloria.] Amplitudo animi mei, hoc est, quantum ipse studio & conatu efficere possum, gratia Dei iuuante.

ג עוּרה הנבל וכנור אעירה שחר׃

3 *Nablum cum cithara excita,*
Cúmque aurora venit protinus exciter.

ד אודך בעמים יהוה ואזמרך בלאמים׃

4 IAS *te in populis feram,*
Te psallam varians natio quà patet:

ה כי גדול מעל שמים חסדך ועד שחקים אמתך׃

5 *Cælos nam bonitas tua*
Altos, exuperátque æthera veritas.

In promittendo & præstandis promissis maximus es.

ו רוממה על שמים אלהים ועל כל הארץ כבודך׃

6 *Cælis tollitor ô* DEVS,
Et sit terra minor gloria quàm tua.

ז למען יחלצון ידידיך הושיעה ימינך וענני׃

7 *Vt gens chara tibi eruta*
Extet nempe, tuæ munere dexteræ
Serua atque assere; tum mihi
Respónde facilis, prouidus & faue.

ח אלהים דבר בקדשו אעלזה אחלקה שכם ועמק סכות אמדד׃

8 *Sic sancto eloquio* DEVS
Dixit: Lætus ego diuidere inclytos
Agros quos Sichime colit;
Vallem Suchoti metiar & mihi.

8 Deus ipse effatus est, & verbo suo firmauit, thronum meũ fore stabilé & prosperum, igitur aggrediar etiã difficillima quæque ab ipso proposita; nam me fides & spes adipiscendi animat.

ט לי גלעד ולי מנשה ואפרים מעוז ראשי יהודה מחקקי׃

9 *Sunt siluæ Gilead meæ:*
Est & mî Manasses, ac Ephraim mei
Firmamen capitis, meis
Iudas scriba manet legibus vnicus.

10 *Moab olla mihi eſt, pedes*
Et qua crura lauem: mittere calceum
Inque Edom meditor meum;
Atque vſque in Peleſeth lætus ouans ferar.

10 מואב סיר רחצי על אדום אשליך נעלי עלי פלשת אתרועע׃

11 *En quis ſiſtet in arcibus*
Me nunc, inque domos ducet Idumeũ?

11 מי יבילני עיר מבצר מי נחני עד אדום׃

Videor difficillima aggredi, & ſine te nihil poſſum. Atqui videmur à te abiecti, cũ tot calamitates perpeſſi hactenus fueri mus; ſed eſto nobis dux.

12 *An non nos DEVS abijcis?*
Nec dux noſtra moues agmina prodiens.

12 הלא אלהים זנחתנו ולא תצא אלהים בצבאותינו׃

13 *Nobis auxilium dato ex*
Arctis; vana ſalus eſt hominis quidem.

13 הבה לנו עזרת מצר ושוא תשועת אדם׃

14 *Virtus noſtra parabitur*
Ipſo auctore DEO, qui premet hoſtium
Noſtrorum petulantiam;
Atque illos penitus queis premimur, teret.

14 באלהים נעשה חיל והוא יבוס צרינו׃

PSAL. CIX.

Deus laudem meam ne tacueris.

ARGVMENTVM.

QVO tempore Dauid ciuilibus turbis, & domeſticorum ſuorum odiis ac dolis circunueniebatur, hunc Pſalmum compoſuit, quo inſidiarum ſibi ſtructarum, & probrorum atque ignominiarum, quibus impetitus fuerat, vindicem Deum appellat, cui cauſam exponit omnem, ſuamq. cum primis innocentiam probat; atque inimicorum malitiam, inuidiam, & iniurias demonſtrat. quorum pœnas ex diuini iudicij integritate ac ſeueritate comparatas præneſcens, non tam precatur, quàm prædicit, hoſtes ſuos deterrendi magis, quàm vlciſcendi animo. Atque hunc Pſalmum vnum ex iis eſſe, qui propriè ad Chriſtum referantur, Spiritus ſanctus apertè nos docuit, D. Petro interprete.

1 *Ad præſtantem Dauidis Pſalmus.*

1 למנצח לדוד מזמור

CARMEN ELEGIACVM.

1. Iudicij tui integritas ipſa poſtulat, vt nõ diſſimules, quæ mihi obiiciuntur probra, quæque in me parantur mala; nam multa & grauia ſunt, & indigniſſima: proficiſcũtur enim ab iis, quos amo, quos foui & ornaui, in me innocentẽ, & nulla alia cauſa, quàm quòd eam perſonam, quam tu mihi impoſuiſti, ſtudioſiſſimè tueor.

O Quem laudo DEVS, quo laudor PRINCIPE, ne
Diſſimules, ſurdi aut more precor taceas. (tu

אלהי תהלתי אל תחרש׃

2 *Impia nam fraude artifici patuere ſuper me*
Ora, mihi vanum ſunt que locuta dolum.

2 כי פי רשע ופי מרמה עלי פתחו דברו אתי לשון שקר׃

3 *Verba odij me atque inuidiæ obſedere malignæ;*
Immeritóque mouent prælia ſæua mihi.

3 ודברי שנאת סבבוני וילחמוני חנם׃

Hi mihi

4 תחת אהבתי ישטנוני ואני תפלה׃

4 *Hi mihi quos & amo, aduerſi infenſíque minantur;*
Pro quibus ipſe pia te DEVS *oro prece.*

5 וישימו עלי רעה תחת טובה ושנאה תחת אהבתי׃

5 *Proque bono officio rurſus mî incommoda ponunt,*
Dántque odium noſtræ præmia amicitiæ.

6 התקר עליו רשע ושטן יעמד על ימינו׃

6 *Opprimat improbus hunc impunè, vt dexter & ipſi*
Stet Satan praui crimine iudicij.

6 Diuini iudicij ſententia eſt, vt ſceleratus & iniurius homo quod fecerit, expecter, cùm ſcelus malitioſo ſtudio & conſilio admiſerit. hanc ſententiã cognitam pronuntiat Pſaltes, magis adeò prædicens, quàm vltioni ſtudens.

7 בהשפטו יצא רשע והפלתו תהיה לחטאה׃

7 *Impius in cauſa ac damnatus prodeat illi;*
Sint ſibi peccato quas volet eſſe preces.

8 יהיו ימיו מעטים פקדתו יקח אחר׃

8 *Exiguos agat ille dies, munus ferat alter*
Illius, fido promptior officio.

9 יהיו בניו יתומים ואשתו אלמנה׃

9 *Sint orbi huic nati, vidua ac deſerta ſit vxor;*

10 ונוע ינועו בניו ושאלו וידרשו מחרבותיהם׃

10 *Sint nati inſtabiles, perpetuóque vagi:*
Mendici excurrant, quærant patriiſque ruinis
Eiecti ac domibus, quas habitare nefas.

11 ינקש נושה לכל אשר לו ויבזו זרים יגיעו׃

11 *Creditor illaqueet quidquid poſſederat ille;*
Eius erit cunctus præda aliena labor.

12 אל יהי לו משך חסד ואל יהי חונן ליתומיו׃

12 *Illi nullus opem facilis qui porrigat, adſit;*
Illius natis nemóve proſpiciat.

13 יהי אחריתו להכרית בדור אחר ימח שמם׃

13 *Poſteritas exciſa omnis cadat illius; ætas*
Vna illis nomen deleat atque tegat.

14 יזכר עון אבותיו אל יהוה וחטאת אמו אל תמח׃

14 *Et memori conſtent* IAE *delicta parentis,*
Peccatum & matris non premat vlla dies.

15 יהיו נגד יהוה ויכרת מארץ זכרם׃

15 IAM *ſint ſemper contra, terráque reciſa,*
Omnia diſpereant his monumenta ſimul.

15 Reputet hos Deus aduerſarios ſibi eſſe, atque conſultò ipſi obliſtere.

16 יען אשר לא זכר עשות חסד וירדף איש עני ואביון ונכאה לבב למותתו׃

16 *Immemor ipſe fuit miſerandi, namque & egentem*
Dum cupit ac miſerum perdere, perſequitur;

16 Reprobationis cauſæ.

17 ויאהב קללה ותבוא לו ולא חפץ בברכה ותרחק ממנו׃

17 *Trito corde virúmque occidere quærit. Amata,*
Quæ ſibi quæſiuit, dira nefaſta feret.
Non voluit benedicta ſibi, benefauſtáque; longè
Et benedicta illum protinus effugient.

18 וילבש קללה כמדו ותבא כמים בקרבו וכשמן בעצמותיו׃

18 *Induat vt veſtem malefauſta hæc, pectore vt vndas,*
Vtque oleum penetrans oſſibus excipiat.

19 *Hunc & amictus vti velet, ceu cingula semper*
Cingat, & à nodis non solüenda ferat.
20 *Hoc operæpretium, aduersos expectet ab* IA
Hos, optant animæ qui maledicta meæ.

21 Nomen illud tuũ, quo oppressorũ te miseren declarasti, in mea etiã causa tuere.

21 IAS *tuq. tuum* DOMINE *ô precor assere nomen;*
Erue munifico numine méque bono.
22 *Quippe ego pauper egens peto te; mea visceraq. intra*
Occisum iam cor sentio quippe meum.

Nihil est in me virium ferè ab istis relictum, præter tuũ præsidium quo nitor. Dauid hoc de se dicit, & Christus ex infirmitate secundum carnem, in qua & passus est.

23 *Iam velut vmbra cadens abeo, vt propulsa locusta*
Excussus, finem quærere pergo meum.
24 *Debilia hæc genua, assidua ac ieiunia reddunt;*
Macra caro est, succo nam caret ipsa suo.
25 *Illis ipse fui probrum, quassantque videntes*
Me caput; & moto vertice despiciunt.
26 IAS *auxilium mihi fer* DEVS *atque salutem,*
Vt facilis constans diceris, vtque bonus.
27 IAS *nempe tuam cognoscent vimque manumque,*
Auctorem agnoscent te, ac tua facta scient.

28 Eorum studium, votum & conatum irritum facies. neque maledictis, neque conatibus quicquam efficient, vt cupierant.

28 *Ij maledicta ferent, sed tu benefausta repones,*
Surgent, hos turpis sed pudor afficiet.
29 *Hos pudor obuoluet ceu pallia: gratus vt* IAM
30 *Ore canam multum, confitearque meo.*
Illum etiam medius cœtu laudabo frequenti,
Atque modis laudes pluribus has repetam.
31 *Nam stetit ipse inopi dextérque, animámq. malignis*
Ereptam iussit viuere iudicibus.

PSAL. CX.

Dixit Dominus domino meo.

ARGVMENTVM.

CHRISTO in cælos ascensuro, æternam regni possessionem atque potestatem à Deo patre tribuendam esse, Dauid hoc Psalmo prædixit, inducta Dei ipsius filium alloquentis oratione, atque expositione virtutis auctoritatisque

tatisque eius, quam Christus morte, sepultura, ac resurrectione sua, ea parte, qua homo est, obtinuit. eam verò auctoritatem ac regni possessionem æternã fore prænuntiat. cõstat oratio omnis translationibus elegantissimis.

Dauidis Psalmus.

לדוד מזמור 1

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

נאם יהוה לאדני שב לימיני עד אשירית איביך הדם לרגליך׃

DVm responsa meo DOMINO *pronuntiat* IAS,
Sic ait, Assideas mihi dexter:
Donec & ipse tuos deuictos protinus hostes
Scamna pedum iubeo esse tuorum.

1 Christo secundum humanitatem concessus à patre, atque adiudicatus locus ad dexteram, qui secundũ diuinitatem proprius illi ab æterno est.

Donec.] Promissionis & affirmationis vim habet, non exceptionis; namque illè locus æternùm Christi erit.

מטה עזך ישלח יהוה מציון רדה בקרב איביך׃ 2

2 *Sceptra Sione tui mittet tibi roboris* IAS,
Vt medios domineris in hostes.

2 In Ierusalem expeditio facienda erat Christo, ad vincendũ diabolum, peccatum, & mortem, qui omnium spiritualiũ hostium sunt principes.

עמך נדבת ביום חילך בהדרי קדש מרחם משחר לך טל ילדתך׃ 3

3 *Sponte tuus populus veniet tibi, sponte, die quo*
Publica constabit tua virtus:
Sanctis pulchra inquam virtus splendoribus, ille
Almus nascentisque tui ros
Ex vtero tibi; nec tantus descendit ab ipsa
Aurora, exurget tibi quantus.

3 Pentecostes die Spiritu sancto in discipulos misso, Christi virtus apertè constitit mundo.

נשבע יהוה ולא ינחם אתה כהן לעולם על דברתי מלכי צדק׃ 4

4 IAS *iurauit, nunquam & iurata recîdet,*
Tu mihi perpetuusque minister
Melchisedek ritu æternus dicêre sacerdos,
Atque eris is verbo mihi certo.

על דברתי & ritum & constitutionẽ, & verbum meum significat.

אדני על ימינך מחץ ביום אפו מלכים׃ 5

5 *Ipse die nasique sui* DOMINVS *tibi dexter*
Vulneribus reges dabit ictos.

5 Quo die Dominus iratus maximè erit & vlciscetur peccata mundi, eodem te victorem efficiet. magnum mysterium his versibus continetur.

ידין בגוים מלא גויות מחץ ראש על ארץ רבה׃ 6

6 *Arbiter in gentes, densoque cadauere complens*
Procedet iustúsque poténsque.
Sternet & in multa terra caput ille cruentum,
Vt spatiis iam victor in amplis.

6 Conuenit cum illo Isaiæ, Quis est iste qui venit de Edom?

מנחל בדרך ישתה על כן ירים ראש׃ 7

7 *Inque via bibet è riuo; caput ergo decoro*
Attollet pulchróque triumpho.

7 Bibit Christus è riuo sanguinis effusi p multis, in redemptionem peccatorũ. totus Psalmus, vti admonuimus, allegoriis cõstat.

PSAL.

PSAL. CXI.

Confitebor tibi Domine.

ARGVMENTVM.

Ex contentæ in superiori Psalmo sententiæ contemplatione huius etiam argumentum natum est, quo Psaltes Ecclesiam ad laudes inuitat Dei omnipotentis & misericordissimi, qui salutis æternæ promissa antiquis figuris adumbrata, re ipsa mundo per Christum præstiterit, atque euentu confirmauerit; id enim futurum præuidebat Psaltes: hortatur autem homines, vt illam salutem expectent in timore Domini ac tremore, certa fide in Deum, atque piarum actionum & operationum studio indefesso, firmaque perseuerantia: qui enim hoc præstiterit, illius tandem salutis compos factus, in æternum laudabitur.

Inscriptione singulari caret; indicat autē verbum, Haleluiah, esse gratulatoriū Psalmū.

1 Siue familiari sermone, siue publica oratione agam, idem argumentum erit dicendi laudes Dei.

2 Dei maxima sunt facta, promissa amplissima, promissorum præstantissima constantia & veritas.

5 Vt ille promissa terrena re ipsa impleuit, sic etiam præstabit ea quæ per suum Christum præstanda esse recepit: nam nūquam immemor est suorum promissorum.

7 Fides in promissis efficiendis, ius in ratione rerū præceptarum, & in iussis suis. itaq. promittit & præstat, idem proponit et iubet, quid agendum sit iis, qui promissorū compotes esse velint: id autem maximo iure, admirandaque ratione constat.

1 *Haleluiah.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON
acrostichon ordine Alphabeti.

א *ATqui IAM integro laudabo ex corde, bonis ac*
ב *Rectis seorsum, siue sim cœtibus in mediis.*
2 ג *Grandia facta IAE constant, quærendaq. ab omni*
ד *Desiderante mente; qui concupit illa pius.*
3 ה *Huius opus laude est dignum pleneque decorum;*
ו *Vnius & stat cuncta per tempora iustitia.*
4 ז *Summaque mirandis fecit monumenta, probatus*
ח *His fautor IAS: gratiæ prouidus atq. parens.*
5 ט *Tradidit isque suis prædam metuentibus; ille*
י *Omni memor sæclo sui fœderis ipse manet.*
6 כ *Cuius vis operum est populo monstrata fideli, ac*
ל *Laus, gentium fundum suo cùm dedit is populo.*
7 מ *Magna fides ac ius, manuum sunt illius acta;*
נ *Quæcunque mandat ille sunt constabilita fide;*
8 ס *Sustentata vltra voluentia sæcula mundi,*
ע *Et æqua, veritatis & consolidata modis.*
9 פ *Pollicitus misit vitam populo ille redempto,*
צ *Suumque iussit fœdus in sæcla perenne fore.*
10 ק *Quàm sanctum est eius, quàm formidabile nomen!*
ר *Rectū, metusque IAE pius, principiū sapere est.*
ש *Scit, sapit is, fruiturque aptè qui fecerit illa,*
ת *Tenetque laudis integrum perpetuumq. decus.*

1 הללו יה

אודה יהוה בכל לבב בסוד ישרים ועדה׃

2 גדלים מעשי יהוה דרושים לכל חפציהם׃

3 הוד והדר פעלו וצדקתו עמדת לעד׃

4 זכר עשה נפלאותיו חנון ורחום יהוה׃

5 טרף נתן ליראיו יזכר לעולם בריתו׃

6 כח מעשיו הגיד לעמו לתת להם נחלת גוים׃

7 מעשי ידיו אמת ומשפט נאמנים כל פקודיו׃

8 סמוכים לעד לעולם עשוים באמת וישר׃

9 פדות שלח לעמו צוה לעולם בריתו קדוש ונורא שמו׃

10 ראשית חכמה יראת יהוה שכל טוב לכל עושיהם תהלתו עומדת לעד׃

PSAL.

PSAL. CXII.

Beatus vir qui timet Dominum.

ARGVMENTVM.

IN superioris Psalmi calce docuerat Psaltes, diuinorum promissorum constantiam eos propriè spectare, qui Deum timent; huius pij timoris rationem idem Psaltes hoc Psalmo exponit eodem carminis genere, atque eadem inscriptionis forma Haleluiah. complectitur autem hoc nomine timoris Domini pietatis exercitia, ea maximè quæ ad proximos ex charitate iuuandos pertinent.

1 הללו יה 1

Haleluiah.

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON ACROSTICHON.

אשרי איש ירא את יהוה במצותיו חפץ מאד:

א *ATqui beatus qui timet & colit*
ב *IAM, bene eius iussáque diligit;*

2 גבור בארץ יהיה זרעו דור ישרים יברך:

2 ג *Grande huic potenti ac dignitate*
Terra videt venerata semen.

ד *Directa virtus est quibus, audient,*
Ætate læti quod memorent sua.

3 הון ועשר בביתו וצדקתו עמדת לעד:

3 ה *Huius domumque & copia alma*
Diuitiis opibusque complet.

ו *Viuens stat illi iustitiæ æquitas,*

4 זרח בחשך אור לישרים חנון ורחום וצדיק:

4 ז *Splendensque rectis candida lux nitet*
Caliginosa nocte. clemens,
ח *Hic facilis, bonus atque iustus.*

5 טוב איש חונן ומלוה יכלכל דבריו במשפט:

5 ט *Tam pulchra sors est munifici viri,*
Clemens roganti qui sua commodat;
Huic cuncta, res & verba, constant
י *Iudicio moderata recto.*

6 כי לעולם לא ימוט לזכר עולם יהיה צדיק:

6 כ *Certè labanti nunquam animo cadet;*
ל *Longisque iusti gloria seculis,*
Expersque durabit maligni

7 משמועה רעה לא ירא נכון לבו בטח ביהוה:

7 מ *Murmuris, inuidiamque vincet.*
נ *Nam fixum in* IA *fidere cor tenet,*

8 סמוך לבו לא יירא

8 ס *Stat corde fultus, nil metuet quidem,*

Iussa Dei, tam quæ ad animi motus, corporisque actus, & sensuum affectus temperandos, quàm quæ ad alios iuuandos data sunt.

4 Huiusmodi piorum ratio, etiamsi omnis orbis turbetur, constat apud Deum clara, & lucet apud homines cùm opus est.

7. 8. Ille nititur fide & spe Dei promissorũ, præceptorumq. eiusdem rectam viam sequitur, quam dum insistit, nihil mouetur perturbatione rerum,

imò videt aduersatios suos in aliis viis prauis pereuntes.

ע *Exempla pressorum suorum*
Dum videat stupeatque digna.

9 Huius suas res bene profundentis, honor, dignitas, atque decus & amplitudo crescit, quamuis decrescentibus diuitiis & opibus humanis.

9 פ *Panditque egenis non tenuem manum,*
צ *Sic huic perennis iustitia ac manet;*
ק *Quantumque consurgit decorum*
Tollitur erigiturque cornu.

10 Ipsa autem inuidia huius aduersatios vlciscitur.

10 ר *Rectique cernit nescius impius,*
ש *Sæuit macrescens dentibus & crepat:*
ת *Totum peribit quidquid optant*
Impia percupiuntque turba.

עד אשר יראה בצריו׃

פזר נתן לאביונים צדקתו עמדת לעד קרנו תרום בכבוד׃

רשע יראה וכעס שכיו יחרק ונמס תאות רשעים תאבד׃

PSAL. CXIII.

Laudate pueri Dominum.

ARGVMENTVM.

HVMANA opera, quamuis ad diuinæ dignitatis, & puritatis, atque efficientiæ amplitudinem immensam collata, exigua omnino sunt, tamen gratissima Deo esse, & inæstimabili præmio non destitui, ait Psaltes, propterea quòd ab ipso Deo præcepta commendataque sunt, promissis propositis, & à Dei famulis promissorum fide ac spe animatis, atque obedientia inductis, pro virili suscipiuntur & exhibentur; idque adeò Dei ipsius bonitate & benignitate niti; qui quanquam altissimus, & omnino summus maximusque sit, tamen totius mundi partes vel minimas cognoscit, curat & gubernat, & ex minimis, atque adeò non existentibus rebus magnas facit & cõstituit. vt ex sterilitate naturali fœminas magnarũ familiarum matres reddit aliquando, argumento magno misericordiæ ac liberalitatis suæ.

1 *Haleluiah.*

הללו יה

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

IAM *vos famuli tollite laudibus,*
IAE *nomen age ac laudibus edite:*

הללו עברי יהוה הללו את שם יהוה׃

2 IAE *nunc celebre & nomen in vltima*
Vltra & sæcula personet.

יהי שם יהוה מברך מעתה ועד עולם׃

3 *Vnde & Sol oritur, quaque cadens subit,*
IAE *nomen erit laudibus inclytum.*

ממזרח שמש עד מבואו מהלל שם יהוה׃

4 IAS *celsus enim gentibus omnibus,*
Cælis amplus & eminet.

רם על כל גוים יהוה על השמים כבודו׃

IAE

5 מי כיהוה אלהינו המגביהי לשבת׃

6 המשפילי לראות בשמים ובארץ׃

7 מקימי מעפר דל מאשפת ירים אביון׃

8 להושיבי עם נדיבים עם נדיבי עמו׃

9 מושיבי עקרת הבית אם הבנים שמחה הללויה׃

5 IAE *quis similis, quem colimus* DEVM?
Qui ponitque thronum sedibus editis:
6 *Quique vt respiciat quidquid in æthere*
Ac terra est, se humilem refert.
7 *Mendicum tenui è puluere qui erigit;*
Deiectumque fimo qui leuat indigum,
8 *Iungat principibus quem; populi sui*
Sistat principibus parem.
9 *Ille hanc, quæ sterilis vixerat in domo,*
Fœcundam locat; & pignora dulcia
Dat matri, & cumulat gaudia pectori;
Ergo IAH *halelu inclytum.*

6 Hoc exemplo sæpissime spectato, confirmatur Deũ opera seruorum suorum, quãquam exigua, tamen respicere, curare, & probare, promissoque præmio prosequi.

PSAL. CXIIII.

In exitu Israel de Aegypto.

ARGVMENTVM.

DEI summi, maximi ac potentissimi benignitatem significat Psalmus hic; qui quanquã altissimus sit & supernus, vt in præcedenti ostensum erat, tamen sese ad exiguas res, præcipuè ad hominum genus fouendum, promouendum, & amplificandum demittit: cuius rei exemplum manifestissimum editum est in liberatione ac eductione filiorum Israel ex Aegyptiaca seruitute, vbi Dominus populum illum sibi peculiariter dilectum ac ornatum esse, magnis virtutibus ac signis declarauit.

CARMEN SAPPHICVM.

א בצאת ישראל ממצרים בית יעקב מעם לעז׃

1 ISrael quando sobolesque Iacob
Barbaræ linquens populum loquelæ, &
Regna Mitsraim, nimium molestis
Vrbibus exit:

ב היתה יהודה לקדשו ישראל ממשלותיו׃

2 Iuda tunc sanctum in populum sacratur;
Principem agnoscit Dominumque lætus
Israel dictis, opere ac potentem,
Imperiisque.

ג הים ראה וינס הירדן יסב לאחור׃

3 Hoc mare vt vidit, trepidans refugit,
In caput versus redytque Iarden;

ד ההרים רקדו כאילים גבעות כבני צאן׃

4 Vtque verueces saliere montes,
Et iuga vt agni.

2 Iudæ tribus præcipuè selecta in significationẽ Christi ex illa orituri: & omnes Israelitarũ familiæ propter promissa patribus facta, liberatæ, ornatæ, & amplificatæ sunt; declaratusq. est Israel populus, in quo Deus imperans sese sanctificare, hoc est maximũ & singulari quadam gratia prouidentem ostendere voluerit.

3. 4. Ad eam rem ostendendam, signis ac testimoniis naturæ magnis vsus est Deus, magna virtute editis.

5 *Dic mare ô quid te fugere, ac te Iarden*
Cogit ad ſummum remeare fontem?
6 *Vtque verueces trepidare montes,*
Et iuga vt agnos?
7 *Terra præſentem* DOMINVM *tremebat*
Ac DEVM, *cuius puer eſt Iacob.*
8 *Vertit is rupem in pelagus, fluenteis*
Saxaque in amnes.

ה מה לך הים כי תנוס הירדן תסב לאחור׃
ו ההרים תרקדו כאילים גבעות כבני צאן׃
ז מלפני אדון חולי ארץ מלפני אלוה יעקב׃
ח ההפכי הצור אגם מים חלמיש למעינו מים׃

PSAL. CXV.
Non nobis Domine, non nobis.

ARGVMENTVM.

HVMANI generis amplificationem illam Iſraelitico populo promiſſam, vt Deus abſoluat ac perficiat, ſtudioſè hoc Pſalmo oratur, ratione habita, non tam exiguitatis ac tenuitatis hominum, quàm magnitudinis diuini nominis; quæ apertè cognoſcetur ex exiguis & humilibus rebus ipſius voluntate & efficientia ad maximam amplitudinem euectis.

CARMEN SAPPHICVM.

1 Quoniam tu ita voluiſti, ita promiſiſti, ita te effecturũ recepiſti.

1 *Noſtra non nobis celebretur* IAS
Gloria, aſt iſtud decus atque nomen
Aſſere, vt conſtet bonitas fideſque
Iſta per orbem.

א לא לנו יהוה לא לנו כי לשמך תן כבוד על חסדך על אמתך׃

2 Si populum tuum aut minorẽ, aut patrem aliis nationibus eſſe ſiueris, aut de veritate, aut de efficacitate tua gentes dubitabunt, ſiniſtreq; diſſerent; aut te non eſſe, aut ipſorũ diis forſan eſſe ſimilẽ, cùm tamen hoc veriſſimè reſpõdere debeamus, te in cælo eſſe potentiſſimum, illorum deos neque natura, neque efficacitate deos eſſe, ſed meram vanitatem & inanitatem.

2 *Dicere & cur nam patiere gentes,*
Horũ vbi PRINCEPS DEVS *eſt?* DEVS *nam*
3 *Noſter in cælis operis potensque*
Conſiliique eſt.
4 *Plena at ærumnæ ſimulachra ab iſtis*
Culta ſunt, aurum atque hominum labores
Sunt & argentum; manibuſque formas
Accipiunt has.
5 *Os habent, nunquam tamen eloquentur,*
Nec ſuis poſſunt oculis videre,
6 *Nil vel audire, vt patulis propinqui*
Auribus adſtent.

ב למה יאמרו הגוים איה נא אלהיהם׃
ג ואלהינו בשמים כל אשר חפץ עשה׃
ד עצביהם כסף וזהב מעשה ידי אדם׃
ה פה להם ולא ידברו עינים להם ולא יראו׃
ו אזנים להם ולא ישמעו

Naſus

אף לה֣ם ולא ירי֑חון׃

Naſus iis expers liquidi eſt odoris:

7 ידיהם ולא ימישון רגליהם ולא יהלכו לא יהגו בגרונם׃

7 *Nil tenent illis manibúſve tangunt;*
Nec ſuis vadunt pedibus, ſonant nec
Gutture voces.

8 כמוהם יהיו עשיהם כל אשר בטח בהם׃

8 *Hæc ſibi qui vel coluere facta,*
Fidit aut quiſquis veneratus ipſis,
Horum erunt cuncti ſimiles, Deorum
Nempe ſuorum.

9 ישראל בטח ביהוה עזרם ומגנם הוא׃

9 *Iſrael fidet bene doctus* IAE,
Is ſibi tutor clypeuſque, & IAE

10 בית אהרן בטחו ביהוה עזרם ומגנם הוא׃

10 *Fidit Aronis domus, huicque tutor*
Præſidiumque eſt.

11 יראי יהוה בטחו ביהוה עזרם ומגנם הוא׃

11 *Qui timent* IAM *ſapienter* IAE
Semper ij fidunt, quibus ille tutor
Eſt & inuictus clypeus, ſupernum
Præſidiumque.

12 יהוה זכרנו יברך יברך את בית ישראל יברך את בית אהרן׃

12 *Nos memor fauſtè benedicet* IAS,
Iſrael fauſtè benedicet ille
Sic domum; Aronis benedicet amplam
Ille domumque.

13 יברך יראי יהוה הקטנים עם הגדלים׃

13 *Ille cultores benedicet,* IAM
Qui timent, magnos ſimul ac minores.

14 יסף יהוה עליכם עליכם ועל בניכם׃

14 *Vos bonus, natos pariterque veſtros,*
Augeat IAS.

15 ברוכים אתם ליהוה עשה שמים וארץ׃

15 *Proſperi atque* IAE *penitus ſacrati*
Eſte, qui cælos ſolidamque terram

16 השמים שמים ליהוה והארץ נתן לבני אדם׃

16 *Fecit. at cæli referuntur* IAE
Regnáque cæli:
Filiis terram dedit ille Adami.

17 לא המתים יהללו יה ולא כל ירדי דומה׃

17 *Mortui non* IAH *celebrant, nec omnes*
Antra qui foſſæ ſubeunt ſilentisque
Atra ſepulchri.

8 Iſti ſunt inutiles dij omnino, qui nec ſe, neque ſuos iuuare poſſunt, imò deteriores quotidie fiunt, ipſa vetuſtate rumpuntur & franguntur, ruinis & caſibus obnoxij. qui his confidunt, ſimiles euadent; neque enim maius optare quiſque debet, quàm vt Deo ſuo ſimilis ſit.

9 Ita nobis cõtinget, qui cùm fidamus Deo vero, viuo, & efficaciſſimo, erimus ab eo adiuti, ſuſcepti, & amplificati.

12 Benedictione ſpirituali in cæleſtibus per ſemẽ illud, in quo benedicendæ ſunt omnes familiæ terræ, qui crediderint cum fideli Abraham.

13 Non ſolùm ex Abraha & Iſraelis poſteritate ſecundũ carnem, ſed ex omnibus gentibus, qui timent Dominum, ij benedictionis illius communione fruentur dono ipſius Dei.

15 Qui initio cęli imperium & ſedem ſibi præcipuè adſcripſit; Terræ homines præfecit; ſed benedicet idem nobis, ita vt cælorum etiam regni participes efficiat.

16 Deus dedit terram filiis hominum viuẽtibus, à quibus laudari oportet. nam viuens ipſe eſt, & viuos cultores poſtulat: cæteri dij mortui ſunt, hoc eſt, non dij, & cultores habent mortuos.

18 Nos verò qui viuimus & speramus vitam alteram perpetuam, semper & in hac & in altera vacabimus laudibus diuinis : igitur laudate Deum omnes Ecclesiæ.

18 *Laudibus crebris celebrare at* IAM
Cura sit nobis modò & vsque in omne
Sæculum longè penitus futurum,
Vosque haleluiah.

18 ואנחנו נברך יה מעתה ועד עולם הללו יה׃

PSAL. CXVI.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.

ARGVMENTVM.

DAVID post promissum sibi à Deo, Samuele interprete, regnum, cùm variis difficultatibus ac multis, idque frequenter, conflictaretur, numquam tamen fidem aut spem deposuit, neque animum despondit, neque obiectos labores ita horruit, vt diuina ope fretus non subiret; interim autem hominum iudicio illius rerum exitus bonus fore negabatur. cùm tamen omnibus hostibus & inimicis victis, omnique difficultate superata, regno iam rebusque cum summa dignitate & amplitudine potiretur, hunc Psalmum composuit: quo docet Dei propositum & promissum firmissimum certissimumque esse, nullaque difficultate, nullis viribus, nulla potentia impediri posse, quominus ad exitū opportunè perducatur, idq. suo ipsius exēplo cōfirmat: cui multa pericula ac discrimina, implorato diuino auxilio, sunt superata, & promissi diuini fides euentu ipso firmata. Quamobrē ipse sese & studia sua, atque actionem omnem Deo, tanquam seruum Domino, à quo redemptus fuerit, dedicare consecrareque velle ait.

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

1 IAM *diligo maximum,*
Vocem quippe, meas audiit ac preces:
2 *Aurem mi appulit is suam;*
Appellabo dies hunc igitur meos:
3 *Mortis namque doloribus*
Iam iam septus eram, sollicitus frequens,
Qualisque est barathri, labor
Me inuentum penitus presserat, ipseque
Angusta anxiáque omnia
Nanciscì poteram, nil mihi commodi.
4 IAE *nomen at inuoco,*
IAS *hanc animam, te precor, erue.*
5 IAS *numine gratiæ*
Lenis, iustitiæ ac numine qui valet:

1 אהבתי כי ישמע יהוה את קולי תחנוני׃

2 כי הטה אזנו לי וביומי אקרא׃

3 אפפוני חבלי מות ומצרי שאול מצאוני צרה ויגון אמצא׃

4 ובשם יהוה אקרא אנה יהוה מלטה נפשי׃

5 חנון יהוה וצדיק ואלהינו מרחם׃

4 Vitā quam in summo discrimine versari video, erue, vnicam videlicet; namque ipse vitam meam tueri nō possum, nedum alias res aut quærere aut defendere: quòd si tot mihi labores subeundi sunt, animā tu meā vitamque custodi, qua fetre queam has ærū-nas.

Idem,

Idem, quem colimus DEVM,
Clemens ingenio, viſceribus bonis.

6 שמר פתאים יהוה דלותי ולי יהושיע׃
6 IAS *ſimplicium vigil*
Cuſtos, certa ſalus ſit tenui mihi.

7 שובי נפשי למנוחיכי כי יהוה גמל עליכי׃
7 *Ad certam requiem tibi*
IAS *fautor adeſt, ô mea mens redi.*

8 כי חלצת נפשי מות את עיני מן דמעה את רגלי מדחי׃
8 *Morti ipſe hanc animam dabas,*
Ipſe hæc à lachrymis lumina libera,
Hunc, ne corruerem, pedem.

9 אתהלך לפני יהוה בארצות החיים׃
9 *Ante* IAM *ingrediar, terræ animantium*
Inter multiplicis gregem.

10 האמנתי כי אדבר אני עניתי מאד׃
10 *Ipſe vt crediderat ſic loquor; ille ego*
Qui afflictus fueram nimis.

11 אני אמרתי בחפזי כל האדם כוב׃
11 *Ipſe ac dum trepido, dum tremo, dixeram,*
Mendax omnis homo quidem.

12 מה אשיב ליהוה כל תגמולוהי עלי׃
12 IAE *quid referam pro meritis bonis?*
Tot pro muneribus mihi?

13 כוס ישועות אשא ובשם יהוה אקרא׃
13 *Attollam calicem pocula ſoſpitum,*
IAM *vocéque proferam.*

14 נדרי ליהוה אשלם נגדה נא לכל עמו׃
14 IAE, *dum populus me ipſius adſpicit,*
Reddam vota libens mea.

15 יקר בעיני יהוה המותה לחסידיו׃
15 IAE *eſt ante oculos chara pijs ſuis*
Mors illata fidelibus.

16 אנה יהוה כי אני עבדך אני עבדך בן אמתך פתחת למוסרי׃
16 IAS (*ſeruus enim ſum tuus*) *en age*
(*Seruæ filius ac tuæ*)
Soluiſti penitus tu mea vincula.

17 לך אזבח זבח תודה ובשם יהוה אקרא׃
17 *Sacrum* (*profiteor tibi*)
Laudis perpetuæ ſacrificans feram,
IAE *nomen & inuocans.*

18 נדרי ליהוה אשלם נגדה נא לכל עמו׃
18 IAE, *cùm populus me ipſius inſpicit,*
Reddam vota libens mea.

19 בחצרות בית יהוה
19 IAE *inque æde ſacra ſtans & in atrijs,*

Intra-

8 Vitam meam tu liberaſti à morte; & oculos, vt probra aliosque inſultus, multos etiã dolores quos ferebam, perpetuoque lugebam, peruincens, lachrymas in gaudiũ mutarem.

10 Atqui nemo mortalium pollicitus mihi eſt hanc ſalutem, qua nunc fruor. Fides mihi, vt crederem diuinis verbis, dedit, credens accepi, accipiens poſſum vera ac certa loqui de diuinis promiſſis; idque loquor ac locutus fui: quo enim tempore ego affligebar, atq. ab hominibus ad deſperationem incitabar, dixi Deũ eſſe veracem, hominum omnium iudicium &. dictum à Deo auerſum, mendax fallaxq. eſſe.

12 Igitur omnia accepta Deo fero, ſed quo officio reſpondebo Deo meo?

13 Sacrificabo ſacrificium confeſſionis, & ipſe liberatus ſoſpitale poculum Deo libabo, ac dicam, Propino tibi Domine, gratus atque ſupplex, & gratulabundus.

15 Non facilè ſuos fideles perite patitur Deus.

16 Fateor me ſeruum tuum à te redemptũ, ſeruum etiam natum filium humilis fœminæ tibi obligatæ.

18 Priuatim ac ſingulariter in animo, atque etiam ad exemplum laudis tuæ & gratulationis in Eccleſia publicè confitebor tibi: vtrumque ratio pietasque poſtulat.

Intraque ô Solyme tuos
Muros; vosque simul IAH *halelu bonum.*

בתוככי ירושלם
הללו יה׃

PSAL. CXVII.

Laudate Dominum omnes gentes.

ARGVMENTVM.

GRATVLATORIVM carmen est, Ecclesiæ nomine editum, eo tempore quo diuino beneficio communis omni populo salus data est, vt in transitu maris rubri, ingressu regionis promissæ, restitutione ex Babylone, sed præcipuè in totius mundi redemptione per Christum facta, ad quam rem proprie ac præcipuè Psalmus hic pertinet, additus à Dauide tanquam coronis eius qui antecessit.

CARMEN DICOLON. TETRASTROPHON.

א הללו את יהוה כל גוים שבחוהו כל האמים׃

1 IAM *dicite laudibus*
Omnes vndique gentium;
Orbis natio plurima
IAM *concelebrate.*

ב כי גבר עלינו חסדו ואמת יהוה לעולם הללויה׃

2 *Eius nam bonitas adest*
Nobis robore maxima;
IAE *& perpetua est fides,*
Ergo IAH *halelu bonum.*

PSAL. CXVIII.

Confitemini Domino, quoniam bonus.

ARGVMENTVM.

SVB Dauidis imagine Christi mysterium continet hic Psalmus, namq. Dauid salutem sibi ac regnum Deo auctore constitisse; idque, quamuis repugnantibus omnibus illius aduersariis, & multis, & frequentibus, & potentissimis; apertè significauit, Christum suorum, atq. humani generis inimicorum innumeris myriadibus superatis, victorem euasurum, & regni cælestis regem declarandum esse, apertissimè Spiritu sancto in discipulos suos immisso, cuius virtute diuinorū donorum confessio in Ecclesia futura, esset in perpetuum.

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

א הודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו׃

1 IAE *ferte bono memorem laudemque decusque,*
Cuius benignum numen est, perpetuóq. manet.

ב יאמר נא ישראל כי לעולם חסדו׃

2 *Israel hunc dicet primus que fatebitur Almum,*
Cuius benignum numen est, perpetuóque manet.

1 Ecclesię omnes gratulatorium carmen cũ perpetuis laudib⁹ Deo canite, qui bonus, benignus est, & benignitate sua ac misericordia summa mundum perpetuò affecit.

2 Sed quia hæc salus primùm nota ac spectata fuit in Israele, confessio ab Israele incipiat. Israel in vniuersum prius vocatus ad notitiam mysteriorũ, deinde Aaronis.

Dicet

3 יאמרו נא בית אהרן כי לעולם חסדו׃

3 *Dicet & Aronis domus huncque fatebitur almum,*
Cuius benignum numen est, perpetuóque manet.

4 יאמרו נא יראי יהוה כי לעולם חסדו׃

4 *Qui metuunt* IAM, *dicent, referentque fatentes,*
Cuius benignum numen est, perpetuóque manet.

5 מן המצר קראתי יה ענני במרחב יה׃

5 *Ipse locis arctis* IAH *pressus nempe vocabo,*
Respondit amplioribus IAH *spatiisque mihi.*

6 יהוה לי לא אירא מה יעשה לי אדם׃

6 IAS *ipse mihi assistat, nihil ipse timebo,*
Conentur in me quidquid, aut efficiant homines.

7 יהוה לי בעזרי ואני אראה בשנאי׃

7 IAS *auxiliisque meis mihi commodus adsit,*
Ipse inuidentes non pauens despiciamque meos.

8 טוב לחסות ביהוה מבטח באדם׃

8 *Confugere, atque* IAE *auxilium perquirere præstat,*
Niti caduco quàm viro, fidere quamq. homini.

9 טוב לחסות ביהוה מבטח בנדיבים׃

9 *Confugere, atque* IAE *auxilium perquirere præstat,*
Quàm vel potentioribus fidere principibus.

10 כל גוים סבבוני בשם יהוה כי אמילם׃

10 *Me gentes omnes circumstent, nomine at* IAE
Illos paratus cædibúsque exitiisque petam.

10 Mysterium Christi, omnium gentium debita suscipientis.

11 סבוני גם סבבוני בשם יהוה כי אמילם׃

11 *Vndique me obsessum circundent, nomine at* IAE
Illos paratus cædibúsque excidiisque petam.

12 סבוני כדבורים דעכו כאש קוצים בשם יהוה כי אמילם׃

12 *Me obsideant vt apes; spinis ceu extinguitur ignis,*
In nomine IAE *sic eos excidio afficiam.*

13 דחה דחיתני לנפל ויהוה עזרני׃

13 *Præcipiti impulsu impuleras turbare ruentem*
Me aggressus, IAS *affuit mi, auxiliúmque tulit.*

14 עזי וזמרת יה ויהי לי לישועה׃

14 IAH *robur mihi & auxiliú, psalmusq. canendus,*
Auctor salutis qui fuit semper eritque mihi.

15 קול רנה וישועה באהלי צדיקים ימין יהוה עשה חיל׃

15 *Voce salutaris resonent tentoria cantus*
Iustis; vt IAE *exercitum dextra facit solidum.*

Vt IAE. &c.] Cantici argumentum erit; omnem opem & facultatem, atque virtutem solidam, ex dextera Dei esse.

16 ימין יהוה רוממה ימין יהוה עשה חיל׃

16 *Alta* IAE, *excellens præstanti numine, dextra,*
Vires, & IAE *exercitum dextra facit solidum.*

17 לא אמות כי אחיה ואספר מעשי יה׃

17 *Non moriar, viuens referam* IAH *fortia gesta;*

17 Sacrificaturus hostiam laudis Deo, ingrediar portam iustitiæ ac misericordiæ. his portis verè ingressus est Christus, quas aliis etiam patefecit.

18 יסר יסרני יה ולמות לא נתנני׃

18 *Correptor* IAS *mi fuit, non dedit vt morerer.*

19 פתחו לי שערי צדק אבא בם אודה יה׃

19 *Iustitiæ quas ingrediar mihi pandite portas,*
IAH gratiarum munus ac debita sacra feram.

20 *Hæc porta eſt* IAE, *iuſti quam ſemper adibunt:*
21 *Laudabo te, exoratus es qui mihi certa ſalus.*
22 *Quem lapidem artificum proiecerat improbitas, hic*
Eſt angularis in domo præcipuúmque caput.
23 *Hoc noſtris oculis mirandum conſtat ab* IA;
24 *Nobis ab* IA *hic eſt dies lætitiæ celebris.*
25 *Nunc adeò ſerua, núncque* IAS *ferque ſalutem,*
IAS *ſecunda cœpta fac nunc adeóque faue.*
26 *Proſper & ille,* IAE *venit huc qui nomine vobis,*
IAE *precamur fauſta queis contigit eſſe domus.*
27 FORTIS *nempe* IAS *nobis illuxit; ad aræ*
Ligate cornua hoſtiam funibus implicitam.
28 *Extollēs mihi te* FORTEMq. DEVMq. *fatebor,*
Te laude tollam in aſtra, te gratus vbique canam.
29 IAE *ferte bono memorem laudemque decusque,*
Cuius benignum numen eſt, perpetuóque manet.

22 Fuerat reiectus & repudiatus Dauid, ſed iudicio & efficientia Dei caput populi eſt conſtitutus. Verus lapis angularis Chriſtus, qui vtrumque parietē coniunxit, & vtraque vnum fecit.
23 Hæc lætitia vera, verè eſt per Chriſtum allata.

20 זה השער ליהוה צדיקים יבאו בו׃
21 אודך כי קניתני ותהי לי לישועה׃
22 אבן מאסו הבונים היתה לראש פנה׃
23 מאת יהוה היתה זאת היא נפלאת בעינינו׃
24 זה היום עשה יהוה נגילה ונשמחה בו׃
25 אנא יהוה הושיעה נא אנא יהוה הצליחה נא׃
26 ברוך הבא בשם יהוה ברכנוכם מבית יהוה׃
27 אל יהוה ויאר לנו אסרו חג בעבתים עד קרנות המזבח׃
28 אלי אתה ואודך אלהי ארוממך׃
29 הודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו׃

PSAL. CXIX.

Beati immaculati in via.

ARGVMENTVM.

DIVINORVM eloquiorum contemplatio diligens atque diſerta, myſteriorumque in illis libris contentorum admiratio, ſummæque ac planè diuinæ ſapientiæ agnitio mirabiles ſui in vatis mente atque animo excitauerat amores, ex quibus Pſalmus hic, ſummo tum iudicio, tum artificio promanauit. qui totius legis, hoc eſt, diuinorum librorum ſummam complectitur laudem, præſtantiam in primis, auctoritatem, æquitatem, rerum cognitionem omnium, maximam præterea vtilitatem in illis cognoſcendis, & ſtudio vero ac pio exercendis eſſe declarans, dignam perpetuo ſtudio, perpetuoque obſequio atque exercitio lectionē illam eſſe affirmans: verùm quòd ad puritatem in ipſis libris & præceptis diuinis exactam & poſtulatam præſtandam, filiorū Adæ vires non adeò valent interim dum vetus homo in membris ipſis continetur: poſcit vates, anxieque cupit & optat, illud impedimentum à ſe remoueri ac pelli, virtute Dei per Spiritum ſanctum immiſſum, cuius efficientia ipſe poſſit & velle & perficere pro bona voluntate Dei ipſius. Conſtat carmen plurimis argumentis & ornamentis ex ipſa diuinæ legis contemplatione & obſeruatione petitis.

CARMEN ELEGIACVM ACROSTICHON.

א *A*

1 *AMplè felices illi quibus eſt via ſimplex,*
Lege IAE *ingreſſis id ſtudiumque manet.*

1 אשרי תמימי דרך ההלכים בתורת יהוה׃

Ac qui

2 אשרי נצרי עדתיו בכל לב ידרשוהו׃

2 *Ac qui eius teſtata ſtudent ſeruare, beati,*
Huncque omni quærunt corde petúntque pij.

3 אף לא פעלו עולות בדרכיו הלכו׃

3 *Artifices fraudis prauæ ſimul eſſe nequibunt;*
Illius innocuas atque tenere vias.

3 Iuſtiſſima ſunt quæ præcepiſti, ideoque digniſſima, quæ ſummo ſtudio & omnibus viribus obſeruentur, atque ita à te iuſſum eſt.

4 אתה צויתה פקודיך לשמר מאד׃

4 *At tu præcipiens validè obſeruare iubebas*
Quæ mandata tuo ſunt data conſilio.

5 אחלי יכנו דרכי לשמר חקיך׃

5 *Atque vtinam tua decreta vt ſanctiſſima ſeruem,*
Sint mihi conſtratæ compoſitæque viæ.

5 Vtinam autem omnino mẽte, animo atq. virtute omni ita comparatus ſim, vt poſſim tua præcepta, vti decet, ſeruare.

6 אז לא אבוש בהביטי אל כל מצותיך׃

6 *Abfuerit mihi túncque pudor, tua cuncta videndo*
Cùm præcepta ſequi, conſpicere ac valeam.

7 אודך בישר לבב בלמדי משפטי צדקך׃

7 *Addiſcens tua cùm fuero iuſtiſſima iura,*
Perfecto grates tunc tibi corde feram.

8 את חקיך אשמר אל תעזבני עד מאד׃

8 *Attamen vt decreta tua obſeruare parantem*
Ne me, valde oro, deſtituas famulum.

8 Id autem tua gratia magna potero, quam, vt mihi præſtes, oro.

ב B

9 במה יזכה נער את ארחו לשמר כדברך׃

9 *Blanda iuuenta viam quî purget? ſeruet vt illa,*
Quæ verbis monſtras ſignificasque tuis.

9 A puericia ipſa nulla commodior inſtitutio ad vitam informandam, quàm legis tuæ ſtudium.

10 בכל לבי דרשתיך אל תשגני ממצותיך׃

10 *Blando etiam te corde peto, te pectore toto,*
Fallere præceptis ne ſine méque tuis.

11 בלבי צפנתי אמרתך למען לא אחטא לך׃

11 *Blanda tua abdideram iam corde ac pectore dicta,*
Ne tibi peccarem, neu vitium facerem.

12 ברוך אתה יהוה למדני חקיך׃

12 *Blanda tua ô benedicte* IAS *decreta doce me;*
Te mihi doctorem diſcipulus celebrem.

12 Cupio non ſolùm indice, ſed doctore atque auctore te vti.

13 בשפתי ספרתי כל משפטי פיך׃

13 *Bellè ipſe & labiis propriis numerata ferebam*
Iura, oris mihi ſunt quæ monumenta tui.

14 בדרך עדותיך שעשעתי כעל כל הון׃

14 *Bellis diuitiis tua me teſtata, meam plus*
Omnibus afficiunt lætificántque viam.

14 Nullę diuitiæ mũdi me magis afficere, aue beatum læturnq. reddere poſſunt, viæque meæ curſum proſperè promouere, quàm ea quæ teſtatus es.

15 בפקודיך אשיחה ואביטה אורחתיך׃

15 *Blanda tua vt mandata libẽs meditórq. loquórque,*
Aſpicio ipſe frequens orbita quáque tua eſt!

16 בחקיך אשתעשע לא אשכח דברך׃

16 *Bella mihi decreta tua & mihi gaudia magna*
Inde fluunt, verbi haud ſim memor ipſe tui.

ג G

17 Tuo ſeruo ac obſequiis tuis addicto, erſi inutili ſit præmiũ vita illa, qua tibi melius poſſim ſeruire.
18 Præbe mihi tu ſpiritus tui gratiam.

17 *Grandia redde tuo famulo tua præmia, viuam*
Obſeruans verbum comperiarque tuum.
18 *Grandia vt ipſe tuæ inſpiciam miracula legis,*
Auctor luce meos expedias oculos.

גמל על עבדך אחיה ואשמרה דברך׃
גל עיני ואביטה נפלאות מתורתך׃

19 Interim dum me renouas, & ciuem cõſtituis ſanctorum, inſtrue me tuis præceptis, ne errem in via morum ac vitæ.

19 *Grata mihi tua ne abſcondas præcepta; etenim ſum*
Terræ hoſpes, patriis exul & ipſe locis.
20 *Geſtit & in cunctas anima hæc dum percupit horas,*
Iura tua exoptans frangitur ac teritur.

גר אנכי בארץ אל תסתר ממני מצותיך׃
גרסה נפשי לתאבה אל משפטיך בכל עת׃

21 *Grex maledictus erit deteſtandusque ſuperbi,*
Præceptis errant qui exiliuntque tuis.

גערת זדים ארורים השגים ממצותיך׃

22 Ne permittas me irrideri ac deſpici teſtimoniorum tuorum cauſa, verùm teſtimonia tua euentu ſecundo confirmato.
23 Principes multa de me & cõtra me loquuntur, quæ tamen ipſe omnino prætermitto, non valde curans, dum meditor ea quæ à te decreta ſunt & conſtituta principibus ac ſingulis ordinibus.

22 *Garrula probra mihi longè hinc, deſpectio & abſit;*
Teſtamenta etenim ſunt mihi ſancta tua.
23 *Grande ſonant verbis Domini in me multa locuti,*
Sed decreta tua hæc ipſe loquor famulus.
24 *Gaudia ſumma mihi tua teſtamenta feruntur,*
Sunt mihi conſulti conſiliique viri.

גל מעלי חרפה ובוז כי עדותיך נצרתי׃
גם ישבו שרים בי נדברו עבדך ישיח בחקיך׃
גם עדתיך שעשעי אנשי עצתי׃

ד D

25 *Demiſſa hæc anima eſt hæretque in puluere, verbi*
Ipſe tui vt viuam iam memor efficias.
26 *Doctum redde tuis decretis me, mihi adesque,*
Reſpondéque, meas dum numero ipſe vias.
27 *Doctus ego tua quò mediter miracla, viam da*
Te duce mandati diſcere poſſe tui.
28 *Defluit hæc ſtillans anima heu nimis anxia, fultor*
Me firma, ac verbi ſis memor ipſe tui:
29 *Dimoueasque viam mendacem protinus à me;*
Lege tua & grata & me miſerante foue.
30 *Delegi ipſe viam veram penitusque fidelem,*
Et tua propoſui iura ineunda mihi.
31 *Diuelli haud poſſint* IAS *teſtata; mihi iſta*
Hærent; quorum tu ne ſine me pudeat.

דבקה לעפר נפשי חייני כדברך׃
דרכי ספרתי ותענני למדני חקיך׃
דרך פקודיך הבינני ואשיחה בנפלאותיך׃
דלפה נפשי מתוגה קימני כדברך׃
דרך שקר הסר ממני ותורתך חנני׃
דרך אמונה בחרתי משפטיך שויתי׃
דבקתי בעדותיך יהוה אל תבישני׃

Decur-

32 דרך מצותיך ארוץ כי תרחיב לבי׃

32 *Decurram ipſe viam præceptorúmque tuorum,*
Ipſe velis modò cor amplificare meum.

32 Auge me Spiritus ſancti dono, cuius virtute cor meum amplificetur, ad decurrẽdam viam, &c.

ה H

33 הורני יהוה דרך חקיך ואצרנה עקב׃

33 *Horteris doceáſque viam me, poſco, tuorum*
Decretorum IAS, *quam ſequar in ſolidum.*

34 הבינני ואצרה תורתך ואשמרנה בכל לב׃

34 *Hîc me tu erudiens doceas modò, lex tua cordi*
Sic ſacra, ſic conſtans, ſic erit apta meo.

34 Effice vt te doctore ego vtar, dicárque doctus à te.

35 הדריכני בנתיב מצותיך כי בו חפצתי׃

35 *Hanc volo, túq. mihi hanc monſtra, quæ certa tuorũ*
Eſt præceptorum ſemita, quam cupio.

36 הט לבי אל עדותיך ואל אל בצע׃

36 *Hoc tua propenſum cor teſtamenta petat fac,*
Semotum turpi ſordé & auaritia.

37 העבר עיני מראות שוא בדרכך חיני׃

37 *Hos oculos, ne vana queant, diuerte, videre,*
Méque tua inſpira viuificáque via.

38 הקם לעבדך אמרתך אשר ליראתך׃

38 *Huic ſtatues dictúmque tuum reſponſáque ſeruo,*
Quæque tui poſſunt accumulare metum.

38 Interim dum nondum filius, ſed ſeruus dicor, timore illo pio me imple.

39 העבר חרפתי אשר יגרתי כי משפטיך טובים׃

39 *Horrens quódq. tuli opprobrium durũ, mihi trãsfer,*
Quippe tua (agnoſco) ſunt bona iudicia.

40 הנה תאבתי לפקודיך בצדקתך חיני׃

40 *Hic mandata animus cupit en tua, viuere me fac*
Iuſtum, iuſtitiæ participémque tuæ.

ו V

41 ויבאני חסדך יהוה תשועתך כאמרתך׃

41 *Vt tua dicta* IAS, *tua ſic bonitáſque ſalúſque*
Fac, potes, accedant, adueniántque mihi.

41 Effice in me id, quod dicto tuo erga hominum ſalutem pollicitus es.

42 ואענה חרפי דבר כי בטחתי בדברך׃

42 *Verbum exprobranti mihi iam reſponſáque reddam,*
Iſtud quod verbum ſit mihi præſidium.

43 ואל תצל מפי דבר אמת עד מאד כי למשפטיך יחלתי׃

43 *Vſque fidele meo verbum ne dimoue ab ore,*
Omnino expectans dum tua iura peto.

44 ואשמרה תורתך תמיד לעולם ועד׃

44 *Vſque in ſæcla tuæ póſtque omnia ſæcula legis*
Semper ego obſeruans cultor eróque pius.

45 ואתהלכה ברחבה כי פקודיך דרשתי׃

45 *Vt tua quæſiui cupidus mandata, per amplum*
Vitæ iter inſtituens progredior ſpatium.

45 Cùm ego exactè legem obſeruauero mandatorum tuorum diligenter cognitam, nullis animi anxietatibus afficiar.

46 ואדברה בעדותיך נגד מלכים ולא אבוש׃

46 *Vſus & ipſe tuis teſtatis, eloquar ante*
Reges, nec fuerit mî pudor illa loqui.

56 Eſt enim in illis ſumma auctoritas ac ſapientia maxima.

47 *Valde amo quippe tua amplexus præcepta, mihi illa*
Gaudia perpetuam lætitiámque ferent.
48 *Vt tua chara mihi palmas ad iussa leuabo!*
Decretísque tuis vt meditabor auens!

ו S

49 *Sis memor ô verbi, famulo iam pollicitus quod*
Cùm fueris, certam spem facis esse mihi.
50 *Solamen mihi, dum rebus miseris premor, hoc est,*
Quod mihi ades, dicto viuere dasque tuo.
51 *Sæpè diu ac valde me derisere superbi;*
A lege at flexi non tamen ipse tua.
52 *Sum memor, à primo refero tua iuráque mundo,*
IAS *solaménque hoc mihi fit solidum.*
53 *Sat mihi membra tremũt, me totũ inuasit & horror,*
Quòd legem spernant impia turba tuam.
54 *Sunt mihi psallendi, tua sunt decreta canendi,*
Materies variis queis vagor hospitius.
55 *Sum quoque nocte tui memor* IAS *nominis; vtque*
Obseruem legem, stat mihi cura, tuam.
56 *Sancta & culta mihi tua quòd mandata fuerunt;*
Hæc mihi contingunt experiórque bona.

54 Omni loco, tempore, & occasione inuenio in decretis tuis, quemadmodum agẽdum vtendumq; mihi sit. idque tunc cano atque laudo.

ח H

57 *Hæc mea pars,* IAS, *dixi, obseruare tenebor*
Verba tua, hoc dixi, propositúmque manet.
58 *Hoc precor ante tuos vultus miserere, rogo te*
Corde omni, certa ac fac mihi dicta tua.
59 *Hos egonamque pedes tua per testata reduxi,*
Dum referóque meas, cogito dúmque vias.
60 *Hactenus ipse tua vt seruem præcepta (nec vnquam*
Cessaui) properans, & celer ipse fui.
61 *Haud mihi (me quamuis præda implicuere cateruæ*
Impiæ) erat legis cura relicta tuæ.

Horri-

62 חצות לילה אקום להודות לך על משפטי צדקך׃

62 *Horrida vel mitis nox ſit, media erigor, vt te*
Iuráque confitear, iuſtitiámque tuam.

63 חבר אני לכל אשר יראוך ולשמרי פקודיך׃

63 *His ego ſum ſocius cunctis metuentibus & te,*
Et queis mandati cura probanda tui eſt.

63 Sanctorum communione fruor, dum pietatem exerceo.

64 חסדך יהוה מלאה הארץ חקיך למדני׃

64 *Hauſit terra tuum numen, quo eſt plena, benignum;*
Decretis me IAS *perge docere tuis.*

ט T

65 טוב עשית עם עבדך יהוה כדברך׃

65 *Tu bene munificus famulo mihi nempe fuiſti*
IAS, *quæ verbi vis memoranda tui eſt.*

66 טוב טעם ודעת למדני כי במצותיך האמנתי׃

66 *Tuque bonum ſenſum melius quoque ſcire doce me:*
Nam tua præcepta hæc ſunt mihi certa fide.

67 טרם אענה אני שגג ועתה אמרתך שמרתי׃

67 *Tramite depulſus, cùm nondum frangerer, ipſe*
Errabam; ſeruo nunc tua dicta pius.

67 Correptꝰ à te ſum quòd errarem; nunc iam cautior mihique ſapientior factus correptione tua, dictis tuis animũ ſtudiumq. admoui.

68 טוב אתה וטטיב למדני חקיך׃

68 *Tu bonus & bene munificus decreta doceto*
Me tua, méque tuum perfice diſcipulum.

68 Optarim verò potius doceri Spiritu tuo.

69 טפלו עלי שקר זדים אני בכל לב אצר פקודיך׃

69 *Toto corde tua obſeruo mandata, ſuperbi*
Quamquam compingant nomina vana mihi.

70 טפש כחלב לבם אני תורתך שעשעתי׃

70 *Tanquam pinguis adeps horum cor gliſcit obeſum,*
Lex tua ſed magnam fert mihi lætitiam.

71 טוב לי כי עניתי למען אלמד חקיך׃

71 *Tunc mihi, cùm fueram afflictus, bene contigit, vnde*
Mî tua decreta addiſcere poſſe datum eſt.

72 טוב לי תורת פיך מאלפי זהב וכסף׃

72 *Tam mihi chara tui lex oris, commoda tamque eſt,*
Auri atque argenti millia vt exuperet.

י I

73 ידיך עשוני ויכוננוני הבינני ואלמדה מצותיך׃

73 *Inſtrue me vt diſcam tua iam præcepta, paratus*
Quippe ego ſum manibus factus & antè tuis.

74 יראיך יראוני וישמחו כי לדברך יחלתי׃

74 *Inſpicientque pij me læti, téque timentes,*
Quòd ſpem firmarint hanc tua verba mihi.

75 ידעתי יהוה כי צדק משפטיך ואמונה עניתני׃

75 IAS, *ipſe ſcio tua ſanctáque iuſtáque iura:*
Quòd me afflixiſti, veráque cauſa fuit.

76 יהי נא חסדך לנחמני כאמרתך לעבדך׃

76 *Iſta tua ô bonitas me conſoletur, vt iſtud*
Verbum, quo famulus ſtat tuus, expoſuit.

Interio-

77 Renoua sensum cordis mei Spiritu sancto misericordissimo tuo, sic in interiori homine viuens, mandata tua rectè seruabo.

77 *Interiora tua accedant mihi viscera, viuam;*
Nam tua lex certam fert mihi lætitiam.
78 *Illos & pudeat, qui me inuertere superbi*
Falsò: mandata at proloquar ipse tua.
79 *Illi etiam, qui te metuunt, testatáque norunt*
Qui tua, me reditu vel properante petant.
80 *Isto decreto simplex rectúmque meum cor*
Esto, vt non possit me temerare pudor.

77 יבאוני רחמיך ואחיה כי תורתך שעשועי׃
78 יבשו זדים כי שקר עותוני אני אשיח בפקודיך׃
79 ישובו לי יראיך וידעי עדותיך׃
80 יהי לבי תמים בחקיך למען לא אבוש׃

ב C

81 *Cúmque à te hæc anima expectat poscítque salutem,*
Deficit, expecto sed tua verba tamen.
82 *Cuncta & vis oculos hos deficit; in tua dicta*
Me consolari, dico vbi tempus erit?
83 *Certè oblitus eram nunquam decreta tua, etsi*
Instar vtris fumo complicitus fuerim.
84 *Certa tuo famulo præbe vt sit summa dierum,*
Hostes cùm statues iudicio ipse meos.
85 *Clàm puteos mihi foderunt foueásque superbi,*
Lege tua quæ non constituisse licet.
86 *Cuncta tua (hoc scio) sunt præcepta fidelia, vanè*
Me sequitur turba hæc; tu mihi profer opem.
87 *Consumptus penè bis fueram, terráque repulsus;*
Mandata at liqui non tamen ipse tua.
88 *Custodire tuum vt possim testata per os, da;*
Viuere & vt possim pro bonitate tua.

85 A periculis tam internis quàm externis me liberas intentũ præceptis tuis obseruandis.

81 כלתה לתשועתך נפשי לדברך יחלתי׃
82 כלו עיני לאמרתך לאמר מתי תנחמני׃
83 כי הייתי כנאד בקישור חקיך לא שכחתי׃
84 כמה ימי עבדך מתי תעשה ברדפי משפט׃
85 כרו לי זדים שיחות אשר לא כתורתך׃
86 כל מצותיך אמונה שקר רדפוני עזרני׃
87 כמעט כלוני בארץ ואני לא עזבתי פקודיך׃
88 כחסדך חיני ואשמרה עדות פיך׃

ל L

89 *Laude omni verbum dignum, dum sæcla manebunt,*
In cælis IAS státque manétque tuum.
90 *Lata ac terra tuis dictis vt condita constat*
Sæcula cuncta, manet sic tua certa fides.
91 *Lecta etenim sunt cuncta tibi, et famulantur ad vnguem;*
Iudiciis hodie certa stetere tuis.

91 Omnia quæ creata sunt, constant in suo gradu singula, ea, inquam, quæ permanserunt in electione sua; eaque hodie certissima sunt, eundemque ordinem tenent.

89 לעולם יהוה דברך נצב בשמים׃
90 לדר ודר אמונתך כוננת ארץ ותעמד׃
91 למשפטיך עמדו היום כי הכל עבדיך׃

Lex

92 לולי תורתך שעשעי אז אבדתי בעניי׃

92 *Lex niſi me tua delectet, iucundáque firmet,*
Dum premor afflictus, perditus ipſe forem.

93 לעולם לא אשכח פקודיך כי בם חייתני׃

93 *Liber in æternum tua non mandata relinquam*
Immemor; his etenim tu mihi viuere das.

94 לך אני הושיעני כי פקודיך דרשתי׃

94 *Lætus ego quoniam quæro mandata tua & ſum,*
Sum tuus, ergo mihi ſit tua certa ſalus.

95 לי קוו רשעים לאבדני עדותיך אתבונן׃

95 *Lata acie expectant me vt perdant, impia turba;*
Teſtamenta tua at tum mage perſpicio.

96 לכל תכלה ראיתי קץ רחבה מצותך מאד׃

96 *Latum eſt vſque tuum præceptũ & ſine carẽs; quem*
Vidi equidem in ſummis omnibus ipſe alijs.

96 Omnium aliarum rerum humanarũ ac dictorum finem certum, & ſummam eſſe conſtat, omnes autem aliarum rerum ſummas exuperat magnitudine tuum mandatum.

מ M

97 מה אהבתי תורתך כל היום היא שיחתי׃

97 *Me tua lex quanto deuinctum incendit amore;*
Hanc meditor totum cogito perque diem.

98 מאיבי תחכמני מצותך כי לעולם היא לי׃

98 *Magna mea exuperat per te ſapientia & hoſtes,*
Iſtis præceptis; quæ mihi perpetua.

99 מכל מלמדי השכלתי כי עדותיך שיחה לי׃

99 *Magna ego dum meditor tua teſtatiſſima, multa*
Noui, doctores quæ latuere meos.

100 מזקנים אתבונן כי פקודיך נצרתי׃

100 *Mandata obſeruo quoniam tua, iam mihi cedent*
Prudentes monitis conſilióque ſenes.

101 מכל ארח רע כלאתי רגלי למען אשמר דברך׃

101 *Meque meosque pedes prauis auerto viis, vt*
Obſeruem verbum, proſequar atque, tuum.

102 ממשפטיך לא סרתי כי אתה הורתני׃

102 *Me valde doctum feciſti; quippe tuis non*
Vllo dimoueor tempore iudiciis.

103 מה נמלצו לחכי אמרתך מדבש לפי׃

103 *Melle magisque meo tua dulcia dicta palato &*
Ori ſunt, quid tam dulce referre queam?

104 מפקודיך אתבונן על כן שנאתי כל ארח שקר׃

104 *Me tua prudentem reddunt mandata, quòd omnis*
Deteſtata ideò ſemita vana mihi eſt.

נ N

105 נר לרגלי דברך ואור לנתיבתי׃

105 *Næ pedibus noſtris præſtant tua verba lucernam,*
Lumen ſunt certum tramitis atque mei.

106 נשבעתי ואקימה לשמר משפטי צדקך׃

106 *Non fallam iurata mihi, ſtabilitaque figam,*
Vt iura obſeruem iuſtitiamque tuam.

107 נעניתי עד מאד יהוה חיני כדברך׃

107 *Non modus afflicto mihi conſtat, viuifica me*
IAS, quæ verbi ſpes mihi magna tui eſt.

108 נדבות פי רצה נא יהוה ומשפטיך למדני׃

108 *Noſtro ore & quæ ſponte fero, gratè excipias; me*
Iudicia ô IAS edoceas quæ tua.

109 נפשי בכפי תמיד ותורתך לא שכחתי׃

109 *Nam quanquã hãc animã expoſitã ſemper fero, pal-*
Inque meis, legis ſum memor ipſe tuæ. (mis

110 נתנו רשעים פח לי ומפקודיך לא תעיתי׃

110 *Non pia turba mihi laqueum poſuere, ſed egi*
Errans mandatis deuia nulla tuis.

111 נחלתי עדותיך לעולם כי ששון לבי המה׃

111 *Nota mihi ſunt ſors tua conteſtata per æuum,*
Illa etenim cordi gaudia certa meo.

112 נטיתי לבי לעשות חקיך לעולם עקב׃

112 *Nempe ipſe vt faciam tibi quæ decreta, meum cor*
Inclino; tandem hoc eſt mihi perpetuum.

ס S

113 סעפים שנאתי ותורתך אהבתי׃

113 *Sunt inuiſa mihi commenta agitataque vili*
Ingenio; legem diligo at vſque tuam.

114 סתרי ומגני אתה לדברך יחלתי׃

114 *Scutum, & , qua lateam, mihi tu es tutela; manetq.*
In verbo conſtans ſpes mihi ſumma tuo.

115 סורו ממני מרעים ואצרה מצות אלהי׃

115 *Siſtite me procul, ô, procul hinc eſtote maligni;*
Vt præcepta mei ſint mihi culta DEI.

116 סמכני כאמרתך ואחיה ואל תבישני משברי׃

116 *Suſtentare tuo, vt viuam, me pergito dicto;*
Me ac ſpe decepta ne patere vt pudeat.

117 סעדני ואושעה ואשעה בחקיך תמיד׃

117 *Suffer me, vt ſeruer ſemper, decreta tua & ſint*
Gaudia, lætitiæ materieſque mihi.

118 סלית כל שוגים מחקיך כי שקר תרמיתם׃

118 *Spretos calcaſti, tua qui decreta relinquunt*
Errantes, mendax fraus agit hos etenim.

119 סיגים השבתה כל רשעי ארץ לכן אהבתי עדתיך׃

119 *Sanè tu veluti fæces terræ impia deles*
Agmina, teſtata hinc diligo & ipſe tua.

120 סמר מפחדך בשרי וממשפטיך יראתי׃

120 *Statque horrens caro noſtra tuo ſtupefacta timore,*
Eque tuis pauidus iudiciis metuo.

ע H

121 עשיתי משפט וצדק בל תניחני לעשקי׃

121 *Hoc egi, vt facerem ius, feci iuſtitiamque;*
Ne patere vt turba heu me violenta premat.

Hunc

122 ערב עבדך לטוב אל יעשקני זדים׃

122 *Hunc famulum posito confirma pectore in alma*
Commoda, ne violens turba superba premat.

123 עיני כלו לישועתך ולאמרת צדקך׃

123 *Hærent dum sperant oculi hi, expectantq. salutem,*
Dictáque iustitiæ dum tua, deficiunt.

124 עשה עם עבדך כחסדך וחקיך למדני׃

124 *Huic famulo, vt solitus te es confirmare benignum,*
Effice; decretis me doceasque tuis.

125 עבדך אני הבינני ואדעה עדתיך׃

125 *Hoc sum, confiteor, seruus tuus, instrue tu me, ac*
Testamenta iube me bene nosse tua.

126 עת לעשות ליהוה הפרו תורתך׃

126 *Hora ac tempus adest* IAE *vt faciátque parétque:*
Lex tua spreta istis & violata fuit.

127 על כן אהבתי מצותיך מזהב ומפז׃

127 *Hic præcepta tua et mihi sunt chariſsima plusquàm*
Aurum, perspicua Pazius ac facie.

128 על כן כל פקודי כל ישרתי כל ארח שקר שנאתי׃

128 *Hinc ergo omnino rectè mandata notaui*
Omnia, & inuisa est semita vana mihi.

פ P

129 פלאות עדותיך על כן נצרתם נפשי׃

129 *Planè mira etiam sunt contestata tua, vnde*
Hæc anima obseruans illa colit meritò.

130 פתח דבריך יאיר מבין פתיים׃

130 *Porta ipsa illustrat verborum prima tuorum,*
Illa rudes animos erudit atque docet.

131 פי פערתי ואשאפה כי למצותיך יאבתי׃

131 *Pandens osque meum aspiro ac sitibundus anhelo;*
Nam præcepta aueo percupióque tua.

132 פנה אלי וחנני כמשפט לאהבי שמך׃

132 *Pone oculos in me aspiciens, miserere mei; qui*
Nomen amant, quali iure fuere, tuum.

132 Eundem te mihi exhibe, quem soles tui nominis amatoribus.

133 פעמי הכן באמרתך ואל תשלט בי כל און׃

133 *Passus, oro, meos compone ac dirige verbo*
Ipse tuo; obliqui vt nil mihi præsit, age:

134 פדני מעשק אדם ואשמרה פקודיך׃

134 *Praua hominis me vi ac violenta siste redemptum,*
Mandata vt seruem perficiámque tua.

135 פניך האר בעבדך ולמדני את חקיך׃

135 *Prome tui lucem vultus, & lumina seruo,*
Decreta ac doctor dicere da tua me.

136 פלגי מים ירדו עיני על לא שמרו תורתך׃

136 *Plena oculi hi lachrymis ideò emisere fluenta,*
Quòd seruata istis lex tua non fuerit.

ץ S

137 צדיק אתה יהוה וישר משפטיך׃

137 *Sancte* IAS *iuſtum celebrent te; iuſtus enim tu es,*
Et tua iuſta ſimul rectáque iudicia.

138 צויתה צדק עדתיך ואמונה מאד׃

138 *Sunt præcepta tuis teſtatis iuſſáque conſtans*
Iuſtitia, atque fides, ſunt tibi chara adeò.

139 צמתתני קנאתי כי שכחו דבריך צרי׃

139 *Succiſus zelo indignor quòd non memores ſunt;*
Nec recolunt hoſtes, quæ tua verba, mei.

140 צרופה אמרתך מאד ועבדך אהבה׃

140 *Seruus amat tua dicta tuus, puriſſima multum &*
Explorata etiam ſæpè probata magis.

141 צעיר אנכי ונבזה פקודיך לא שכחתי׃

141 *Sum paruus, contemptus ego: mandata tua atqui*
Caſibus in nullis immemor abijciam.

142 צדקתך צדק לעולם ותורתך אמת׃

142 *Stat tua iuſtitia in totum iuſtiſſima ſeclum;*
Eſt tua lex verax, ipſáque ſumma fides.

143 צר ומצוק מצאוני מצותיך שעשעי׃

143 *Stringens anxietas reperit me anguſtiaque ingens:*
Sed præcepta tua hæc ſunt mihi delitiæ.

144 צדק עדותיך לעולם הבינני ואחיה׃

144 *Sunt teſtata tua in totum iuſtiſſima ſæclum:*
Inſtrue me, & viuam; ſcire ea, vita mihi eſt.

ק Q

145 קראתי בכל לב ענני יהוה חקיך אצרה׃

145 *Quum te corde vocem toto, exorare precor, mi*
IAS *decreta atque vſque tenebo tua.*

146 קראתיך הושיעני ואשמרה עדותיך׃

146 *Qui voco te, mihi tu fer opem, proferque ſalutem;*
Teſtatisque tuis inuigilabo pius.

147 קדמתי בנשף ואשועה לדבריך יחלתי׃

147 *Quum primũ venit aurora, & prior excitor, & te*
Inuoco, dant certam ſpem tua verba mihi.

148 קדמו עיני אשמרות לשיח באמרתך׃

148 *Quò tua dicta loquens mediter, mea lumina ſomno*
Excita, cuſtodes præueniunt vigiles.

148 Antequam matutini cuſtodes indicent auroræ aduentũ, ego iam euigilans cogito de dictis tuis.

149 קולי שמעה כחסדך יהוה כמשפטך חייני׃

149 *Qua bonitate vales* IAS *hanc excipe vocem,*
Iura tua vt conſtent, me quoque viuere fac.

150 קרבו רדפי זמה מתורתך רחקו׃

150 *Qui ſcelus admittunt ſectantes, nempe propinqui*
Sunt ſceleri, atque tua lege abiere procul.

151 קרוב אתה יהוה וכל מצותיך אמת׃

151 *Quippe prope es tu* IAS, *tua ſunt præceptaq. vera,*
Immò ipſum verum, certáque ſumma fides.

Quod

152 קדם ידעתי מעודיך כי לעולם יסדתם׃

152 *Quòd tua fundaris ſæclum teſtamina in omne,*
Iam pridem noram, protinus ac teneo.

ר R

153 ראה עניי וחלצני כי תורתך לא שכחתי׃

153 *Reſpice me, afflictumque vide, méque erue, quando*
Nunquam ſum legis non memor ipſe tuæ.

154 ריבה ריבי וגאלני לאמרתך חיני׃

154 *Rixam litigiumque meum rixare redemptor*
Suſcipe, me dicto viuificaque tuo.

155 רחוק מרשעים ישועה כי חקיך לא דרשו׃

155 *Reſtat abeſtque malis procul atq. remota ſalus eſt,*
Quos decreta piget ſollicitare tua.

156 רחמיך רבים יהוה כמשפטיך חיני׃

156 *Reſpiciens tua iura* IAS, *tua viſcera, quæ ſunt*
Multa tibi, vitam da mihi, da propriam.

157 רבים רדפי וצרי מעדותיך לא נטיתי׃

157 *Reſcidi nunquam tua teſtamenta profanus,*
Quamuis turba petat plurima, méque premat.

158 ראיתי בגדים ואתקוטטה אשר אמרתך לא שמרו׃

158 *Rumpor, diſcrucior ſpectans, vt perfida turba*
Obſeruare negat dicta colenda tua.

159 ראה כי פקודיך אהבתי יהוה כחסדך חיני׃

159 *Reſpice vt ipſe, IAS, amo quæ mandata dediſti;*
Et me viuifica qua bonitate vales.

160 ראש דברך אמת ולעולם כל משפט צדקך׃

160 *Recta fides verum, imò ipſum verbi caput extat*
Iſtius, æternæ iuraque iuſtitiæ.

ש S

161 שרים רדפוני חנם ומדבריך פחד לבי׃

161 *Sectantur domini immeritum me, ſed tua verba*
Excoluit venerans cor timuitque meum.

162 שש אנכי על אמרתך כמוצא שלל רב׃

162 *Sic ego, ſicque tuo dicto ſum lætus ouansque;*
Multa velut cui iam præda reperta fuit.

163 שקר שנאתי ואתעבה תורתך אהבתי׃

163 *Sancta mihi tua dilecta eſt lex vana peroſo;*
Omnia deteſtor ficta dolumque malum.

164 שבע ביום הללתיך על משפטי צדקך׃

164 *Septima per lucem tibi laus mea certa dieque eſt,*
Et pro iudiciis iuſtitiaque tua.

165 שלום רב לאהבי תורתך ואין למו מכשול׃

165 *Seruat amatoresque tuæ pax plurima legis:*
Offendit nihil hos, impedit hosque nihil.

166 שברתי לישועתך יהוה ומצותיך עשיתי׃

166 *Seruator mihi ſis* IAS, *nam expecto ſalutem*
Ex te, præceptis & ſtudeo ipſe tuis.

167 שמרתי נפשי עדותיך ואהבם מאד׃

167 *Sunt mihi chara adeò quæ tu es teſtatus, vt illa*
Hæc anima obſeruet perpetuóque colat.

168 שמרתי פקודיך ועדתיך כי כל דרכי נגדך׃

168 *Seruo tua & mandata, tua & teſtata; meæque*
Omnes te coram ſuntque patentque viæ.

ת T

169 תקרב רנתי לפניך יהוה כדברך הביננני׃

169 *Te prope & ante tuam faciem clamor meus* IAS
Adſit, pro verbo tu inſtrue méque tuo.

170 תבוא תחנתי לפניך כאמרתך הצילני׃

170 *Túque tuum dictum firmes vt, me eripe, dáque*
Accedat faciem noſtra quereta tuam.

171 תבענה שפתי תהלה כי תלמדני חקיך׃

171 *Tunc labia hæc fundẽt laudem, decreta tua & cùm,*
Te mihi doctore, addiſcere contigerit.

172 תען לשוני אמרתך כי כל מצותיך צדק׃

172 *Tunc mea lingua tuum referet certiſſima dictum;*
Omnia præcepta vt ſint tua iuſta, canet.

173 תהי ידך לעזרני כי פקודיך בחרתי׃

173 *Tota mihi delecta tua vt mandata repono,*
Sic tua mi certo ſit manus auxilio.

174 תאבתי לישועתך יהוה ותורתך שעשעי׃

174 *Te cupiens* IAS *poſcóque tuámque ſalutem,*
Lex tua iucundæ ſunt mihi delitiæ.

175 תחי נפשי ותהללך ומשפטך יעזרני׃

175 *Te hæc anima & viuens laudabit, viuere tu da,*
Auxilióque mihi ſint tua iudicia.

176 תעיתי כשה אבד בקש עבדך כי מצותיך לא שכחתי׃

176 *Tu famulum perquire tuum præcepta tua haud qui*
Negligit, errat & vt perditus agnus agris.

PSAL. CXX.

Ad Dominum cùm tribularet.

ARGVMENTVM.

PRIMI hominis vitam, laboribus, periculis, atque ærumnis expoſitam eſſe, hoc Pſalmo Vates declarat; veruntamen ipſorum auxilium ac præſidium in diuina virtute poſitum eſſe docet, quod nulli pio rectéque petenti negatur: maximum autem totius vitæ laborem piis ex maleuolorum atque inuidentium lingua proficiſci ait, ex cuius veneno maxima bellorum ac perturbationum mala oriuntur: oportere autem virum bonum forti animo eſſe, ad huiuſmodi linguas, vel maledicas, vel doloſas vitandas, interdum autem ferendas & contemnendas; ipſumque diligenter vigilare & cauere, ne maledictum pro maledicto reponat.

שיר המעלות׃ א

1 *Canticum graduum*, ſiue, *aſcenſionum.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

IAM

אל יהוה בצרתה לי קראתי ויענני׃

IAM cùm premor inuoco,
Is reſpondet enim conſulit ac mihi.

2 יהוה הצילה נפשי משפת שקר מלשון רמיה׃

2 IAS hanc animam erue
A lingua artificiáque à labio doli.

3 מה יתן לך ומה יוסיף לך לשון רמיה׃

3 Quid dat, quid cumulat tibi
Fraudis lingua, mali & conſilij artifex?

4 חצי גבור שנונים עם גחלי רתמים׃

4 Fortis ſpicula militis,
Carbonesque graues nempe geniſtici.

5 אויה לי כי גרתי משך שכנתי עם אהלי קדר׃

5 Heu me, quique vagus colo
Moſchos, quique Arabum non ſtabiles domos.

6 רבת שכנה לה נפשי עם שונא שלום׃

6 Per multum hæc anima accolit
Pacis iuncta malis hoſtibus integræ.

7 אני שלום וכי אדבר המה למלחמה׃

7 Pax mi, pax placet; at ſtrepunt
Pugnam ſcilicet hi & prælia, cùm loquor.

3 Quid tu pius poteris expectare aut timere à lingua doloſa?

4 Nempe nihil leuius ſagittis atque carbonibus ardentibus ex geniſtæ ligno.

5 Inter hoc hominũ genus ita verſor, ac ſi inter Moſchouitas, Scythas, Arabesque campeſtres verſarer, imò vagarer incertis conſuetudinibus & ſedibus.

6.7. Non videor mihi cũ ciuibus; verùm cum pacis inimiciſſimis agere: quanquam ipſe & ingenio & ſtudio pacem amem & colam.

PSAL. CXXI.

Leuaui oculos meos in montes.

ARGVMENTVM.

CVM ſuperiore Pſalmi huius ſententia connectitur: cùm enim dixiſſet vir pius, ſibi pacem meditanti, inſidias & pugnas ab improbis parari, ſubiungit in hoc Pſalmo auxilium ſuum eſſe in Deo, cuius numen ipſe colat, veneretur, atque inuocet, potentiſſimo ac miſericordiſſimo, deinde vigilantiſſimo, & ſemper ſuos curante atque defendente.

א שיר למעלות

I

Canticum graduum.

CARMEN DICOLON DIS TROPHON.

אשא עיני אל ההרים מאין יבוא עזרי׃

ATtenta in montes tollam mea lumina, certum
Vnde meum auxilium veniet mi.

1 In montes, vbi templum Dei eſt; cuius contemplatio in cælũ quoque oculos attollere facit.

ב עזרי מעם יהוה עשה שמים והארץ׃

2 Ex IA auxilium conſtat mihi, terra polique
Auctorem quem noſcere debent.

ג אל יתן למוט רגלך אל ינום שמרך׃

3 Non dabit vt tibi pes labatur, nec tuus ille
Cuſtos dormitare feretur.

ד הנה לא ינום ולא יישן שומר ישראל׃

4 En neque dormitat, neque dormit prouidus atque
Magnus cuſtos Iſrael ille.

Eſt

5 יהוה שמרך
יהוה צלך על
יד ימינך׃

6 יומם השמש
לא יככה וירח
בלילה׃

7 יהוה ישמרך
מכל רע ישמר
את נפשך׃

8 יהוה ישמר
צאתך ובואך
מעתה ועד
עולם׃

5 *Est* IAS *custos*, IAS *tibi & vmbra, tibi qui*
Dexter adest, dextramque tuetur.
6 *Teque diu nec Sol feriet, neque roscida Luna*
Lædet nocte etiam afficiétve.
7 IAS *namque malis cunctis te seruat, & istam*
Ille animam seruat tibi custos.
8 *Siue exis, siue ingrederis, custodiet* IAS
Te nunc, atque in sæcla patronus.

8 Actorum tuorum initia & fines ille fouet atq. promouet.

PSAL. CXXII.

Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.

ARGVMENTVM.

IERVSALEM vrbem illam terrestrem, vtpote cælestis alterius Ierusalem imaginem referentem, summo cũ gaudio Dauid ingrediebatur, eamq. studiosè colebat, atque omnibus modis ornabat, faustisque precationibus prosequebatur; ostendens videlicet Ecclesiam militantem, quæ ad triumphantis Ecclesiæ dignitatem omni studio cõtendit, magno piorum hominũ affectu, omnique conatu fouendam colendamque esse, & perpetuis precibus Deo commendandam, extra quam neque sapientia, neque iudiciorum integritas, neque salus, imò nulla recta hominum societas est.

1 שיר המעלות
לדוד

1 *Canticum graduum Dauidis.*

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

שמחתי
באמרים לי בית
יהוה נלך׃

2 עמדות היו
רגלינו בשעריך
ירושלם׃

3 ירושלם
הבנוירה כעיר
שחברה לה
יחדו׃

4 שׁשם עלו
שבטים שבטי
יה עדות
לישראל להודות
לשם יהוה׃

5 כי שמה ישבו
כסאות למשפט
כסאות לבית
דוד׃

6 שאלו שלום
ירושלם ישליו
אהביך׃

a Valdè lætus audio aliquem mihi dicentem, parari reditũ Hierosolymam; in qua templũ illud est, quo Deus colitur.

3 Hęc Ierusalem cùm rectè ædificatur, instar habet vrbis illius supernæ.

5 Recti & integri iuris reddendi norma, ex hac Ierusalem petenda est omni populo Dei, in qua Dauidis domus ac regnum est; hoc est, ex Ecclesia catholica, in qua Christi sedes locatur.

6. 7. 8. Omniũ communi voto & studio pax cælestis Ierusalem gratia petatur.

a *Valdè lætus audio*
Quæ dicunt mihi, Nos ibimus in domum
2 IAE; *constiterint, ô Solyme, pedes*
Vt nostri in foribus tuis.
3 *Vrbs constructa velut, iunctaque & vnicè*
4 *Est ipsi; hanc adeunt* IAH *celebres tribus*
Testantesque tribus Israelis genus,
IAE *nomen vt efferant.*
5 *Illic iudicij nam solia insident;*
Firma inquam solia hæc Dauidis in domo.
6 *Pacem vos Solymis poscite amantibus,*
Felix pax aderit tuis.

Pax

ז יהי שלום בחילך שלוה בארמנותיך׃

7 *Pax in præſidio ſit populi tui,*
Iſtis atque quies alma palatiis.

Namque Eccleſiæ pax in omnes fratres redundat.

ח למען אחי ורעי אדברה נא שלום בך׃

8 *Pacem nuncque tibi proloquar in meos*
Fratres & ſocios pius.

ט למען בית יהוה אלהינו אבקשה טוב לך׃

9 IAE *proque domo quem colimus Deum,*
Ipſe omni ſtudio, viribus omnibus,
Contentis precibus proſpera & omnia
Quæram, cuncta bona ac, tibi.

PSAL. CXXIII.

Ad te leuaui oculos meos.

ARGVMENTVM.

SPES omnis & fiducia Eccleſiæ in Deo poſita eſſe hoc Pſalmo declaratur; quippe cuius virtus efficaciſſima ſit ad omnes Eccleſię ipſius inimicos vincendos, turbandos, reprimendos, atq. omnino opprimendos; hac autem ſpe atque fide omnem laborem, omnemque difficultatem, omnem denique exercitationem ab Eccleſia interim tolerari & ſuperari, quoad Deus miſertus, pacem illi afferens, victoriæ etiam copiam gignat aduerſus omnem aduerſariorum faſtum, & arrogantiam, atque ſuperbiam.

א שיר המעלות

I *Canticum graduum.*

CARMEN MONOCOLON.

אליך נשאתי את עיני הישבי בשמים׃

AD te, qui ſuperas æthera, & inſides
Cælis, hos oculos tollo, velut manu

ב הנה כעיני עבדים אל יד אדוניהם כעיני שפחה אל יד גברתה כן עינינו אל יהוה אלהינו עד שיחננו׃

2 *Spectant ſerui oculi, quam moueant heri,*
Ancilla atque manum ceu dominæ ſuæ:
IAM *noſtri oculi ſuſpiciunt* DEVM
Sic noſtrum, dederit munera gratiæ

Vt ſerui & ancillæ labore impoſito exercentur, atque interim ſubinde dominorum ſuorum geſtus reſpiciunt, expectantes intermiſſionis aut quietis ſignum: ſic nos hos labores, in quibus verſamur, ferentes, ſignũ clementiæ ac miſericordiæ ſpectatæ expectamus.

ג חננו יהוה חננו כי רב שבענו בוז׃

3 *Dum nobis. miſerans munera gratiæ*
IAS *da bonus ô, da tua, gratiam*
Nobis da ſaturis multiplici diu

ד רבת שבעה לה נפשנו הלעג השאננים התקף לגאיונים׃

4 *Deſpectu, ſatias vſque adeò aſperi*
Cepit noſtram animam ludibrij, malè
Quo nos excipiunt quos recreat quies;
Contemptusque hominum, qui nimium editi
Faſtu nos tenues deſpiciunt graui.

PSAL. CXXIIII.

Nisi quia Dominus erat in nobis.

ARGVMENTVM.

PLANE propheticus hic Psalmus est à Dauide compositus, in quo sub imagine liberationis diuinæ ex Palæstinis cæterisque finitimis hostibus, significatur grauissima illa conditio, in qua nos sub veteris hominis potestate & imperio positi fueramus, omnino periculosa atque exitialis, nisi Dei auxilio, Christique eius opera ex illo profundo miseriæ barathro ac luto fæcis extracti, ad libertatem filiorum ac populi Dei traducti fuerimus: quam ob rem gratiam maximam & perpetuam Deo ipsi liberatori ac salutari habendam & agendam esse docet.

1 *Canticum graduum Dauidis.*

1 שיר המעלות לדוד

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

1 Cùm nos opprimeret Adam ille vetus, impetuosissimus importunissimusque tyrannus.

IAS *ni adesset (dicat id Israel)*
2 IAS *adesset nos nisi liberans,*
Cùm staret instaretque nobis
Mens hominis furiosa visque:

1 לולי יהוה שהיה לנו בקום עלינו אדם׃
2 לולי יהוה שהיה לנו בקום עלינו אדם׃

3 *Viuos voraſſent nos penitus nimis*
Ardente naso in nos nimium fero:

3 אזי חיים בלעונו בחרון אפם בנו׃

4 *Tum nos aquarum vis rapax iam*
Volueret, obrueretque torrens.

4 אזי המים שטפונו נחלה עבר על נפשנו׃

5 Inundarent nos aquæ peccatorum & iræ Dei.

5 *Tunc insolentes transfluerent aquæ;*
Nostramque ferrent tunc animam simul.

5 אזי עבר על נפשנו המים הזידונים׃

6 *Laus constet* IAE, *nos qui ab illis*
Dentibus haud dedit auferendos.

6 ברוך יהוה שלא נתתנו טרף לשניהם׃

7 *Erepta sospes nostra anima, vtque auis*
Euasit arcto de laqueo aucupum:
Nos liberati, rupta vincla
Liquimus, & laqueum tenacem.

7 נפשנו כצפור נמלטה מפח יוקשים הפח נשבר ואנחנו נמלטנו׃

8 IAE *canendo nomine præstitum*
Nobisque præsens auxilium fuit:
Auctore quo constat potenti
Terra humilis superique cæli.

8 עזרנו בשם יהוה עשה שמים וארץ׃

Qui nos ex terræ illius nostræ humilitate ac fæce ad cælestem dignitatem transtulit.

PSAL.

PSAL. CXXV.

Qui confidunt in Domino.

ARGVMENTVM.

DEVM maximo, firmiſſimo, ac perpetuo præſidio eſſe iis, qui in ſe fidunt, Eccleſiæque tutelam & propugnationem ſuſcepiſſe, quam nulla inimicorum vis, nec portæ inferi expugnare queant, hic Pſalmus docet. exerceri quidem pios improborum in eos impetu & excurſionibus, non tamen perdi aut ſubiici poſſe; eſſe autem illos pios, qui hoc loco indicentur, quicunque & moribus boni ſunt, & ſimplici doctrina atque pura imbuti. alios verò, qui ſuis cogitationibus acti, ab illa ſimplicitate deuiant, ad eundem catalogum cum prauis referri à Deo: Iſraelem verò ſpiritualem, hoc eſt, eos qui verè Iſraelitæ ſunt, in quibus dolus non eſt, pacem diuinam obtenturos.

שיר המעלות א

Canticum graduum.

CARMEN SAPPHICVM.

הבטחים ביהוה כהר ציון לא יטוט לעולם ישב׃

QVi bono fidunt patienter IAE,
Vt Sion mons, nec metuit ruinam,
Nutat & nunquam, ſitus inque ſæclum
Conſidet altè.

1 Sic eſt firma & fixa horũ conditio atque Sionis mõtis, ſed pulchrior & illuſtrior.

ב ירושלם הרים סביב לה ויהוה סביב לעמו מעתה ועד עולם׃

2 *Ambiunt montes Solymos, beatum*
Ambit IAS *& populum ſuorum;*
Nunc & in longi, bene quos tuetur,
Tempora ſæcli.

ג כי לא ינוח שבט הרשע על גורל הצדיקים למען לא ישלחו הצדיקים בעולתה ידיהם׃

3 *Impij virga haud reſidens manebit,*
Poſſit vt iuſtis violare ſortem;
Ne manus iuſti malè prava in acta
Mittere tentent.

3 Non ita tentari permittit Deus eos, quos tuetur, vt omnino ab improbis ſuperentur, & poſſeſſione pietatis deturbentur: ne iuſti de prouidentia erga ſe dubitantes, ad prauitatem dilabantur. omnia ſunt allegorica, & metaphoris plena.

ד הטיבה יהוה לטובים ולישרים בלבותם׃

4 *Sit bonis,* IAS, *bene, te patrono ac*
Arbitro, rectè quibus illa cordis
Sanitas conſtat, placet atque virtus
Simplicitasque.

4 Id quod te velle & præſtare nouimus, à te petimus.

ה והמטים עקלקלותם יוליכם יהוה את פעלי האון שלום על ישראל׃

5 *Conſili ſed qui proprij ſecuti*
Deuia exquirunt, numero patrantum
Prava ducet, qui facit ipſe pacem
Iſrael IAS.

PSAL. CXXVI.

In conuertendo Dominus captiuitatem Sion.

ARGVMENTVM.

SVB exemplo reducti ex Babylonica captiuitate Israelis, celebrat Psaltes, magnam mutationem in populo Dei factam, salute per Christum allata, idque κὶ εὐθυσπερμὸν præcinit. ait autem priorem seruitutis conditionem miserrimam, calamitosam, difficillimam planè, laboriosam, lamentabilemque fuisse; posteriorem verò beatissimam, gratissimam, atque lætissimam ex Dei beneficio contigisse, adeò, vt è tenebris in admirabilem lucem traductos, confiteri ac prædicare sese possint.

1 *Canticum graduum.* 1 שיר המעלות

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

IAS *cùm retulit quondam agmina capta Sionis,* בשוב יהוה את שיבת ציון היינו כחלמים׃
Somnia visentum persimilis fuimus.

2 *Os nostrum risus impletum est, linguaque cantus* 2 אז ימלא שחוק פינו ולשוננו רנה אז יאמרו בגוים הגדיל יהוה לעשות עם אלה׃
Tunc, & delatum gentibus est aliis.
Tunc gentes dixêre, IAS *est magnificus, qui*
Grandia tam præsens efficere his voluit.

3 IAS *magnificus nobis magna omnia fecit;* 3 הגדיל יהוה לעשות עמנו היינו שמחים׃
Grati ergo in risu lætitiaque sumus.

4 *Ergo* IAS *referas nostra ô capta agmina, vt Austro* 4 שובה יהוה את שבותנו כאפיקים בנגב׃
Riui fœcunda posteritate fluunt.

5 *Semina qui lachrymis flentes seuere, canentes* 5 הזרעים בדמעה ברנה יקצרו׃
Iam dulci plausu carminibusque metent.

6 *Ibit flens, paruum & semen feret, inde maniplos,* 6 הלוך ילך ובכה נשא משך הזרע בא יבא ברנה נשא אלמתיו׃
Dum veniens veniet, mox referet proprios.

Adeò erat nouum & magnũ gaudium, adeò inusitatũ nobis, vt videremur rapti ac penitus absorpti, vt qui magnum aliquod lætitiæ genus contigisse sibi somniant, excitati autem & expergefacti ex illo raptu pleni fuimus vera lætitia, risu, atque cantu. itaque sensimus nos esse liberatos: deinde ea fama ad gentes alias perlata est, quæ nostram salutem admirabantur.

PSAL. CXXVII.

Nisi Dominus ædificauerit domum.

ARGVMENTVM.

AD magnas consequendas res, frustrà consilium, studium, & conatum, quamuis maximum, poni ab hominibus, qui aliquid eiusmodi citra Dei opem auxiliũque tentant, neque enim vel familiam rectè constitui, neque regnum aut rempub. administrari, defendive rectè posse iis, quos Deus nõ promouerit; contrà verò eis, quibus Deus verbo promisso auxilioque suo præsto est, exiguo suo ipsorum studio, consilio, & conatu, maximam rerum omnium, quæ ad veram prosperitatem pertinent, copiam suppetere: quamobrem

quamobrem à Deo in omnibus magnis rebus initium & exitum petendum esse, concludit Psalmus, vtpote verorum bonorum auctore summo. Attingit autem Psalmus plures ex sacris libris historias, & refertur proprie ad veram animorum beatitudinem, quam nemo homo sibi comparare potest, quamuis magno ingenio & molimine; illius enim auctor est Deus, à quo petenda, summaque animi contentione & pietatis exercitatione impetranda est.

Canticum graduum Salomonis.

א שיר המעלות לשלמה

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

אם יהוה לא יבנה בית שוא עמלו בוניו בו אם יהוה לא ישמר עיר שוא שקד שומר׃

IAs *ni ædificet domum,*
Frustra stat nimiis structa laboribus;
Fallitque artifices suos.
IAs *seruet item vrbem nisi prouidus,*
Custos manè licet vigil
Assistat; tamen hic excubat irritus.

ב שוא לכם משכימי קום מאחרי שבת אכלי לחם העצבים כן יתן לידידו שנא׃

2 *Frustra maneque surgitis,*
Tardè & solliciti nempe quiescitis
Vos quicunque editis malis
Panem & perpetuis parta molestiis,
Plena & fercla laboribus;
Somnum sic dabit huic quem fouet atque amat.

2 Qui non rectè, neq. ex diuini verbi sententia instituitis actiones vestras magno & indefesso labore, magna cura ac vigilantia, nihil tandem efficitis.

ג הנה נחלת יהוה בנים שכר פרי הבטן׃

3 *Ecce* IAE *patrimonium*
Fructus atque vteri præmia liberi:

ד כחצים ביד גבור כן בני הנעורים׃

4 *Fortis tela velut manum*
Armant atque decent; sic iuuenes viri

ה אשרי הגבר אשר מלא את אשפתו מהם לא יבשו כי ידברו את אויבים בשער׃

5 *Nati. virque beatior,*
His telis propriam qui pharetram replet:
Turpis non tenet hos pudor:
In portis quoties hostibus efferis
Quicquam dicere cogitent;
Sistent intrepidi & colloquium ferent.

3 Seruis suis dormientibus, tempore quo quiescere oportet, bona omnia multiplicat & amplificat Deus, & sobolem auget ac beat.

His Dei donis, & filiorum suorum optimorum comitatu instructi, respondebunt in iudicio aduersariis suis, nihil veriti potentiam aut calliditatem illorum.

PSAL. CXXVIII.

Beati omnes qui timent Dominum.

ARGVMENTVM.

NE otiosam pietatem commendari in superiori Psalmo quispiam intelligat, sed simplicem quandam vitam probari, quæ cum maximo pietatis studio occupationem etiam honestam & innocentem coniungit; ad victum sibi domesticisque suis parandum, atque adeò ad egentiorum subsidium; sine vlla cupiditatis aut auaritiæ perturbatione, rerum suarum arbitrio diuinæ prouidentiæ permisso: huiusmodi virum beatum esse affirmat Psalmus hic, illiusque familiæ amplificationem, Deo auctore, constare maximam; amplificationem, inquam, non ambitiosam, aut superbam, sed modestam atque egregiam, qualis fuit amplitudo eorum, qui filij Dei quondam dicebantur.

1 שיר המעלות

1 *Canticum graduum.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

1 Primùm quæritur pietas, eáque maximè & studiosissimè colenda bono viro: deinde honesto negotio panis victusque modestus: virumq. Deus promouet, & familiâ bonis liberis refertam constituit; filij ad paternæ pietatis exemplũ instituti familiam propagant.

אשרי כל ירא יהוה ההלך בדרכיו׃

IAM, *beatus, quisquis & timens colit,*
Eius frequentat & vias.

2 יגיע כפיך כי תאכל אשריך וטוב לך׃

2 *Labore vesceris tuo, & manus tuæ vt*
Te pauerint; beatitas,
Bonumque certa spe tibi promittitur.

3 אשתך כגפן פרית בירכתי ביתך בניך כשתלי זיתים סביב לשלחנך׃

3 *Vt vitis vberi in solo*
Vxor beatis fructibus replet domum:
Instarque oliuæ consitæ
Plantæ tuam sic filij circumsident

4 הנה כי כן יברך גבר ירא יהוה׃

4 *Mensam; virum, sic qui timet*
IAM, *beabit læta & alma faustitas:*

5 יברכך יהוה מציון וראה בטוב ירושלם כל ימי חייך׃

5 IAS *Sione te beet;*
Bonumque Salem quo fruetur, integrum
Viuenti & vsque det tibi, &

6 וראה בנים לבניך שלום על ישראל׃

6 *Videre natos det tibi nepotibus*
Iunctos vti pace Israel.

PSAL.

PSAL. CXXIX.

Sæpe expugnauerunt me.

ARGVMENTVM.

POST ſingulares virorum iuſtorum & iniuſtorum hominum atque principum & ciuitatum rationes in præcedentibus Pſalmis tractatas, totius Eccleſiæ conditionem exponit hic Pſalmus; oſtendens Dei populum in vniuerſum non minus fuiſſe vexatum ab externis & finitimis hoſtibus & inimicis, quàm ſingulos eius populi bonos viros & pios ab improbis: diuino autem auxilio omnia pericula ſuperata ab ipſis fuiſſe, omnemque difficultatem & anguſtiam ſuſtentatam: vſque ad aduerſariorum perturbationem & ruborem, qui ſuos conatus irritos reddi viderent, nullisque pro animi ſententia haberent exitus. id autem omnibus hominibus certiſſimum argumentum eſſe iuſtitiæ ac prouidentiæ Dei erga Eccleſiam ſuam.

שיר המעלות 1

Canticum graduum.

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

דברו צרורני מנעורי יאמר נא ישראל:

ANguſta multùm (dixerit Iſrael)
Sunt à iuuenta illata mihi noua:

1 Ab initio naſcentis Eccleſiæ nũquam defuerunt aduerſarij & oppreſſores, qui Dei populum vexarent.

רבת צרורני מנעורי גם לא יכלו לי:

2 *Anguſtè & oppreſſum iuuenta*
Vſque mea nihil expulere.

על גבי חרשו חרשים האריכו למעניתם:

3 *Longuſque ſulcis terga ſuper mea*
Fortes arabant, quos ſtudium hoc tenet:

יהוה צדיק קצץ עבות רשעים:

4 *Sed iuſtus* IAS *ſcindit hos, quos*
Impia gens poſuere, funes.

יבשו ויסגו אחור כל שנאי ציון:

5 *Turpis repulſæ ſummoueat pudor*
Omnes Sionis quos odium trahit:

5 Voluntas, ſtudium, & conatus impiorum & improborum irriti ſunt Dei iuſti iudicio.

יהיו כחציר גגות שקדמת שלף יבש:

6 *Sint herba vt in tectis, prius quæ*
Quàm ſiliquas meditetur, aret.

שלא מלא כפו קוצר וחצנו מעמר:

7 *Illa manum non impedit ſuam*
Meſſor, maniplos nec poſuit ſinu;
Audita dicentum ſalutem
Nulla etiam memorata verba.

ולא אמרו העברים ברכת יהוה אליכם ברכנו אתכם בשם יהוה:

8 *Nec tranſeuntes dicere ceu ſolent,*
Dicent, Ab IA *fauſta beatitas*
Vobis ſit; ipſis nos & IAE
Nomine fauſta, bona ac precamur.

8 Non promouebitur iſtorum conatus & ſtudiũ, neque gratiam obtinebit ſperatam ab hominibus.

PSAL.

PSAL. CXXX.

De profundis clamaui ad te Domine.

ARGVMENTVM.

DAVID anxietate, sollicitudine, ac laboribus pressus variis, inimicorum opera procuratis, Dei misericordis auxilium implorat, agnoscens quidem se peccatorem, & vitiis obnoxium, si modò exacto Dei iudicio examinari eueniat; verùm Deum misericordem esse, qui veniam annuat peccatoribus pœnitentiam agentibus, seque inuocantibus, ideoque coli ac timeri à piis, qui ex diuinis oraculis cognouerint, illum nõ solùm priuatis & singularibus quibusdam hominibus, sed omni Israeli salutem allaturum esse, cum remissione peccatorum; Israeli, inquam, hoc est, populo Dei, fide atque obedientia pietateque valenti.

1 *Canticum graduum.*

שיר המעלות

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON

TE de profundis anxius inuoco
2 *IAS, meam tu mi Domine excipe*
Vocem, vocantis te querelæ in-
tende tuas miserator aures.

מעמקים
קראתיך יהוה׃
2 אדני שמעה
בקולי תהי־נה
אזניך קשבות
לקול תחנוני׃

3 *Si prauitates* IAH DOMINE *intimè ob-*
seruare cures, quis steterit sibi?
4 *Numen benignumque est tuum: sic*
Parcis, vti & metuare iustus.

3 אם עונות
תשמר יה אדני
מי יעמד׃
4 כי עמך
הסליחה למען
תורא׃

5 *Expecto & IAM; expectat item manens*
IAM que sperans hæc anima, illius
Spe nitor, attendoque verbi,
6 *Hæc anima à DOMINO que pendet.*
Nec manè tantum expectat auens vigil
Custos frequens qui manè cupit nouum:

5 קויתי יהוה
קותה נפשי
ולדברו הוחלתי׃
6 נפשי לאדני
משמרים לבקר
שמרים לבקר׃

7 *Expectat IAM perbenignum*
Israel, & bene vindicantem.
8 *Assertor ille & seruitio graui*
Ducet redemptum prouidus Israel,
Omnique dimissum resoluet
Nomine criminibusque prauis.

7 יחל ישראל
אל יהוה כי עם
יהוה החסד
והרבה עמו
פדות׃
8 והוא יפדה
את ישראל מכל
עונותיו׃

3 Si tu obseruare & examinare velis singulas deuiationes hominum ab exacta præceptorum tuorum puritate & rectitudine, quis stabit, & rectum se constituet coram te?

4 Sed tu es benignus, & coleris à piis hoc nomine benignitatis, misericordiæ, ac dimissionis peccatorum, iis, qui ad te conuertuntur.

5 Custodes excubias agentes, non tantùm expectant & cupiunt auroræ aduentum, vt ipsi quiescant, quantũ anima mea expectat & cupit Deum liberatorem & redemptorẽ.

PSAL.

PSAL. CXXXI.

Domine non est exaltatum cor meum.

ARGVMENTVM.

NON solùm pœnitentiam & inuocationem, sed totius vitæ simplicitatem exigit Deus ab iis, qui se ipsi tradunt, pietatemque profitentur, spe dimissionis peccatorum, & gratiæ accipiendæ, quocunque conditionis loco gradúve sint; nam superbos & elatos animos nō modò reiicit, sed vehemēter abominatur Deus. huiusmodi animi simpliciratem, & candorem, modestiam & obedientiam profitetur de se Dauid; agnoscens omnia sua à Deo pendere, ab ipsoque proficisci, quæcunque bona verè appellari possunt; neque enim aliter is posset Israelita dici, nisi Israelis exemplo illius antiqui patris semper Dei fide & spe nitatur, idque antiquum esse iis, qui verè Israelitæ sunt.

א שיר המעלות לדוד

Canticum graduum Dauidis.

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

יהוה לא גבה לבי ולא רמו עיני ולא הלכתי בגדלות ובנפלאות ממני׃

I AS *nec altum cor tumuit mihi,*
Sublata nec sunt lumina; grandia
Nostraque virtuti negata
Nunquam animo aut studio frequento.

ב אם לא שויתי ודוממתי נפשי כגמל עלי אמו כגמל עלי נפשי׃

2 *Si non silentem hanc ipse animam fero,*
Depulsus vt qui matris ab vbere est,
Vt lacte depulsum puellum,
Hanc animam mihi & ipse pono.

2 Profectò ipse nihil tumultuosę cogitationis animo admitto, nihil sublime sapio, nihil molior magnū, sed perinde ex te totus pendeo, atque puer ablactatus ex matris suæ cura.

ג יחל ישראל אל יהוה מעתה ועד עולם׃

3 IAM *benignum suscipe & hunc tibi*
Attende solum (si sapis) Israel.
Attende nunc & vsque in ampli
Tempora pòst renouanda sæcli.

PSAL. CXXXII.

Memento Domine Dauid.

ARGVMENTVM.

DIVINORVM promissorum memoriam perpetuò recolens Dauid, Ierosolymis Deo templum ædificare studebat, & parabat, vt illo in conuentu populus diuina promissa recoleret, atque in eadem ciuitate, in domo, familiaque sua præstanda expectaret. id autem cùm diligenter ac solicitè ageret, efficere prohibitus est diuino oraculo, vt qui bellator fuisset, & minùs ob eam rem idoneus ad templum illud iuxta significationis rationem ædificandum & sacrandum. cùm verò studium suum impediri videret, vota tamē sua probari Deo cupiebat, idque hoc Psalmo agit, Deum pientissimè & studiosissimè precatus, vt quanquam ipse templum non construat, tamen

illo

illo maximo dono Dei non careat, quod certis promissis sibi factis sperabat, vt videlicet in illa ciuitate ex ipsius familia oriatur ille orbis omnis redemptor Christus, qui Iudæis primùm, deinde Gentibus aliis, & salutis nuntium & salutem afferat.

Canticum graduum.

שיר המעלות 1

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

זכור יהוה לדוד
את כל ענותו:

IAS memento quot tulerit grauis
Dauid labores sollicitudinis:

2.3.4.5. Iacobi exemplo vouerat votum Deo, se non quieturũ, donec pararet locum domo Dei, cuius virtute Iacob nixus, ad dignitatem Israelis ascẽdit.

2 אשר נשבע
ליהוה נדר
לאביר יעקב:

2 *Iurabat IAE vota, Iacob*
Quem coluit solidè potentem.

3 אם אבא
באהל ביתי אם
אעלה על ערש
יצועי:

3 *Tentorium si vel subeam domus*
Nostræ, vel alti strata petam thori:

4 אם אתן שנת
לעיני לעפעפי
תנומה:

4 *Si palpebris præstem quietem,*
Dulcem oculísve meis soporem:

5 עד אמצא
מקום ליהוה
משכנות לאביר
יעקב:

5 *Donec repertum constituam locum*
IAE, Iacobi ac præualido domos.

9 Id mihi fuerat Ephratæ dictum, domũ Dei ædificandam esse per meam familiam, ego domum Dei tabernaculũ illud manufactum, quo aliud significatur arcanum, cùm transferre cogitarem, in domo Obed Edom in syluis reperi.

6 הנה שמענוה
באפרתה
מצאנוה בשדי
יער:

6 *Audiuimus nos hanc Ephratæ,*
Estque in agris nemorum reperta.

7 נבואה
למשכנותיו
נשתחוה להדם
רגליו:

7 *Tentoria ergo hinc illius ibimus,*
Ad scamna plantis prociduis pedum:

7 Tunc dixi, Ibimus ergo in tẽtoria Dei, & adorãtes precabimur, vt velit migrare in locum quietiorem, hoc est in ciuitatem.

8 קומה יהוה
למנוחתך אתה
וארון עזך:

8 *IAS quieti tu tuæ adsta &*
Arca tui solidi valoris.

9 בהניך ילבשו
צדק וחסידיך
ירננו:

9 *Iustum ministri vestierint tui,*
Cantent tibi & qui se obtulerint pios:

9 Celebrent te sacerdotes tui ministri iustitia induti, & pij omnes tibi cantent. Sed placare etiã propitiusque esto Dauid vncto tuo, ne vertas faciẽ tui Messiæ, quem Dauidis domum spectare declarabas iuramento addito.

10 בעבור דוד
עבדך אל תשב
פני משיחך:

10 *Serui memor Dauid nec vncti*
Ora tui faciemque vertas.

11 נשבע יהוה
לדוד אמת לא
ישוב ממנה
מפרי בטנך
אשית לכסא
לך:

11 *Iurauit IAS veraque Dauidi*
Et certa, nunquam quæ reuocet, tui
De ventris apponamque fructu,
Qui solium teneat perenne.

11 Semper erit perpetuoque regnabit rex ille de fructu ventris tui proferendus.

12 אם ישמרו
בניך בריתי
ועדתי זו אלמדם
גם בניהם עדי
עד ישבו לכסא
לך:

12 *Fœdus meum si posteritas tua ac*
Testata seruet, quæ hanc doceam, mea;
Natique natis vsque & vsque
Vsque tibi in solio sedebunt.

12 Necnon si filij tui permanserint in fœdere & cõtestatione hac, quam ipsi ex me discent, erunt etiam reges & principes in terra, recta posteritatis tuæ serie.

IAS

13 כי בחר יהוה בציון אוה למושב לו׃

13 IAS *Sionem nam ſibi legerat,*
Sedemque gratam percupijt ſibi.

Namque Deus Ieruſalem, atque in ea præcipuè Sion delegerat, cuius ciues magnis donis cumularet, ſignificatione magna ciuitatis Dei ſpiritualis.

14 זאת מנוחתי עדי עד פה אשב כי אויתיה׃

14 *Hæc concupita eſt vſque & vſque,*
Grata quies mihi, & hic ſedebo.

15 ציודה ברך אברך אביוניה אשביע לחמים׃

15 *Eius beatum perficiam cibum,*
Et pane egenos exaturans, ſuos

16 וכהניה אלביש ישע וחסידיה רנן ירננו׃

16 *Ornem ſacerdotes ſalute,*
Carmina turba canet piorum.

17 שם אצמיח קרן לדוד ערכתי נר למשיחי׃

17 *Florere & illic cornua Dauidi,*
Vncto & lucernam iam foueo meo;

Huius hoſtes, me auctore toti pudefiēt, videntes conſilia votaque ſua vana omnia, huiusque amplitudinem ſpectantes. cuius corona, qui Chriſtus eſt, florebit mitis virtutibus mireque fragrantibus.

18 אויביו אלביש בושת ועליו יציץ נזרו׃

18 *Hoſtes pudore ornabo & huius;*
Huicque feret diadema flores.

PSAL. CXXXIII.

Ecce quàm bonum & quàm iucundum.

ARGVMENTVM.

BENEDICTIONEM illam & proſperitatem atque amplitudinem ſpiritualem in ſuperiori Pſalmo ſignificatam, eos proprie ſpectare Dauid docet, qui in Eccleſiæ & charitatis communione & coniunctione fraternis prorſus animis perſeuerauerint, iiſdem legibus diuinis eruditi, pietatis ſtudiis & exercitationibus conuenientibus ac non diſſidentibus intenti, hanc animorum atque morum concordiam ſuauiſſimi odoris fragrantia gratam eſſe Deo, atque eidem probatam foueri, vitæque æternæ dono amplificari.

1 שיר המעלות לדוד

1 *Canticum graduum Dauidis.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

הנה מה טוב ומה נעים שבת אחים גם יחד׃

EN *bona quàm fratrum & ſuauis cõcordia, quos*
Et ſedes pariter tenet vna: (*mens*

2 כשמן הטוב על הראש ירד על הזקן זקן אהרן שירד על פי מדותיו׃

2 *In caput Aronis ceu lapſa vnguenta ſacratum*
Quæ barbam barbamque perungunt:
Inque ſacram demiſſa oram, quibus oblita veſtis
Iucundos inſpirat odores.

3 כטל חרמון שירד על הרדי ציון כי שם צוה יהוה את הברכה חיים עד העולם׃

3 *Hermon vtque nitet, demiſſo rore, Sionis*
Montes fœcundique fouentur.
Illic quippe & opes IAS *vitamque benignus*
Tempore perpetuo iubet eſſe.

PSAL. CXXXIIII.
Ecce nunc benedicite Dominum.

ARGVMENTVM.

QVATVORDECIM continuato ordine præcedentium Psalmorum conclusionem & epilogum refert hic, qui à Sacerdotibus & Leuitis maximum atrium ingressis, cantabatur. eius autem argumentum ipsos templi ministros & custodes spectat, qui omni tempore, quo in sacro sunt, diuinis laudibus cogitandis, meditandis, ac decantandis operam dare iubentur; à rege Dauid primùm, deinde ab aliis regibus, qui officium suum sacerdotibus commendabant. est autem laudum materia diuinarum perpetua, atque adeò inexhausta, quã illi sequi deberent, persequi non possent, nihilominus tamen id propositum vrgere iubentur, vt Deo gratias agant; illi autem regi atque sacerdoti maximo hoc commendanti bene precantur, ob curam religionis & pietatis colendæ.

1 *Canticum graduum.* 1 שיר המעלות

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

CVncti IAE *famuli vos en benedicite &* IAE,
Laudibus atque huic plaudite magnis.
Noctibus æde IAE *instantes quicunque manetis,*
2 *Sancta manus ad tollite vestras,*
3 *Laudibus atque* IAE *benedicite: Teque Sione*
Prosperet, efficiatque beatum
Ille & sublimis cælorum conditor IAS,
Et terræ quoque fertilis auctor.

הנה ברכו את יהוה כל עבדי יהוה העמדים בבית יהוה בלילות׃

Qui interdiu ministeriis, noctu custodiis vacatis, Deum celebrate, illum orate & colite.

2 שאו ידכם קדש וברכו את יהוה׃

3 Responsio & benepræcatio ministrorum aduersum Regem vel Pontificem, officium commendantem.

3 יברכך יהוה מציון עשה שמים וארץ׃

PSAL. CXXXV.
Laudate nomen Domini.

ARGVMENTVM.

PERPETVARVM laudum Dei materia multiplex sacerdotibus ac Leuitis hoc Psalmo proponitur, petita ex duplici considerationis ratione; primùm ex ipsius potentia, virtute ac sapientia, quæ in naturæ rerũ summa partibusque conditis & gubernatis elucet; deinde ex admirabili misericordia erga genus humanum promouendum & beandum, cuius rei causa populus Israeliticus delectus est, & maximis plurimisque beneficiis affectus, signorumque testimoniis terra marique, tum priuatim, tum publicè coram aliis gentibus ornatus & exaltatus.

Haleluiah. 1 הללו יה

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

IAH *laudate* IAE *famuli, vos nomen &* IAE
Concelebrate bonum.

הללו את שם יהוה הללו עבדי יהוה׃

IAE

2 שעמדים בבית יהוה בחצרות בית אלהינו:

2 IAE *quique domo statis, qui & ad atria nostri*
Sancta DEI *vigiles,*

2 Diurni ministri, nocturnique custodes, omni tempore vobis suppetit diuinarum laudum materia.

3 הללו יה כי טוב יהוה זמרו לשמו כי נעים:

3 IAH *laudate; bonus quippe* IAS, *suaueque nomen*
Illius accinite.

4 כי יעקב בחר לו יה ישראל לסגלתו:

4 *Quippe Iacob sibi* IAH *legit, sors certa peculi*
Israel estque sui.

4 Iacob humilé hominem delectum sibi, ad Israelis dignitatem euexit Deus; eumque in populum suum adoptauit, ad lucem gétium, &c.

5 כי אני ידעתי כי גדול יהוה ואדנינו מכל אלהים:

5 *Noui etenim magnumq.* IAM, *cunctosque minores*
Hoc DOMINO *esse deos.*

5 Magnitudo illius omnem potentiam & virtutẽ aliam superat, etiam earum rerum, quæ pro diis coluntur in mundo vel cælo, aliquid præstantiq habentium, vt Solis, Lunæ, astrorum, atque adeò angelorum; ille enim propriè Dominus omnium est.

6 כל אשר חפץ יהוה עשה בשמים ובארץ בימים וכל תהמות:

6 *Omnia quæ voluit, potuit quoque, fecit &* IAS,
(Hunc nihil impedijt.)
Quæ cælis, quæque in terris, maribusque & abyssis
Infima & alta simul.

7 מעלה נשאים מקצה הארץ ברקים למטר עשה מוצא רוח מאוצרותיו:

7 *Finibus è terræ suspendit in aere nubes,*
Fulgura & ad pluuiam
Apta facit, promit ventos cellisque reductis
Elicit ille suis.

7 Nam quæ fiunt in mundo, quanquam cęlorum & elementorum vi fieri videãtur, tamẽ illius nutu fiunt, alia etiam quæ falsò pro diis coluntur, vt homines, animalia, &c. ex doctrina Aegyptiorum ipse iudicauit & percussit.

8 שהכה בכורי מצרים מאדם עד בהמה:

8 *Ægypti percussit item pecorumque ferarum, &*
Primitias hominum.

9 שלח אתות ומפתים בתוככי מצרים בפרעה ובכל עבדיו:

9 *Ægypti in mediis Pharaoni eiusque ministris*
Prodigiosa dedit

10 שהכה גוים רבים והרג מלכים עצומים:

10 *Signa: idem gentes multas, regesque potentes*
Cædibus inuolüit.

9.10.11.12. Declarauit se Deum vnicum, potentissimum & misericordissimum.

11 לסיחון מלך האמרי ולעוג מלך הבשן ולכל ממלכות כנען:

11 *Amorrhæorum Seon, Ghogumque tyrannum*
Basanidum nemorum:
Regnáque cuncta olim malè quæ Cananæa premebat
Impia progenies.

12 ונתן ארצם נחלה נחלה לישראל עמו:

12 *Illorumque dedit terram patrimonia seruo*
Israel ipse suo.

13 יהוה שמך לעולם יהוה זכרך לדר ודר:

13 IAS *sæcla tuum nomen memorent, colat* IAS,
Cunctáque posteritas.

13 Igitur omnis mũdus, & omne tempus tuum vnius nomẽ agnoscat, nullũ alium Deum esse sciat prętere; id enim satis apertè in omni naturæ & gentium parte declaratum est: eius etiam nominis memoria & recordatio ad omnem posteritatem perferatur.

14 כי ידין יהוה עמו ועל עבדיו יתנחם:

14 *Namque suum populum vindex bonus asseret* IAS,
Parcet item famulis.

14 Sitque recordationis & monimenti illud in summa argumentum, Deum vindicem & assertorem populi sui esse.

15 עצבי הגוים כסף וזהב מעשה ידי אדם׃

15 *Relligiosa autem gentes simulachra per omnes*
Nomina culta Deûm.
Sunt aurum argentumque; hominis quæ finxerit &
Et manus artificis. (*mens*

16 פה להם ולא ידברו עינים להם ולא יראו׃

16 *Ore loqui ficto haud possunt oculísve videre, aut*
Auribus excipere.

17 אזנים להם ולא יאזינו אף אין יש רוח בפיהם

17 *Nullus & illorum subsistit spiritus ore,*
Denique nil & agit.

18 כמוהם יהיו עשיהם כל אשר בטח בהם׃

18 *Vtque illi, sic auctores quicunque fidem vel*
His habeant, fuerint.

19 בית ישראל ברכו את יהוה בית אהרן ברכו את יהוה׃

19 *Vos domus Israelis grati benedicite & IAM,*
Vos domus atque Aharon.

20 בית הלוי ברכו את יהוה יראי יהוה ברכו את יהוה׃

20 IAM *vosque domus Leui benedicite & IAE*
Quos timor almus agit.

Vos qui illius Ecclesiæ cùm sitis, rectã & veram Dei, illiusq, beneficiorũ notitiam retinetis, ipsum laudate.

Vos IAM *cuncti benedicite; deque Sione*
Carmine sit celebrus.

21 ברוך יהוה מציון שכן ירושלם הללויה׃

21 IAS *qui Solymis habitat benedictus; age* IAM
Laudibus accinite.

PSAL. CXXXVI.

Confitemini Domino quoniam bonus.

ARGVMENTVM.

LAVDES Dei in superiori decantatas Psalmus hic prosequitur, relato multiplici argumento ad simplex, quod maximè ac præcipuè ab hominibus piis celebratur, videlicet ad misericordiam Dei: nam vltra alia Dei attributa, quanquam illa infinita sunt, vt Deus infinitus est, præcipuè tamẽ misericordia sese hominum generi cognoscendam præbet. Appellamus autem hoc & multis aliis in locis, misericordiam, quam Latini benignitatem, vel beneficentiam, siue liberalitatem dicunt; eam in cunctis operibus Dei ab ipsa rerum mundi conditura ad humani generis salutem vsque spectari Vates confirmat, ideoque singulari eius argumenti carmine edito, Deum misericordiæ siue benignitatis frequenter appellato nomine Deum laudandũ esse docet ac monet.

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

1 Omni mundo, omni tempore Dei benignitas & beneficentia constat.

1 הודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו׃

1 VOs IAM *fassi celebrate, is nam bonus extat:*
Namque ille est in sæcla benignus.

Hunc

2 הודו לאלהי האלהים כי לעולם חסדו׃

2 *Hunc faſſi celebrate altum, DEVS ille deorum eſt,*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

3 הודו לאדני האדנים כי לעולם חסדו׃

3 *Hunc celebri DOMINVM dominorũ dicite laude,*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

4 לעשה נפלאות גדלות לבדו כי לעולם חסדו׃

4 *Qui ſolus miranda facit, qui maxima ſolus,*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

5 לעשה השמים בתבונה כי לעולם חסדו׃

5 *Cuius ſtellanteis fecit prudentia cælos,*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

Prouidentia cæli facti ſunt, ita vt non ex neceſſitate, ſed ex prudentiæ ac prouidentię diuinę legibus & norma motus & efficientias ſuas moderentur.

6 לרוקע הארץ על המים כי לעולם חסדו׃

6 *Qui liquidis terram ſolidatam extendit in vndis,*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

7 לעשה אורים גדלים כי לעולם חסדו׃

7 *Idem etiam fecit duo maxima lumina mundo,*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

8 את השמש לממשלת ביום כי לעולם חסדו׃

8 *Solem qui clari moderatur iura diei:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

9 את הירח וכוכבים לממשלות בלילה כי לעולם חסדו׃

9 *Et Lunam variæ & ſtellas moderamina noctis:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

10 לנכה מצרים בבכוריהם כי לעולם חסדו׃

10 *Ægypti primos fœtus percuſſit iniquæ,*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

10 Percuſſit primogenita Aegypti, ad Iſraelitarum liberationem, in ſignum ſalutis totius mundi.

11 ויוצא ישראל מתוכם כי לעולם חסדו׃

11 *Iſraelem mediis eduxit & hoſtibus idem,*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

12 ביד חזקה ובזרוע נטויה כי לעולם חסדו׃

12 *Hoſque manu eduxit forti extentoque lacerto:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

13 לגוזר ים סוף לגזרים כי לעולם חסדו׃

13 *Qui mare iuncoſum per ſegmina plurima fidit:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

14 והעביר ישראל בתוכו כי לעולם חסדו׃

14 *Iſraelem medias traiecit & ille per vndas:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

Omnia autem hæc ad miſericordiam orbi omni præſtandam pertinent.

15 ונער פרעה וחילו בים סוף כי לעולם חסדו׃

15 *Excuſſit Pharaona mari illiusque phalanges:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

16 למוליך עמו במדבר כי לעולם חסדו׃

16 *Dúxque ſuum populum deſerta per auia rexit:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

17 למכה מלכים גדלים כי לעולם חסדו׃

17 *Qui magnos etiam percuſſit cæde tyrannos:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

Occidit

18 *Occîdit reges ualidos nimiumque potentes:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.
19 *Amorrhæorum fortem Seona tyrannum:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.
20 *Et Ghog Baſani nemoroſa ad culmina regem:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.
21 *Ille dedit cultamque horum patrimonia terram:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.
22 *Illa ſuo Iſraeli famulo patrimonia fixit:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.
23 Poſtquam pro peccatis noſtris afflicti fuimus & caſtigati, rurſus meminit noſtri, nosque reſtituit, vt propoſitum miſericordiæ ſuæ opus perficiat,
23 *Et memor eſt humilis noſtræ qui conditionis:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.
24 *Nos dominis ualde oppreſſosque redemit ab arctis:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.
25 Sic vitam & alimentum ſpirituale hominibus præbebit.
25 *Ille omni carni panem quoque ſuggerit almus:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.
26 Confitemini Deo, qui fortiſſimus eſt, & conſtantiſſima virtute in cælis habitat.
26 *Cælorum fortem cuncti celebrate fatentes:*
Namque ille eſt in ſæcla benignus.

18 ויהרג מלכים אדירים כי לעולם חסדו׃
19 לסיחון מלך האמרי כי לעולם חסדו׃
20 ולעוג מלך הבשן כי לעולם חסדו׃
21 ונתן ארצם לנחלה כי לעולם חסדו׃
22 נחלה לישראל עבדו כי לעולם חסדו׃
23 שבשפלנו זכר לנו כי לעולם חסדו׃
24 ויפרקנו מצרינו כי לעולם חסדו׃
25 נתן לחם לכל בשר כי לעולם חסדו׃
26 הודו לאל השמים כי לעולם חסדו׃

PSAL. CXXXVII.
Super flumina Babylonis.

ARGVMENTVM.

MISERA conditio populi ſui in Babylonica detenti captiuitate, à ſacerdotibus & Leuitis hoc Elegiaco carmine cõmemoratur; cuius ærumnæ grauiſſima illa pars fuit, quòd diuino cultui ex more ac ritu antiquo purè ac ſanctè operam dare non liceret, abductis à patria hominibus, & deſiderantibus templum illud, in quo vnicus & verus Deus colebatur: illudque duriſſimum, quòd per ludibrium & inſultationem iubebantur, illi cùm mœſtiſſimi eſſent, canere Pſalmos, & alia carmina, quæ ad Dei laudes cani ſolebant. Eiuſmodi hoſtium ſiue libidini, ſiue curioſitati minimè ſe obtemperaturos, ſinguli vouerunt; adiutatione etiam addita, cum ſpe reſtitutionis & ſalutis atque libertatis ex illa miſerabili & lugubri conditione. huius irriſionis à Babyloniis perlatæ occaſione, memoria refricata eſt ſæuitiæ & maleuolentiæ Idumæorum aduerſus Hieroſolymitanos, cuius vltio Deo in hoc carmine permittitur, & Babylonici regni ruina prædicitur.

CARMEN ELEGIACVM.

1 FLeuimus hærentes Babylonica flumina propter,
Dum memores illic nos tenet alma Sion.

א על נהרות בבל שם ישבנו גם בכינו בזכרנו את ציון׃

Illius

2 על ערבים בתוכה תלינו כנורותינו׃

2 *Illius in medio citharas ſuſpendimus altos*
Ad ſalicis ramos, pignora lætitiæ.

3 כי שם שאלונו שובינו דברי שיר ותוללינו שמחה שירו לנו משיר ציון׃

3 *Atqui illic, qui nos captos duxere, petebant*
Verba ſacri quondam carminis apta modis:
Lætitiæ ac noſtræ pendentia pignora; carmen
Vos canite hic nobis quale Sionis erat.

3 Petebant à nobis vt operam daremus citharis depoſitis ex arbore vnde pendebant, & carmina etiá patrio ritu caneremus.

4 איך נשיר את שיר יהוה על אדמת נכר׃

4 *Ergo* IAE *carmen nos, quondam dulce, canentes*
Audiet externo terra dicata Deo!

5 אם אשכחך ירושלם תשכח ימיני׃

5 *O Solyme, immemor ipſe tui ſi vixero, dextra*
Opto etiam mea ſit, non memor ipſa ſui.

6 תדבק לשוני לחכי אם לא אזכרכי אם לא אעלה את ירושלם על ראש שמחתי׃

6 *Hæreat, oblito mihi te, mea lingua palato,*
Hæreat arefcens faucibus illa meis:
Ni Solymam tollens & certa mente locabo,
Ipſe meæ ſtatuam lætitiæ inque caput.

Primum argumentum & caput lætitiæ meæ erit, Hieroſolymæ ciuitatis conditio & ſtatus.

7 זכר יהוה לבני אדום את יום ירושלם האמרים ערו ערו עד היסוד בה׃

7 *At quoque Idumææ ſobolis tu ſis memor* IAS,
Turbida cùm Solymis adfuit illa dies.
Fundite, dicebant, euertite, fundite, donec
A fundamentis ipſa reuulſa cadat.

8 בת בבל השדודה אשרי שישלם לך את גמולך שגמלת לנו׃

8 *Filia vaſtandæ Babylonis turba, beatus*
Cui noſtra ſolues præmia digna vice.

9 אשרי שיאחז ונפץ את עולליך אל הסלע׃

9 *Quique tibi ereptos pueros diſperget acutis*
Cautibus allidens, ille beatus erit.

PSAL. CXXXVIII.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo.

ARGVMENTVM.

DIVINORVM dictorum & promiſſorum conſtantiam & veritatem hoc Pſalmo celebrat Dauid, affirmans Deum eſſe miſericordem & propitiũ inuocantibus ſe animo ſimplici ac pio; idque ſuo ipſius experimento comprobatum eſſe ait: quamobrem teſtimonium ille ſuum profitetur publicè & priuatè, coram cæli ac terræ principibus, videlicet Deum efficaciſſimum eſſe in iuuandis iis, qui illũ inuocant, proinde etiam efficaciſſimum quoque & conſtantiſſimum eſſe & fore in ſeruandis iis ac præſtandis, quæ vltrò ipſe promiſerit, quemadmodum etiam exemplo in ſe ipſo edito demonſtratur, qui regnum à Deo promiſſum obtinuerit, quamobrem ſperare ait, cætera effectum iri, quæ ad ſalutem publicam à Deo promiſſa ſunt.

א *Dauidis.* א לדוד

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

TOto corde meo te referam, tibi אודך בכל לבי
Fassus, nempe tua vt munera prædicem: בסוד ישרים ועדה
Coram principibus te נגד אלהים אזמרך׃
Psalmis dulcisonis canam.

ב *Ipse ad sancta tui templa palatij* ב אשתחוה אל
Prostratus meditor dicere nominis היכל קדשך
Magna exempla benigni ואודה את שמך
Veracis solidè ac tui. על חסדך ועל
אמתך כי הגדלת
על כל שמך
אמרתך׃

Dictum namque tuum magnificas, tuum

Præter cætera quibus nomē admirabile tibi posuisti, dictorū cuorum constantiā opportuno amplificas euentu.

ג *Vltra atque omne foues nomen: eo die* ג ביום קראתי
Quo te nempe vocarim, תענני תרהבני
Respondere soles mihi: בנפשי עז׃
Præstare hanc animam viribus efficis.

ד *IAS, terricolis regibus omnibus* ד יודוך יהוה כל
Oris dicta tui cùm מלכי ארץ כי
Sint audita, probaberis. שמעו אמרי
פיך׃

ה *IAE percelebres carminibus vias* ה וישירו בדרכי
Ponent ij, & referent, maxima gloria יהוה כי גדול
כבוד יהוה׃

ו *Est IAE, qui humilem altus* ו כי רם יהוה
Et celsus videt infimum: ושפל יראה
ונבוה ממרחק
Altumque ille scit, & prospicit eminus. יידע׃

ז *Angustè medius comprimar vt licet,* ז אם אלך
Viuum atque incolumem tu בקרב צרה
Arcto me eripies loco. תחיני על אף
Tendes ipse manum propter & hostium איבי תשלח
Nasum (me innumeri quamlibet ambiant) ידך ותושיעני
Constabitque salus mî ימיני׃
Dextræ subsidio tuæ.

ח *IAS perficiet nempe meam vicem.* ח יהוה יגמר
IAS munificus perpetuo manes בעדי יהוה
חסדך לעולם

Sæclo;

מעשי ידיך אל תרף׃

Sæclo, haud facta remittas
Quæ cœpere manus tuæ.

quas ſufficere mihi poteſt: idq. aget quãdo ſemel opus ipſe ſuũ vltrò ſuſcepit perficiẽdum: cui ego ſi non dignitatem & habilitatem, votum meum tamen ſuppeditabo; non tantùm non repugnabo.

PSAL. CXXXIX.

Domine probaſti me, & cognouiſti me.

ARGVMENTVM.

DIVINAE prouidentiæ admirandam omnibus modis ac partibus tationem hoc carmine Dauid commendat, reuerenterque diſputat; ſibi enim ſuo experimento cognitam aſſerit, quanquam propter incomparabilem diuinæ naturæ excellentiam minimè in cuncta diſputationis huius membra intueri poſſe fateatur. Deinde ex hac hypotheſi ad theſim deueniens, cauſam ſimplicitatis ſuæ ſine vlla ſua diſputatione Deo examinãdam relinquit: malitioſorum verò & peruerſorum hominum iudicium, quemadmodũ à Deo exerceatur, ſpectare ſe velle ait; vt non modò ſimplicibus ac ſibi ſimillimis, ſed improbis etiam manifeſta ſit Dei cura erga res humanas.

לדוד מזמור 1

1 *Ad præſtantem Dauidis Pſalmus.*

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

יהוה חקרתני ותדע׃

SCrutatus penitus me bene cognitum

אתה ידעת שבתי וקומי בנתה לרעי מרחוק׃ 2

2 IAS *ipſe tenes; ſtem, ſedeam, ſitus*
Noſti nempe meos: proſpicis eminus
Quo me paſcere cogitem.

Omnis ferè huius carminis oratio ex venatricis artis tranſlatione petita eſt.

Argumentationis ſumma ſimplex.

אורחי ורבצי זריתה וכל דרכי הסכנתה׃ 3

3 *Quæ mî ſemita ſit, quæúe cubilia*
Indagator habes, cingis enim; vias
Tu calleſque meas, ſuetus & omnibus
Ipſe es tramitibus meis.

3 Tu me Domine aſſequeris ac tenes totũ extrà & intus. ego te neque intus neq. extrà aſſequi poſſum, ſed admirari tantùm poſſum, dum te in me & in te ipſo contemplor.

כי אין מלה בלשוני הן יהוה ידעת כלה׃ 4

4 *Nondum lingua mea effarier incipit,*
IAS *cuncta tibi en dictio cognita eſt;*

אחור וקדם צרתני ותשת עלי כפכה׃ 5

5 *Retrò atque antè etiam me petis, inſuper*
Palma eſt indita mî tua.

פלאי דעת ממני נשגבה לא אוכלה׃ 6

6 *Me miranda adeò cognitio fugit,*
Altè quam poſitam tangere non queo:

6 Ex his efficitur, vt, quò me vertã, neſciã; adeó à te obſeſſum & conſtrictũ me ſentio.

אנה אלך מרוחך ואנה מפניך אברח׃ 7

7 *Quò me ſubripiam, quò? vt bene ſpiritum*
Vultúsve vt fugiam tuos?

אם אסק שמים שם אתה ואציעה שאול הנך׃ 8

8 *Cælos ſiue velim ſcandere, tu quidem es*
Illic, ceu tumulum ſtrauero, tu ecce ades;

8 Nullus locus prouidentia diuina & præſentia vacat iis, qui vbique Dei naturam contemplantur.

9 Pennas, vtque habitem trans maris vltima,
Auroræ accipiam leueis.

9 אשא כנפי שחר אשכנה באחרית ים:

10 Illic ista etiam me manus egerit,
Captumque ista tenens dextera presserit:

10 גם שם ידך תנחני ותאחזני ימינך:

10 Nullo tempore, nulla temporis conditione, aut commoditate tuam præsentiam latere possum.

11 At caligo teget me bene, dixeram, &
Lucem nox mihi suggeret.

11 ואמר אך חשך ישופני ולילה אור בעדני:

12 Sed caligo tegit nil penitus tibi;
Cui nox, clara dies lucet vt, emicat.
Vt caligo refert lumina, lux ita
Par caligini & est tibi.

12 גם חשך לא יחשיך ממך ולילה כיום יאיר כחשכה כאורה:

11 Perspicacitatis tuę in caligine & obscuritate signum mihi est artificium illud mirabile, quo cópactus ego sum in obscurissimo loco; imò quæ in me mihi abditissima sunt, tibi verò perspicua. est mirandum illud verbum, acu texere, siue acu pingere, quo vates Hebraicè vsus est.

13 Renes quippe meos arbiter obtines;
Materno me vtero texueras acu:

13 כי אתה קנית כליתי תסכני בבטן אמי:

14 Te (miranda etenim sunt mihi) prædico,
Sum mirabilis atque ego.
Sunt & facta tua vt mira, scit hoc bene,

14 אודך על כי נוראות נפליתי נפלאים מעשיך ונפשי ידעת מאד:

13 Ipse sentio te penetrare renes meos, idq. confiteor, quippe renes mei tanguntur conscientiæ terrore, vnde video & intelligo miranda operum tuorum.

15 Scit valde hic animus. Nec latuit meum
Te corpus, fierem cumque ego in abditis
Terræ ac texerer infimis.

15 לא נכחד עצמי ממך אשר עשיתי בסתר רקמתי בתחתיות ארץ:

16 Indigesta tuis massa mea & rudis
Perspecta est oculis, membra libro in tuo
Descripta extiterant, ficta diebus, in
Queis nec defuit vnicum.

16 גלמי ראו עיניך ועל ספרך כלם יכתבו ימים יצרו ולא אחד בהם:

17 At quàm cara mihi, quàm pretiosaque ô
FORTIS propositi pabula sunt tui,
Vt præstant solidè ac præualidè omnium
Summarum exuperant caput!

17 ולי מה יקרו רעיך אל מרו עצמו ראשיהם:

18 Videbor semper incipere dum tecum fuero.

19 Thesis Psalmi. Cùm sis adeò sapiens ac simplex, & simplices duplicesque noris, scire cupio quid facias iis, qui latere & effugere sese tuam prouidentiam, teque fallere posse putant; qui omnia cum omnibus vana ac ficta loquuntur, idque etiam tecum faciunt.

18 Hæc ipse vt numerem, plura minutulis
Occurrent numero tunc mihi arenulis:
Expergiscar item sæpius, atque adhuc
Tecum, haud progrediens ero.

18 אספרם מחול ירבון הקיצתי ועודי עמך:

19 PRINCEPS morte soles si afficere improbum;
A me cedite vos sanguipetæ viri;

19 אם תקטל אלוה רשע ואנשי דמים סורו מני:

Astu

20 אשר ימרוך למזמה נשוא לשוא עריך׃

20 *Aſtu occulta tibi dicere qui ſolent,*
Hoſtes vana ferunt tui.

21 הלוא משנאיך יהוה אשנא ובתקוממיך אתקושט׃

21 *Oſores penitus non amo ego tuos*
IAS, *aſt odiis proſequor omnibus,*

22 תכלית שנאה שנאתים לאויבים היו לי׃

22 *Contendo iis quibus & propoſitum inſolens*
In te inſurgere naſcitur.

23 חקרני אל ודע לבבי בחנני ודע שרעפי׃

23 *Extremo inquam odio hos odi ego, ſunt mihi*
Hoſtes oppoſiti, me penitus, precor,
Noris FORTIS, *& hoc ſic tibi cognitum*
Cor redde, atque animum meum.

24 וראה אם דרך עצב בי ונחני בדרך עולם׃

24 *Mentis denſa meæ mille periculis*
Expertus videas num mihi ſit via
Offenſæ; ipſe mihi duxque præi, agnita
Mundi atque ire iube via.

PSAL. CXL.

Eripe me Domine ab homine malo.

ARGVMENTVM.

INIMICORVM ſuorum malitia accuſata, defenſionem & aſſertionem ſuam diuinæ tutelæ Propheta commendat; quam certam fore confidit, ac ſibi promittit, cùm ob aduerſariorum inſolentiam omni vltione dignam, tum ob diuini illius nominis [illegible] dignitatem, vnde illa etiam conſequutura eſſe ait, vt improbitas numquam nuſquámve proſpero vtatur ſucceſſu; probitas verò & ſimplicitas cum debita nominis diuini laude ſuperſtes victrixque tandem euadens, pace ac tranquillitate perpetua fruatur.

1 למנצח מזמור לדוד׃

1 *Ad præſtantem Pſalmus Dauid.*

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON

2 חלצני יהוה מאדם רע מאיש חמסים תנצרני׃

2 IAS *ſceleſto me ex homine eripe,*
Iniurioſo atque aſſere me viro:

Abſolutâ malitiam deſcribit, impulſus videlicet, & conatus, & orationis,

3 אשר חשבו רעות בלב כל יום יגורו מלחמות׃

3 *Qui corde voluentes maligna,*
Bella die experiuntur omni.

4 שננו לשונם כמו נחש חמת עכשוב תחת שפתימו סלה׃

4 *Serpentis inſtar linguam acuunt ſuam;*
Bilis draconis ſub labiis latet

5 שמרני יהוה מידי רשע

5 *His* VSQVE. *Me cuſtodiat* IAH
A manibus, precor, improbandi:

Non modò vi ac manifesta iniuria, sed dolo ac fraude, & calumnia se ab inimicis impeti ait.

Iniurioso atque assere me à viro,
Curantibusque vt præcipitent mea
6 *Vestigia. Abscondunt superbi*
Mi laqueos tetricosque funes.
Et rete tendunt ad latus orbitæ,
Atque VSQVE *ponunt hi pedicas mihi.*

7 Neminem ego vindicem, aut patronum, aut propugnatorem expertus agnosco, nisi te vnum, qui iam diu res meas defendendas suscepisti.

7 *Dico ipse at* IAE, FORTIS *es mi, intende meæ precis ergo voci.*

8 Iterum ad Dei auxilium confugit.

8 IAS *salutis præsidium meæ*
Notum mihi extas, ô HERE, *tu caput*
Hoc protegebas, quo die me
Arma trucis petiere pugnæ.

9 Eundé ergo te mihi ostende aduersum inimicos & inuidos, qui fraude ac malis artibus me oppugnant.

9 IAS *cupita haud cesseris improbo,*
Astutiam néve illius efferas:
10 *Tollentur* VSQVE, *at me ambientum*
E labiis caput obteget fraus.

11 Translatio à carbonibus, ex fortissimo igne discussis.

11 *Et carbo in illos dissiliet frequens,*
Vrentem in ignem hos coniiciet, cauas
Non restituros inque fossas,
Sistere nec penitus valentes.

12 Sententia catholica, ex qua sibi simplicibusque omnibus securitatem sperandam indicat.

12 *Terra in iacente haud prosper & editus*
Linguosus vllus constiterit, mala
Iniurioſum sed frequens fraus
Præcipitem dabit in pericla.
13 IAS *misello (sat scio) iudicem,*
Æquumque egenis se feret arbitrum;
14 *Rectique coram te sedentes*
Nominis esse tui hoc probabunt.

מאיש חמסים רטצרני אשר חשבו לדחות פעמי׃

6 טמנו גאים פח לי וחבלים פרשו רשת ליד מעגל מקשים שתו לי סלה׃

7 אמרתי ליהוה אלי אתה האזינה יהוה קול תחנוני׃

8 יהוה אדני עז ישועתי סכותה לראשי ביום נשק׃

9 אל תתן יהוה מאויי רשע זמתו אל תפק ירומו סלה׃

10 ראש מסבי עמל שפתימו יכסמו׃

11 ימישו עליהם גחלים באש יפילם במהמרות בל יקומו׃

12 איש לשון בל יכון בארץ איש חמס רע יצודנו למרחפות׃

13 ידעתי כי יעשה יהוה דין עני משפט אביונים׃

14 אך צדיקים יודו לשמך ישבו ישרים את פניך׃

PSAL.

PSAL. CXLI.

Ad te Domine clamaui.

ARGVMENTVM.

SIMPLICITATEM candoremque cùm orationis, tum cogitationis suæ Deo examinandam ac probandam Vates proponit, cui vni sese credere ac fidere affirmat; vtpote simplicium animorum tutori summo atque vnico, eidemque salutis rerumque suarum rationes commendat omnes, quas hoc pacto optimè compositũ iri sperat, cùm idẽ peruersis hominibus, quales multi in terra sunt, & sibi inuidentibus, omninoque fraudulentis, nihil suarum rerum commissum esse velit: non enim tuta est simplicitas apud malitiosos homines; sed apud Deum tantùm tutissima est, qui simplices fouet, duplices & dolosos auersatur, ac tandem punit. Ita sperare se concludit, vt vitorum protritis ac dissipatis consilijs, actionibus ac studijs omnibus, ipse ipsiusque res Deo vindice conseruentur.

א משכיל לדוד

Psalmus Dauid.

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

יהוה קראתיך חושה לי האזינה קולי בקראי לך׃

IAS *vocanti te mihi ades citò,*
Attende voci, dum voco te, meæ;

ב תכון תפלתי קטרת לפניך משאת כפי מנחת ערב׃

2 *Suffitus atque vt gratus, hæc prex*
Missa tibi & bene certa constet,
Dono mearum, quas tibi porriga
Palmas vt almo munere vesperis.

ג שיתה יהוה שמורה לפי כצרה על דל שפתי׃

3 *Placatus* IAS *pone custos*
Ore meo excubias fideles.
Labris meis & ianua quà patet,
Qui obseruet addas, quique notet vigil.

3 Obserua orationis meæ simplicitatem & puritatem, à malo dolo alienam.

ד אל תט לבי לדבר רע להתעולל עלילות בישע את אישי פעלי און ובל אלחם במנעמיהם׃

4 *Ad rem meum cor parce prauam*
Flectier, aut studium improbandum.
Obliqua, ne me, qui mala agunt, viris
Iungi relinquas; horum ego dulcibus
Pasci cauebo suauibusque
Delitijs, fluido & sapore.

4 Non solùm orationem, sed cogitationem quoq; meam tibi probari cupio; & si qua parte erratum mihi esset, corrigi omnino per te cupio: nam simplicitatẽ prorsus amo.

Detestor omnem coniunctionẽ & communionem improborum, quantumuis iucundam: piorum verò etiam seueriſſimorum consuetudinem opto amplectorque.

ה יהלמני צדיק חסד ויוכיחני שמן ראש אל יבי ראשי

5 *Me iustus imò pulset, id arbitror*
Munus benignum, carpat & increpet;
Id principale vnguentum in hoc si
Deciderit, caput haud refringet.

Vox

Non quòd ego malè cupiam prauis ex odio personarum, quibus quidem omnia mala deprecor, sed eorum studia odi ac detestor.

Vox nempe constat, imò etiam mea
Vox constat inquam, dum video malis
Istos laborantes miſellis,
Eripier cupio precorque.

6 Imò illorum etiam antistites in leuioribus periculis iuuare soleo, quàtum possum, oratione fausta & bene precanti, Seruet te Deus, &c.

6 *Labantur horum si in silicis latus,*
Possint tamen quo sistere, iudices;
Audire per faustum precata
Dulcia dicta mea ac licebit.

7 Cùm tamen in afflictissimis rebus neminem ego, qui mihi bene cupiat, nullum qui auxilio sit præter te Deum meum, habeam.

7 *Fissor velut qui disiiciens humi est,*
Sic ad sepulchri os dissiliunt mea
8 *Dispersa iam ossa* IAS, *at in te*
Fixi oculos DOMINE *hos benignum.*
Te fido in vno, ne hanc animam sinas,
9 *Oro, vacare, & me laquei manu*
Serua, mihi quem præligarunt
Funibus ac mala prauè agentum.
10 *Suis ruent in retibus improbi,*
Quæ quisque praua fraude tetenderit:
Illæsus ipse at præteribo
Interea pariterque tutus.

PSAL. CXLII.

Voce mea ad Dominum clamaui.

ARGVMENTVM.

VITAM suam simplicem, atque omnino probam (id quod Deo ipsi iudicandum proponit) multis & magnis in periculis versari conqueritur, hoc agentibus inimicis, improbis hominibus, qui virtutem odio habent: neminem verò esse, à quo vel sua, vel virtutis ac pietatis causa subsidium sibi allatum iri videat; quamobrem sese Deo probitatis assertori, atq. oppressionum vindici seruandum ac liberandum commendat.

1 *Animaduersio Dauidis cùm esset in spelunca, Oratio.*

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

Translatio sumpta ab innocentibus animantibus, quibus tamen per crudeles venatores insidiæ struũtur.

2 IAM *voce mea clamabo, supplice voce*
Implorare IAM *mihi certum est.*

Ante

3 אשפך לפניו שיחי צרתי לפניו אגיד׃

3 *Ante illum mea & effundam meditata; mihíque*
Quanta ſit anxietas referam ipſi.

4 בהתעטף עלי רוחי ואתה ידעת נתיבתי באורח זו אהלך טמנו פח לי׃

4 *Spiritus obruitur meus in me, ſemita noſtra*
Nota tibi eſt quando; & tamen iſti,
Incedam quacunque via, mihi tendere opertum
Non ceſſant laqueumque dolumque.

5 הביט ימין וראה ואין לי מכיר אבד מנוס ממני אין דורש לנפשי׃

5 *Attentè ad dextram aſpicias; mihi nemo repertus*
Agnitor; effugiumque deeſt mî.
Sedulus huic animæ aſſertor, quæſitor & æquus;
Quive ſatis præſtet mihi nemo eſt.

Perſonæ mutatio, oportuna & elegans vatibus familiaris figura.

6 זעקתי אליך יהוה אמרתי אתה מחסי חלקי בארץ החיים׃

6 IAS *ad te clamaui, dixi, vt mihi conſtas*
Viuorum in terra vnica pars tu?

Inter viuentes omnes tertæ incolas, inter quos tanquam alienus verſor.

7 הקשיבה אל רנתי כי דלותי מאד הצילני מרדפי כי אמצו ממני׃

7 *Exhauſtus nimium, miſer ac, ſum; intende meæ tu,*
Quam ſupplex expono, querelæ.
Eripe me ſæuis à ſectatoribus, ij nam
Mi valido mage robore præſtant.

8 הוציאה ממסגר נפשי להודות את שמך בי יכתרו צדיקים כי תגמל עלי׃

8 *Hanc animam è clauſtro profer; nomenque profeſſam,*
Deinde tuum & celebrare paratam.
Cùm videantque vices in me & tua præmia iuſti, in
Me expedient nectentque coronas.

Cùm iuſti animaduerterint exempla iudicij tui, coronabuntur præ gaudio.

PSAL. CXLIII.

Domine exaudi orationem meam.

ARGVMENTVM.

DEVM iuſtum iudicem ad cauſam ſuam audiendam, examinandam & iudicandam, tandemque aſſerendam appellat Dauid, à quo cupit examinari innocentiam & integritatem ſuam; non quidem ad diuinæ illius & ſimpliciſſimæ puritatis, ſed ad humanæ imbecillitatis, atque adeò ad aduerſariorum ſuorum improbitatis rationes comparatam: hoc enim pacto ſperat ſe cauſam obtenturum apud integerrimum iudicem & iniuriarum propulſatorem, ac vindicem ſeueriſſimum & fortiſſimum contra aduerſarios improbiſſimos, qui fraude, calliditate, vi & dolo atque impietate ſe immeritum perſequuti, perdere conantur. qua ex re illud euenturum prædicit, vt innocentiæ ac ſimplicitatis, probitatisque ratione conſtabilita, diuinæ prouidentiæ, miſericordiæ, atque iuſtitiæ celebretur laus.

1 *Psalmus Dauidis.*

1 מזמור לדוד

CARMEN MONOCOLON.

יהוה שמע תפלתי האזינה אל רנחכוני באמתך ענני בצדקתך:

AVditor IAS *excipe ô meam precem,*
Meam querelam senti & auribus tene.
(Fidem tuam probabis) atque æquus mihi
Responsa redde iusta iustus arbiter.

Insinuatio. Quandoquidem tu verax es, & pollicitus te auditurũ oppressos, audi, & iudica ex æquitate, non ex æstimatione & collatione tuæ illius purissimæ virtutis ac simplicitatis, cui comparatus, neque infans vnius diei iustus est.

2 ואל תבוא במשפט את עבדך כי לא יצדק לפניך כל חי:

2 *Tuum seuero iure parce seruulum*
Adire; iustum nemo namque lampada
Viuens probabit se vt ferat vultus tui.

3 כי רדף אויב נפשי דכא לארץ חיתי הושיבני במחשכים כמתי עולם:

3 *Vitam sequutus hostis contundit meam,*
Humi refringens atra & in caligine
Sedere cogit me, velut quos abdidit
Tempus remotum per sepulchra conditos.

Vt vulgares iam diu extinctos, & cõmuni sepulchro confusè humatos.

4 ותתעטף עלי רוחי בתוכי ישתומם לבי:

4 *In me est mei vis obuoluta spiritus,*
Stupet meo cor destitutum pectore:

5 זכרתי ימים מקדם הגיתי בכל פעלך במעשה ידיך אשוחח:

5 *Quondam dierum tempora vt colo memor,*
Opus tuumque verso & omne cogito;
Exemplum & efficacis istius manus

5 Dum memoro exẽpla antiqua, quæ nunc etiam requirere mihi videor, sed tamẽ summa fide ac spe, vt renouentur, oro.

6 פרשתי ידי אליך נפשי כארץ עיפה לך סלה:

6 *Contemplor omne: Pando tunc meas tibi*
Manus, auensque te peto ex solo arido:

7 מהר ענני יהוה כיתה רוחי אל תסתר פניך ממני ונמשלתי עם ירדי בור:

7 *Et vsque dico, Redde mî precor citò*
IAS *referque, linquor ipse spiritu;*
Vultus tuos ne prouidos mihi abdito:
Nam par sepultis ipse, si negas, ero.

8 השמיעני בבקר חסדך כי בך בטחתי הודיעני דרך זו אלך כי אליך נשאתי נפשי:

8 *Audire numen manè me iube tuum,*
Numen benignum; fido quippe te vnico.
Iter, viamque quam sequutus ambulem,
Ostende, auenti te ac volenti te, mihi.

9 הצילני מאיבי יהוה אליך כסתי:

9 IAS *latêre in te volo; me tu meis*
Tegens latentem proteges ab hostibus.

9 Vt aniculæ exiguæ aliquando ad aquilam cõfugiunt tutelę causa, cuius virtute protegũtur à rapacium aliũm aliarũ fœuitia.

10 למדני לעשות רצונך כי אתה אלוהי

10 *Tibi probanda me doceto & exequi,*
Meum colo nam te atque duco PRINCIPEM,

Tuo

רוחך טובה תנחני בארץ מישור׃

Tuo bono voloque duci ſpiritu;
Namque ille plano ritè me ducet ſolo.

יא למען שמך יהוה תחיני בצדקתך תוציא מצרה נפשי׃

11 IAS *probabis nomen, vt ſoles, tuum,*
Vt me iubebis auctor ipſe viuere;
Exempla iuſta moris ac feres tui,
Meam ſi ab arcta proferes anguſtia,
Qua viuo, partem, ſpiro, quaque ſentio.

11 Ego nullum habeo alium aſſertorem, nullumque auctorem cõſilij ad res meas componendas præter te, cuius ſpiritu gubernari opto; illius enim virtute & auctoritate ipſe tutus, doctus, & omnino ſecurus agã: ſæpiſſimè hunc Spiritum ſanctum antiqui petebant.

יב ובחסדך תצמית איבי והאבדת כל צוררי נפשי כי אני עבדך׃

12 *Hoſtesque ſtringes & premens coges meos;*
Quippe es benignus fautor & clemens tuis:
Meam prementes, viuo qua, partem exitu
Digno perire tu iubebis ac modo;
Tuum ſtudentes ſeruulum me perdere.

PSAL. CXLIIII.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prœlium.

ARGVMENTVM.

CARMEN eſt gratulatorium, ob partam ſibi diuinitus in bello victoriam, populosque ſubiectos, & regnum conſtitutum: eſt etiam ſupplicatio ad ſtabiliendam rempublicam illam, ex diuini conſilij ſententia rebellibus atque obtrectatoribus ſuperaris; non enim defuerunt Dauidi multi maleuoli & aduerſarij, imperiique detrectatores etiam in regno iam conſtituto. Poſtrema in hoc Pſalmo eſt inſinuatio ad perſuadendum populo, vt imperium ferant eius regis, qui non ex propria libidine, ſed ex Dei PRINCIPIS optimi ac maximi legibus eſſet gubernaturus; ſeque Dei ipſius ſimplicem & integrum miniſtrum exhibiturus: nihil enim aut beatius aut magis optandum rebus publicis contingere poſſe, nihilque magis ad ſummam felicitatem conferre, quàm vt DEVS præſit; cuius conſilio, verbo, & ſpiritu cuncta gerantur.

א לדוד

Dauidis.

CARMEN TRICOLON TETRASTROPHON.

ברוך יהוה צורי המלמד ידי לקרב אצבעותי למלחמה׃

RVpes & IAS præſidium mihi
Eſt prædicandus, nam docet is manus
Pugnare noſtras, inſtruitque
Hos digitos ad acuta bella.

Omne conſiliũ inceptum, principium, & exitum omnem, deniq. ſucceſſum Deo auctori acceptum refero, idque publicè profiteor.

ב חסדי ומצודתי משגבי ומפלטי

2 *Is mi benignus, præualida arx mihi,*
Præruptus idemque editus eſt locus:

Is me tueturque eripitque;
Et clypeus mihi constat idem.
Securus illo protegor vnico;
Subiecit idem mi populum meum.

לי מגני ובו
חסיתי הרדד
עמי תחתי:

Namq. homo quid est, aut qualis, aut quantus, nempe vt tibi notus & exploratus est, vanitati est simillimus; sed si quid recte efficit, id est, quia tu eum consilio, viribus & industria auges ad magnas obeundas res.

3 *Ias homo quid? nosti & illum,*
Et reputas misero ac caduco

3 יהוה מה אדם
ותדעהו בן
אנוש
ותחשבהו:

Vmbris nubium confertur homo.

4 *Mortale natum; persimilis quidem*
Nil atque vanis constat homo; dies
Illius vmbræ vt transeuntes
Prætereunt celeresque currunt.

4 אדם להבל
דמה ימיו כצל
עובר:

5 *Ias polorum flecte micantium*
Axem tuorum prouidus; indeque
Descende, fumatura montis
Culmina multiplicisque tange.

5 יהוה הט
שמיך ותרד גע
בהרים ויעשנו:

6 *Flagranti & illos fulgure fulgura;*
Perde, & minutim præcipites rue;
Absume turbatos tuisque hos
Missilibus penitus sagittis.

6 ברוק ברק
ותפיצם שלח
חציך ותהמם:

Hostium externorũ & finitimorum impetum deprecatur.

7 *Extende celso; atque erue me; manus,*
Et me profundis eripias aquis;
E vi manusque ac pertimenda,
Quam soboles aliena tendit.

7 שלח ידיך
ממרום פצני
והצילני ממים
רבים מיד
בני נכר:

Hostium populi Dei, nec oratio, nec potentia certo fundamento nititur.

8 *Os vanitatem falsaque nuntiat;*
Horumque mendax dextera dextera est:

8 אשר פיהם
דבר שוא
וימינם ימין
שקר:

Carminis argumentũ.

9 *Carmen canam* PRINCEPS *nouandum*
Nabliolo fidibusque denis.

9 אלהים שיר
חדש אשירה לך
בנבל עשור
אזמרה לך:

Dicam regibus non ex proprio cõsilio, aut ex orationis facultate, aut ex potentia & viribus, sed ex Deo salutem parari.

10 *Dicam salutis regibus efficax*
Quis sit, suum qui Dauida liberet
Seruum dicatum, de malisque
Excipiat gladij periclis.

10 הנותן
תשועה למלכים
הפוצה את דוד
עבדו מחרב
רעה:

11 *Extraneorum de sobolis manu*
Ereptor vt me suscipias precor,

11 פצני והצילני
מיד בני נכר

Os vana

אשר פיהם דבר שוא וימינם ימין שקר:

Os vana quorum proloquutum,
Dextera & eſt quoque dextra mendax.

12 אשר בניהם כנטעים מגדלים בנעוריהם בנותינו בזויות מחשבות תבנית היכל:

12 *Noſtris iuuentus ſit pueris, velut*
Plantata creſcit ſilua, puellulæ &
Noſtræ angulorum ceu lacunar
Marmorei nitidum palati.

Summa gentibus ac mundo creditæ felicitatis.

13 מזוינו מלאים מפיקים מזן אל זן צאוננו מאלופות מרבבות בחוצותינו:

13 *Nobis repletis ac licet angulis*
Proferre frugis multiplicis genus,
Noſtri greges & mille noſtris
Concipiunt decuplantque vicis.

14 אלופינו מסבלים אין פרץ ואין יוצאת ואין צוחה ברחבתינו:

14 *Noſtri iuuenci ſuſtineant, trahant*
Carnes onuſque, vt diſpereat nihil,
Nil effluat, non in plateis
Vox ſonet haud bene grata noſtris.

15 אשרי העם שככה לו אשרי העם שיהוה אלהיו:

15 *Quamuis beatus ſit populus bonis*
His vſus, atqui eſt ille beatior
Quicunque IAH *ſpectat colítque,*
Principe & hoc fruitur benigno.

PSAL. CXLV.

Exaltabo te Deus meus rex.

ARGVMENTVM.

DIVINAS laudes canendas tribus nominibus hoc Pſalmo Dauid ſuſcipit, potentiæ inquam, ſapientiæ & miſericordiæ nominibus, quibus omnibus maximum, immenſum cunctis argumentis Deum ſe oſtendiſſe ait; ſed qui præcipuè præter cætera miſericordiæ ditiſſimum ſeſe oſtendere exhibereque gaudeat: ex quo fit, vt omnibus rerum naturis, apertiſſimè verò animantium generi omni omnibus temporibus proſpiciens victum oportunum ſuppeditet, atque adeò erga humanam naturam propenſæ miſericordiæ ſit, vt aſſiduis beneficiis cùm omnes homines, tū miſerrimos quoſque, maximè verò ſeſe appellantes, & purè ac ſimpliciter petentes proſequatur: idque in primis curet, vt ſalutem illam animorum hominibus promiſſam, per Chriſtum afferendam, quam ſapientiſſimè paret ac maturet oportunè exhibiturus, quibus ex rebus omnibus diuinarum laudum celebritatem aſſiduam perpetuamque apud homines eſſe oportere concludit.

Laus Dauidi ſuſcepta.

א תהלה לדוד

1

CARMEN DICOLON DISTROPHON, ACROSTICHON ex Hebraicarum notarum ſerie, vt Hebraicè habet.

א A Ttollens celebrabo meũ rex magne DEVM te,
Tuumq. nomen prædicãs perpetuò referã:

ב 2 Blanda equidẽ referam, referã pulcherrima gratus
In omne ſæculum tuo nomini & vlterius.

ג 3 Grandis & eſt IAS valde & laudandus, at idem
Quàm magnus extet, æſtimet nemo hominũ pe-

4 Facta erga orbem totum, geſta erga hominum genus.

ד 4 Dicet facta tua ætati, laudabit & ætas, (nitus.
Exponet atque prædicans fortia geſta tua.

ה 5 Hoc decus eximium, tua quo ſit gloria pulchra,
Narrabo, mira verba, queis te memor ipſe ferã.

6 Exponent verba videlicet à me pronuntiata.

ו 6 Verè etiam metuenda tua exponentque ſeuera
Exempla, magnitudinem commemorabo tuam.

7 Multi alij præterea memoriam tuæ amplitudinis & beneficentiæ renouabunt.

ז 7 Sacra bonique tui magni memoranda profati
Exempla dicent canticis, iuſtitiamque tuam.

ח 8 Hique IAM placidũ, miſerantem, naribus amplũ
Et liberalitatibus magnificis facilem.

ט 9 Totus & exemplis bonus IAS, denique cunctis;
Eius ſuperq. facta cuncta eſt miſerantis amor.

10 Laudaberis ob cuncta opera & facta, vt auctor omnium, ſed piis eritillud argumẽtum de regno tuo celeberrimum.

י 10 IAS, cuncta tua agnoſcunt te facta profeſſa;
Quin prædicabunt & pij te referentque tui:

כ 11 Clarum atq. amplificũ regnũ, tua ſceptraq. dicent,
Et fortitudinem tuam proloquio referent.

ל 12 Laude hac terrigenis geſta illius alta docebunt,
Regnique ſplendorem ſui, magnificumq. decus.

13 Tu regnas, & imperas ſuperiori mũdo Angelorum & Spirituum, & inferiori hominum, & omnibus temporibus atq. ætatibus erit: igitur in hominũ cordibus & animis regnes.

מ 13 Mundis eſt regnum cunctis iſtud quoque regnum;
Æuis poteſtas ſæculisq. omnibus iſta præeſt.

15 ע aſpiratio, aut litera gutturalis antiquis in proximam vocalem abire ſolet.

ס 14 Sanè IAS cunctos fulcitque tenétque ruenteis;
Idem recuruos erigit, quos premit anxietas.

ע 15 In te cuncta oculos vnum ſpectantia figunt,
Præbéſq. cuique pabulum cõmodus ipſe ſuum.

פ 16 Pandẽs ipſe manũ, ſaturas genus omne animãtũ, et
Viuẽs benign' quidquid his et placet et petitur.

ארוממך אלוהי המלך ואברכה שמך לעולם ועד:
בכל יום אברכך ואהללה שמך לעולם ועד:
גדול יהוה ומהלל מאד ולגדלתו אין חקר:
דור לדור ישבח מעשיך וגבורתיך יגידו:
הדר כבוד הודך ודברי נפלאותיך אשיחה:
ועזוז נוראותיך יאמרו וגדולתיך אספרנה:
זכר רב טובך יביעו וצדקתך ירננו:
חנון ורחום יהוה ארך אפים וגדול חסד:
טוב יהוה לכל ורחמיו על כל מעשיו:
יודוך יהוה כל מעשיך וחסידיך יברכוכה:
כבוד מלכותך יאמרו וגבורתך ידברו:
להודיע לבני האדם גבורתיו וכבוד הדר מלכותו:
מלכותך מלכות כל עלמים וממשלתך בכל דור ודר:
סומך יהוה לכל הנפלים וזוקף לכל הכפופים:
עיני כל אליך ישברו ואתה נותן להם את אכלם בעתו:
פותח את ידיך ומשביע לכל חי רצון:

Siſtit

17 צדיק יהוה בכל דרכיו וחסיד בכל מעשיו׃

17 צ *Sistit nempe viis cunctis iustissimus* IAS
Suis benignus, hūc sua ergo omnia facta probēt.

18 קרוב יהוה לכל קראיו לכל אשר יקראהו באמת׃

18 ק *Quin & se verè purèque vocantibus* IAS
Cunctis adest, propinquo et est omnibus auxilio.

19 רצון יראיו יעשה ואת שועתם ישמע ויושיעם׃

19 ר *Ritè optata suis faciet metuentibus; horum*
Salutis auctor supplicem sentiet ille precem.

20 שומר יהוה את כל אהביו ואת כל הרשעים ישמיד׃

20 ש *Seruat & ipse suos* IAS *custodit amantes*
Cunctos, & omnes improbos diruet ille etiam.

21 תהלת יהוה ידבר פי ויברך כל בשר שם קדשו לעולם ועד׃

21 ת *Talem* IAE *laudem nostrum os persæpe loquatur;*
Caroque cuncta nomen hoc efferet eximium.
Illius hoc sanctum nomen per sæcula dicent;
Quidquidve sæclo & vltimo posterius fuerit.

PSAL. CXLVI.

Lauda anima mea Dominum.

ARGVMENTVM.

VANAM esse omnino cogitationem ac sententiam eorum, qui felicitatem suam in hac vita in principum gratia statuunt, cùm principes omnes mortales sint, & multis ipsi etiam obnoxij miseriis, nec suos nec se etiam necessitate eripere valeant: illum autem sapere vel virum vel populum, qui diuinis legibus & institutis regatur, Deumque sibi principem cōstituerit, vtpote potentissimum, sapientissimum, ditissimum, iustissimum, æquissimum, clementissimum, misericordissimum, liberalissimum, rerum omnium perspectorem vigilantissimum, maximorum ac minimorum curatorem diligentissimum, sublimium & humilium gubernatorem strenuissimum, verè ac propriè regem, eundemque æternum regem. ex quibus omnibus rebus colligitur, Sionem, hoc est, Ecclesiam, omnium rerū publicarum beatissimam esse, quæ à Deo rege in perpetuum gubernetur.

1 הללויה

1 *Haleluiah.*

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

הללו נפשי את יהוה׃

IAM *laude colè ô mens, anima ac mea,*

2 אהללה יהוה בחיי אזמרה לאלהי בעודי׃

2 IAM *laude colam, viuere dum mihi,*
Esse ac dum liceat, constitui piis
IAM *dicere canticis.*

3 אל תבטחו בנדיבים בבן אדם שאין לו תשועה׃

3 *Ah non munificis fidite vos, viro*
Neu vos terrigenæ: non etenim salus

1 Decreui laudū argumentum mihi perpetuò proponere Deū, qui propriè benignus est & liberalis, idemq. semper me beneficiis afficere potest dum viuam, imò dum sim vel in hac vel in futura vita: id quod nemo sibi promittere queat de terreno aliquo principe; quem nescias an tibi viuus & beneficus futurus sit dum viuas, potest enim perire dū tu viuas, etiamsi non diu vixeris; quippe qui nec sibi salutem afferre, nec spem suam sibi certam facere ipse potest; quam sæpissimè longam constitutam mors præscindit.

Illi

Illi eſt, quam validus proſpiciat ſibi
Auctor vel ferat alteri.

4 Quid mirum, cùm ipſe terreus ſit corpore, & ſpiritus vitæ retinendi compos non ſit?

4 *Exibit leuis huic ſpiritus, inque humum*
Concedet propriam: perdet ea ac dies
Huius propoſitum, votáque ſplendida,
Curas, conſilia ardua.

4 תצא רוחו ישב לאדמתו ביום ההוא אבדו עשתנותיו׃

5 Attentè conſiderare oportet collationem Dei principis, cũ principibus terrenis, & munificis illis viris.

5 *Felix multiplici ſorte Iacobidum,*
Cui dux FORTIS *adeſt auxilio efficax,*
Qui vult ſéque ſuo credere PRINCIPI,
IAE *& fidere prouido.*

5 אשרי שאל יעקב בעזרו שברו על יהוה אלהיו׃

6 Deus fortis gubernator, adeò diues, vt totum cælorum, tertæ ac matis orbem cum contenta rerum copia crearit; poteſt ergo ea impertiri ſuis, nec ideò pauper manere, namque & ſibi & aliis quibus velit, alium orbem aliasque copias creare & profetre poteſt: humani magnifici nec omnibus largiti poſſunt, & iis careant neceſſe eſt quę donarint. eſt autem adeò verax in pactis & promiſſis, vt illius veritate ſola mundus conſeruetur, aliàs ruiturus.

6 *Cælos ille facit; terra ferax, mare*
Atque his quidquid ineſt, hunc perhibent ſuum
Auctorem; orbis & hunc perpetuum ſui
Veri continet arbitrum.

6 עשה שמים וארץ את הים ואת כל אשר בם השמר אמת לעולם׃

7 *Fraudatos liquido iudicio afficit;*
Paſcit quos cruciat ſæua fames; cauo
IAS *quóſque ligant carcere vincula*
Soluit, liberat ac leuat.

7 עשה משפט לעשוקים נתן לחם לרעבים יהוה מתיר אסורים׃

8 Aliæ virtutes magni principis, iuſtitia, æquitas, patrocinium, doctrina, inſtructio, tutela, quæ in Deo & immenſæ & æternæ ſunt; in aliis plerumque requiruntur & deſiderantur, aut imbecillæ, inſtabilesque reperiuntur.

8 IAS *pandit item lumina turbida*
Cæcis, quóſque premit, curuat & impetus,
IAS *conſtabilit, iuſtitiæ probos*
IAS *diligit aſſeclas.*

8 יהוה פקח עורים יהוה זקף כפופים יהוה אהב צדיקים׃

9 IAS *curat item, ſeruat & aduenas,*
Pupillum cumulat, nec viduam minus:
Torquebítque viam, quam tenet improba
Turba & quem inſtituit modum.

9 יהוה שמר את גרים יתום ואלמנה יעודד ודרך רשעים יעות׃

10 IAS *perpetui in ſæcula ſæculi*
Regnabit tuus, ô crede Sion, bonus
PRINCEPS, *præterita vt prædicet hunc, ſimul*
Ætas poſtera prædicet.

10 ימלך יהוה לעולם אלהיך ציון לדר ודר הללו יה׃

PSAL.

PSAL. CXLVII.

Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus.

ARGVMENTVM.

ADMIRABILIS Psalmus est, & qui magnam expositionem, plenissimamque locorum omnium demonstrationem postulet. continet enim naturalem, moralem, & Theologicam rationem omnem; cuius argumentum illud est: nullam canendi materiam vel vtiliorem, vel iucundiorem hominibus offerri posse, quàm Dei laudes, quem mundi totius auctorem, principem & gubernatorem omnipotentem, sapientissimum, benignissimumque esse, ipsa etiam rerum natura considerata, demonstret; omnibusque hominibus velut digito indicet; sed iis longè clarius, quibus præter naturalium rerum obseruationem, diuinorum oraculorum vsus viua voce & scripto concessus est; clarissimè verò omnium iis, quos Spiritu sancto immisso, singulari admirandoque modo docendos & instruendos Deus ipse susceperit: ita verò omnium totius mundi, & ætatum, & conditionum homines hoc Psalmo comprehensi ad Dei laudes celebrandas inuitantur; videlicet legis naturæ & scriptæ, ac denique Ecclesiæ Christianæ homines.

CARMEN SAPPHICVM.

1 הללויה כי טוב זמרה אלהינו כי נעים נאוה תהלה׃

1 *NAmque* IAH *psalmis celebrare pulchrum est,*
Laude iucundum celebrate nostrum
PRINCIPEM; *laus hæc penitus decora*
Gratáque constat.

2 בונה ירושלם יהוה נדחי ישראל יכנס׃

2 *Auctor est* IAS, *Solymúmque is vrbem*
Condit, & pulsos repetet legetque,
Coget ac iungens periêre quotquot
Israëlitum.

3 הרופא לשבורי לב ומחבש לעצבותם׃

3 *Ille confractis, miseróque ruptis*
Corde, deiectíque animo medetur,
Ac ligans acres solidat dolores
Tristitiáque his.

4 מונה מספר לכוכבים לכלם שמות יקרא׃

4 *Siderum solus numerum recenset,*
Singulis nomen proprium vocando;
Singulis vires, propria atque cunctis
Munia didit.

5 גדול אדונינו ורב כח

5 *Noster est magnus* DOMINVS, *neque impar;*
Plurima est illi valida atque virtus,

1 Diuinarum laudum argumentum & vtile & iucundũ est; vtroq. igitur nomine suscipiendum. nam, omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

Thesis Psalmi ad nouum testamentum pertinet. ille condidit Israelis populũ, quem percuntem restituet in meliorem conditionem, nempe Christianorum ouile, Christo pastori committendũ: sed hæc promissio eos complectetur, qui fide & pœnitentia hanc salutem sibi à Deo donandam procurabũt. Hypothesis virtutis, efficacitatis & prouidentiæ Dei.

Vocando] יקרא enim indicat perpetuitatẽ, vt alibi de futuro docebimus.

Qua mundum gubernat, eaq. nouissima est.

r Prou-

תבונתו providentia, qua rebus hominum consulit.

Prouida at quàm sit, numerus valebit
Ponere nullus.

לתבונתו אין מספר׃

6 Humanarum rerũ partitio in mites & insolentes: quid Deus erga vtrosque agat.

6 Ampliátque IAS cumulátque mites;
Improbos idem penitus repulsos
Deijcit, terram redigítque ad ipsam
Vsque ruenteis.

6 מעודד ענוים יהוה משפיל רשעים עדי ארץ׃

7 ענו Respondere per choros professi Dei laudes, quarũ argumẽta sunt manifesta.

7 Inuicem cantu memorate grato,
Publico atque, IAM celebrem professi:
PRINCIPI nostro resonetque vestris
Gloria psalmis.

7 ענו ליהוה בתודה זמרו לאלהינו בכנור׃

8 Qui nusquam aut nũquam sese ipsum sine testimonio reliquit, dans pluuias de cælis, &c. hoc argumento vsus est Paulus apud gentes.

8 Nubibus cælum tegit ille densis,
Is parat terræ pluuiam feraci,
Ille fœcundat viridi supinos
Gramine montes.

8 המכסה שמים בעבים המכין לארץ מטר המצמיח הרים חציר׃

9 Solet etiam prospicere desolatis & omni auxilio destitutis; quãquam nó cognoscatur modus quo id efficiat.
Ideò etiã humanis opibus non indiget, vt suos liberet, tueatur & gubernet, quos ipse vltrò amans suscipit.
Expositio superioris partis, concluſa duob⁹ verbis Hebræis.

9 Belluis escas varias dat, atri &
Filiis corui, his vbi cura matrum
Negligens voces mouet, & rogare
Cogit anhelos.

9 נותן לבהמה לחמה לבני ערב אשר יקראו׃

10 Ille equi non vim validam requirit,
Non amans curat solidè viriles

10 לא בגבורת הסוס יחפץ לא בשוקי האיש ירצה׃

12 Altera pars theseos, diuinam prouidẽtiam & misericordiam singulariter ostẽdit Israelitis, hoc est, Ecclesiæ fidelium; olim, inquã, Israelitarum, secũdum carnem tamen diuinæ voluntati obtemperãtium; deinde verò & nunc Christianæ Ecclesiæ. hanc autẽ prouidentiam tutelæ cuiusdã externæ ac præcipuæ imagine descripta significauit propheta.

11 רוצה יהוה את יראיו את המיחלים לחסדו׃

11 Tibias: se vult, fouet ac, timentes
Curat & IAS:
Illius qui cum didicere votis
Omnibus sanctum, placidum, benignum
Numen & fidi & solido manentes
Pectore poscunt.

12 Prædica vrbs IAM Solymûm, tuúmque
PRINCIPEM laudans celebra Sione,
Quòd tuis vectes foribus valenti
Robore firmat.

12 שבחי ירושלם את אלהיך ציון׃

13 Mysteriũ Ecclesiæ Christianæ, quę Israeliticæ Ecclesiæ filia fuit: vnde mater Synagoga vocatur illa prior. hanc maioribus donis, quàm illã priorem, Deus auget.

13 Prosper & natos sobolem tuamque
Euehit, magnis cumulátque donis;

13 כי חזק בריחי שעריך

Quos

ברך בניך בקרבך׃

Quos tui muri cumulant, tua & quos
Mœnia claudunt.

Nam extra Ecclesiam non est salus; limes quo Ecclesia recta ab aliis pseudoecclesiis & sectis dignoscitur, pax est diuina. Mysterium magnum.

14 חשם גבולך שלום חלב חטים ישביעך׃

14 *Limitem, pacem & requiem beatam,*
Is tuum figit, statuítque; pingui
Tritici ac multa varij medulla
Te saturabit.

15 השלח אמרתו ארץ עד מהרה ירוץ דברו׃

15 *Legat vt terræ proprium ipse dictum,*
Currit illius properátque verbum;

16 הנתן שלג כצמר כפור כאפר יפזר׃

16 *Et niuem vt lanam, glaciémque, sparsum*
Vt cinerem, dat.

17 משליך קרחו כפתים לפני קרתו מי יעמד׃

17 *Et suum frustis simile at minutis*
Is gelu canens iacit: heu feret quis
Illius durum, stabili aut manebit
Pectore frigus?

18 ישלח דברו וימסם ישב רוחו יזלו מים׃

18 *Mittet vt verbum proprium, liquescent*
Flante subtili, tenuíque vento
Defluent lymphæ, cadet atque vinclis
Stilla solutis.

18 Velut dicto suo mittit terræ efficaces impressiones, quæ impediri à nemine possunt: ita mittere potest Ecclesiæ suæ spiritus verbo suo promissi, dona maxima & efficacissima; idq. faciet oportunè.

19 מגיד דברו ליעקב חקיו ומשפטיו לישראל׃

19 *Indicat verbum proprium, refertque*
Ipse Iacob quæ statuit, sua atque
Iura delecto populo piisque
Israelitis.

19 Cæteras gentes Deus docuit naturæ contemplatione, sed Iacob verbo suo instituit, promissisque instruxit suis.

20 לא עשה כן לכל גוי ומשפטים בל ידעום הללויה׃

20 *Fecit haud omni simile ipse genti, haud*
Quippe nouerunt ea quæ feruntur
Iura mirandis celebranda semper
Consiliis IAH.

20 Ex quo cognoscitur maioribus beneficiis aucta esse fidelium Ecclesia, quæ hac postrema parte psalmi ad singulare gratulationem appellabatur.

משפט significat æquitatem, quæ in diuinis præceptis & institutis mirè lucet.

PSAL. CXLVIII.

Laudate Dominum de cælis.

ARGVMENTVM.

SVPERIORVM inferiorumque rerum naturæ omnis breuem, sed elegantissimam summam continet hic psalmus: deinde etiam gratiæ diuinæ significationem admirabilem. principiò enim distributis vtriusque mundi partibus, ornamentis & cultoribus auctorem adscribit Deum, Deum, inquam, illum יהוה (præter quem nullus alius est, cui laudes laudumque argumenta omnia adiudicat summo, proprio, certo ac manifesto iure. Commodè autem ad homines orationem transfert, quos omnis ætatis & conditionis, omniumque munerum se suaque omnia, quæ bona aliquo iure dici possunt, Deo huic auctori & gubernatori deberi affirmat. Demũ ad fideles homines deuenit, quibus vltra communem cum aliis naturæ conditionem & cognitionem accessisse ait, diuinæ tum promissionis notitiam, tum voluntatis significationem expressam; vnde nata in illis fuerit viua fides & certa spes salutis per Christum afferendæ, quam oportuno tempore Deus ipse iis qui crediderint & obtemperauerint, ac perseueraverint vsque in finem, sit præstiturus.

1 *Haleluiah.* הללויה

CARMEN DICOLON DISTROPHON.

Propositio ex partitione. Naturæ ordo. sed incipit à notioribꝰ in vnoquoque genere. Angeli & spiritus alij, qui non tam nuntij quàm ministri dicuntur.

PRincipium laudis de cælis ducite, & IAM
In templis laudate supernis. הללו את יהוה מן השמים הללוהו במרומים:

2 *Hunc omnis laudate cohors, quam legat & ipse;*
Huncque sua omnis dicite turma. הללוהו כל מלאכיו הללוהו כל צבאו:

3 *Hunc Sol, Luna etiam celebrate, & lucida cuncta*
Sidera vos hunc dicite laude. הללוהו שמש וירח הללוהו כל כוכבי אור:

4 *Cæli, qui cælis incumbitis, edite laudem huic,*
Quæque vndæ superant quoque cælos. הללוהו שמי השמים והמים אשר מעל השמים:

5 Argumenta laudis, creatio, constitutio, institutio.

5 *His laude & nomen celebretur, numen &, IAE;*
Quo sunt cuncta creata iubente. יהללו את שם יהוה כי הוא צוה ונבראו:

6 *Ille eadem statuit sæclis mansura, datúmque his*
Decretum transire negauit. ויעמידם לעד לעולם חק נתן ולא יעבור:

7 Inferior mũdi pars, cuius manifestissimũ & firmissimum membrum terra, ea in duas regiones diuiditur, superiorem & inferiorẽ; vtraque pars suos habitatores habet; ex abyssis terræ hæc omnia proferuntur.

7 *IAE etiam à terra repetitas dicite laudes*
Vos colubri & vos infima cuncta. הללו את יהוה מן הארץ תנינים וכל תהומות:

8 *Ignis, grando, niues, vapor, ac vis turbida venti*
Illius qui verba facessit. אש וברד שלג וקיטור רוח סערה עשה דברו:

9 Latices propriè vertimus speciem illam cedri vtilissimam.

9 *Montes & colles omnes, lignúmque ferax ac*
Fructiferum & laricum genus omne. ההרים וכל גבעות עץ פרי וכל ארזים:

Bellua

10 חיות וכל בהמה רמש וצפור כנף:

10 *Bellua & omne pecus, iumentáque, reptile, & alis*
Quæ volucris ſecat aëra pernix.

11 מלכי ארץ וכל לאמים שרים וכל שפטי ארץ:

11 *Vos terræ reges magni & res publica cuncta,*
Et proceres iuriſque miniſtri.

12 בחורים וגם בתולות זקנים עם נערים:

12 *Vos iuuenes lecti ſimul innuptæque puellæ;*
Iuncti etiam pueríque ſenéſque.

13 יהללו את שם יהוה כי נשגב שמו לבדו הודו על ארץ ושמים:

13 *Laudabunt* IAE *nomen, nam tollitur altum*
Id nomen, ſolúmque ſupernum eſt.
Imminet illius decus atque honor vndique terræ,
Imminet & cælis honor ille.

13 Laudis cauſa & ratio, diuini nominis maieſtas; ex qua omnis humana recta ratio & conditio proficiſcitur.

14 וירם קרן לעמו תהלה לכל חסידיו לבני ישראל עם קרבו הללויה:

14 *Ille ſua populo cornu extulit, omnibus eius*
Hæc laus certa piiſque boniſque eſt;
Iſraelis natis, populo, quem nempe propinquum
Ipſe ſibi fecit, IAH *dicite laude.*

14 Præter laudũ gentibus omnibus communia argumenta, eſt vnum etiam propriũ Iſraelitis, quòd ex ipſorũ gente erexit cornu ſalutis omni orbi afferendæ, hoc eſt, Chriſtũ ex Iſraelitarũ genere hominibus edi. quare effectum eſt, vt hic populus familiarior Deo ſit redditus, quàm cæteri, quibus huiuſmodi promiſſio non eſt facta: ſed quia nõ definitur Iſraelites ſecundum carnem tántùm, ſed ſecundum ſpiritũ & vocationem Dei, additum eſt populo propinquo ipſi Deo videlicet.

PSAL. CXLIX.

Cantate Domino canticum nouum.

ARGVMENTVM.

TOTVS hic Pſalmus propheticus, totus planè diuinus admirabiliſque eſt: in quo Vates per enthuſiaſmon ſibi præſentem proponit populum Chriſtianum, qui per Chriſtum è tenebris in admirabile lumen Dei erat educendus, victurus nouam vitam ex renouatione interioris hominis, qui ſecundũ Deum creatus eſt in ſanctitate, iuſtitia & veritate: eam autẽ vitam perpetua pace ac lætitia Chriſti cumulandam fore ait. id quod noui Teſtamẽti ætate ſatis aperrè intellexerunt, & ſenſu ipſo animi interno cognouerũt, quicunq. Chriſti ſpiritu aguntur, nihil timentes externarum afflictionum, quarum vel frequenti & maximo impetu non poterunt auelli à charitate Dei, quæ in ipſorum cordibus eſt diffuſa. Atque ex illis ij, qui doctrinæ virtute præditi fuerint, omnia aduerſariorum etiam potentiſſimorum prœlia ſtrenuè ſuſtinebunt, & vincent. Hæc cùm præuideret Vates, noſtræ aureæ ætatis homines ad nouum & perpetuum gratulationis cantum inuitabat, atq. eadem ſpe ſui etiam temporis populum ad laudes hortabatur.

1 הללויה

1 *Haleluiah.*

CARMEN DICOLON TETRASTROPHON.

שירו ליהוה שיר חדש תהלתו בקהל חסידים:

IAE *carmen age ô dicite vos nouum,*
Hunc cœtus celebri laude ſonet pius;

2 ישמח ישראל בעשיו בני

2 *Auctoríque ſuo gratior Iſrael*
Feſtum & lætitiam colet.

Eccleſiæ Chriſtianæ periphraſis.

2 Communi lætitia Iſrael gratulatur Deo, qui ſe ex Iacob ad Iſraelis amplitudinem euexit.

Fausta ac rege suo turma Sionia
Prodat multisonis gaudia plausibus.
3 *Huius concelebrent cum citharis chori &*
Nomen tympana personent.
4 IAS *namque fouens vult populum suum,*
Ornabítque humiles ipse salutifer:
5 *Securos adiget dulce decus pios*
Lectis concinere in suis.
6 *Vt* FORTEM *que ferat laudibus affluens*
Horum guttur erit, tum gladium manus
7 *Stringens ancipitem, quo populis graues*
Pœnas, gentibus & paret:
8 *Vt reges manicis stringere, vinculis*
Magnates valeant claudere ferreis:
9 *Et præscripto vt eos iudicio mali*
Admissi afficiant reos.
Ipse at splendor & est omnibus vnica
Virtus nempe bonis atque nitor suis;
Clarabitque pios quotquot erunt, sacrum hoc
Valdè, ac perpetuum decus.

ציון יגילו במלכם׃

3 יהללו שמו במחול בתף וכנור יזמרו לו׃

4 כי רוצה יהוה בעמו ישאו ענוים בישועה׃

5 יעלזו חסידים בכבוד ירננו על משכבותם׃

6 רוממות אל בגרונם וחרב פיפיות בידם׃

7 לעשות נקמה בגוים תוכחות בלאמים׃

8 לאסר מלכיהם בזקים ונכבדיהם בכבלי ברזל׃

9 לעשות בהם משפט כתוב הדר הוא לכל חסידיו הללו יה׃

3 Laudum ratio, quòd Deus ipse sua sponte & propria misericordia ita dilexerit mundum, vt filium suum salutis pontificem dare voluerit, qui humiles & contritos corde spiritu suo auctos, omni pace & quiete spirituali cumuler, atque ex variis laboribꝰ fatigatos, tandem in lectis illis admirandis ac desideratis collocet. poeticè summa quies descripta est.

8 Virtus Euãgelij per Apostolos aliosque discipulos Iesu Christi enuntiati.

Omnẽ sufficientiam illam suam ad magnas res subeundas & agẽdas, Deo asscribunt sancti.

PSAL. CL.

Laudate Dominum in sanctis eius.

ARGVMENTVM.

OMNIVM Psalmorum, qui alio nomine laudes vocantur, summam, & veluti perorationem quandam continet hic Psalmus, inuitans Ecclesiam omnem ad diuinas laudes ex puro corde celebrandas; atque omni externo etiam canendi & gratulandi instrumento sociandas, ita vt nihil aliud audiatur animis in gratulationem intentis, quàm id quod eandem gratulationem iuuare ac promouere possit. Hanc verò gratulationẽ atque laudem Deo deberi ob naturæ suæ maiestatem, ob sapientiæ, virtutis, ac misericordiæ infinitam considerationem multis exemplis & argumentis nobis propositam in mundi creatione & gubernatione, atque in admirandis rebus hominum causâ gestis, tam in figura, quæ veteris testamenti ætatibus exhibita fuit, quàm in figurato ipso, quod noui testamenti beato sæculo præstitum est per Iesum Christum mundi seruatorem, atque humani generis amplificatorem efficacissimum.

Halelu-

1 הללו יה 1 *Haleluiah.*

CARMEN SAPPHICVM.

הללו אל בקדשו הללוהו ברקיע עזו׃

LAudibus fortem celebrate in alta
Ipsius sede & solio sacrato;
Dicite hunc rerum validè efficacem
Æthere vasto.

Diuina maiestas in se considerata, & cum angelorum ac beatorum spirituum ministerio.

2 הללוהו בגבורתיו הללוהו כרב גדלו׃

2 *Fortia atque huius celebrate gesta*
Clara mortali generi, atque magnis
Laudibus magnum memorate multis
Nominibusque.

2 Virtus Dei in creatione earum rerũ quæ factæ sunt, & quę assiduè efficiuntur, vt in sublimi videmus.

3 הללוהו בתקע שופר הללוהו בנבל וכנור׃

3 *Cornua hunc acres resonent tubæque,*
Spiritu ac pleno referat tumens hunc
Nablium, claros citharа eloquatur
Huius honores.

3 Antiquorũ instrumentorum varia genera ex Hebraicis nominibus indicata.

4 הללוהו בתף ומחול הללוהו במנים ועגב׃

4 *Tympana hunc laudent, alacres choríque;*
Dispar hunc iunctis calamis cicuta
Rumpat; huic blandas minuátque longa
Tibia voces.

5 הללוהו בצלצלי שמע הללוהו בצלצלי תרועה׃

5 *Tinnula hunc ludo recinant loquaci*
Sistra, & hunc pulsu crepitante sistra:

Sistrorum genera duo, tinniens & crepitans.

6 כל הנשמה תהלל יה הללויה׃

6 IAH *sonet nomen, celebrétque laudes*
Halitus omnis.

Halitus omnis quidquid aere percusso vel vocem, vel sonum edere potest.

FINIS LIBRI PSALMORVM.

BENED. ARIÆ MONTANI AD D. PETRVM VELEIVM Gueuaram Theolog. & Iuriſperitum Hiſpalenſis Eccleſiæ Priorem, & Iuriſconſultum Canonicum.

O QVI *meorum præſidia intima*
Præcordiorum perpetuus tenes,
O nomen haud vllis mouendum
Huic animo memori periclis;
VELLEI, *piorum lætitia ac decus,*
Quicunque puris moribus arduæ
Virtutis haud acceſſa vulgo
Templa colunt ſapientiæq́:
Tecum peractos dum memoro dies,
Grata & ſilentum tempora noctium,
Nec fallo præſentem laborem
Nec recreor, velut aſſolebam.
Immò dolori, mœſtitiæ & graui,
Queis ipſe totis ſolibus obruor,
Tormenta coniungit peracti
Temporis irreuocanda imago.
Nam tunc malorum, queis miſerum genus
Mortale culpa concutitur ſua,
Spectator expers qui videbar,
Nunc medijs agor in theatris.
Tunc me cauendis rebus & actibus
Tumente maior vocibus & prior

Quid

Quid quæque proferret notare
Scena hominum & populi, iubebas.
Exempla noſtri turbida ſæculi
Naſcentis orbis veſpere ab extimo
Dum comparatis explicamus
Ponderibus, malè preſſa vincunt.
Solamen ergò & conſilium vnicum
Auctore nobis te fuerat, ſuas
Vulgaribus ceſsiſſe partes
Pro ſtudio & numero petentum:
Meq; in reducta rupis & edita
Antro beatum muneribus tuis
Gaudere quærentem latere
Impauidum maris ac procellæ:
Illic ſuperni conſiliis Dei,
Vatumq; veris vocibus & ſacris,
Vitamq; ſplendentesq; luces
Aſsiduis operis vouere.
Prædulcis at ſors inuida me boni
Tractum quieto ſuſtulit è loco,
Ventisq; turbandum moleſtis
In dubium pelagus remiſit.
Quos vita fluctus poſt mea pertulit
Impulſa rerum caſibus aſperis,
Formidat vſa & mens referre,
Et refugit memorare carmen.

Teſtis dolorum mœſtitiæ & grauis
Iniurioſis aula frequens malis,
Teſtisq́ curſus, in remotas
Quò feror excutiorq́ terras:
Nunc plena venis glebamet allicis,
Quæ membra denſo vellere ineptius
Amicit Hibernumq́ nomen
Oceano Heſperio tuetur;
Nunc me colore ſplendida candido,
Quæ noctis horas vix numerat breuis,
Tenet vagantem me Britani
Terra ſoli Tameſisq́ amœnus.
Nunc inquietis Gallia finibus,
Vel flaminalis mœnia Legiæ,
Rheni vel hirſutus colonus
Fertilis Alſacidúmve tractus.
Illinc reuiſos iam mihi ſæpius
Rhethos, Genaunos, Luceriæ & lacus,
Et iam fide diſſentientes
Aſcanidum populos pererro.
Siluas & altis Alpibus inſitas,
Hetruſca & arua, & quæ Tyberis lauat,
Qui lege mutauit ſacratum
Imperium meliore Romæ.
Illinc regreſſus conſpicio tuos
Picens agros, queq́ Adria littora

Perfun-

Perfundit insignis refluxu
Et Venetûm populo superbus.
Taurina rursus trans iuga deferor
Et per niualis prona Sabaudiæ
Querceta, vicinosq́ Francis
Lotarigos, Retelosq́ curro.
Hinc longiori tempore iam mihi
Exculta campis Belgia pascuis
Et nata & inuentrix alendis
Artibus hæc regio subitur.
Nuper probatis ritibus omnium
Prouinciarum delitiæ, & suis
(Dum pax fidesq́ permanebant)
Ingenijs operisq́ felix:
Heu nunc scelesto dissidio & malis
Vexata morbis ac vitio intimo,
Multisq́ dissultans ruinis
(Ni superi aspiciant) perire.
Diuersa terræ transierim licet
Ventis neque ijsdem regna patentia,
Sermonis ac distantis vsum;
Forma eadem studijs notatur.
Fraudes iniquæ & multiplices doli
Et concitatis ambitio artibus
Conata tentare atque sede
Luciferum ruere emicante.

Ardens vbique & fax violentiæ,
Iniuriarumq; irruit impetus,
Nullisq; definita metis
Sordida & esuriens cupido.
Reiecta virtus vrbibus omnibus,
Nec certa pagis hospitia obtinet,
Laudata nonnusquam decoris
Vocibus, officio at repulsa.
Nullus supremi vindicis aut metus
Mortale pectus concutit intimum:
Vix signa deprendas rubentis
Sanguinis in facie, aut pudoris.
Hæc summa tantis exiliis tuo
Tandem peractis constitit Arix:
Nouisse, in humanis probandum
Egregiè nihil emicare.
Sermonis ergò me istius vndique
Desiderantem commoda cogniti
Infesta curarum caterua
Aggreditur, premit, atque pungit.
Vnus librorum, quos Deus edidit,
Vsus labantem me recreans tenet,
Fastidioso dum molesti
Abstrahit officij labore.
Ergò colendis lucibus annua
Sol quas reducit splendidus orbita,

Vel

Vel canto quæ Dauid ſacratis
Expoſuit meditata verbis.
Vel quæ ſuperna Fons ſapientiæ
Genti probauit promere ſimplici,
Hæc ipſe deducens fideli
Continuo exhibeoq́ filo.
Tu ſeu diſertos legibus ordines
Rectè explicandis & tribuis modos,
Seu voce conformas decenti
Eloquij ſonitum Latini:
Seu ſcripta docti temporis omnia
Voluis Paneti Socraticam & domum,
Seu pura quos audit magiſtros
Religio pietasq́ voluis:
Siue ipſa diuæ plena ſcientiæ
Exhauſta nunquam flumina combibis,
Quæq́ antè diduxit ſupremus
Per geminos Pater ipſe riuos:
Quidquid regendo temporis aut choro
Ponis piorum, quos celebres Deo
Certis canendæ ſemper horis
Afficiunt retinentq́ laudes:
Quidquid vel altis in ſtudiis locas
Grati laboris; reſpice opus nouum
Præſens, quod abſentis memorq́
Ipſe tui meditabar æger.

FINIS.

PSALMORVM INDEX.

AD Dominũ cùm tribul. 278
Ad te Domine clamabo. 85
Ad te Domine leuaui. 78
Ad te leuaui oculos meos. 281
Afferte Domino filij Dei. 86
Attendite populo meus. 186
Audite hæc omnes gentes. 130

B.

Beati immaculati in via. 266
Beati omnes qui timent Dñm. 286
Beati quorum remissæ sunt. 93
Beatus qui intelligit super. 115
Beatus vir qui non abiit. 33
Beatus vir qui timet Dominũ. 257
Benedicam Dominum. 97
Benedic anima mea. 235
Benedic anima mea. 237
Benedictus Dominus Deus. 307
Benedixisti Domine terram. 102
Bonum est confiteri Domino. 229

C.

Cæli enarrant gloriam Dei. 67
Cantate Domino canticum. 225
Cantate Domino. 228
Cantate Domino. 317
Confitebimur tibi. 181
Confitebor tibi Domine. 47
Confitebor tibi Domine. 256
Confitebor tibi Domine. 297
Confitemini Domino & inu. 240
Confitemini Domino quon. 244
Confitemini Domino. 248
Confitemini Domino. 264
Confitemini Domino. 294
Conserua me Domine. 59
Credidi propter quod locut. 262
Cùm inuocarem. 38

D.

De profundis clamaui. 281
Deus auribus nostris. 121
Deus deorum Dominus. 132
Deus Deus meus respice. 72
Deus Deus meus ad te de. 155
Deus in adiutorium meum. 169
Deus in nomine tuo saluum. 140
Dous iudicium tuum regi da. 172
Deus laudem meam ne tac. 252
Deus misereatur nostri. 161
Deus noster refugium. 126
Deus quis similis erit tibi. 199
Deus repulisti nos & dest. 151
Deus stetit in synagoga. 198
Deus venerunt gentes. 192
Deus vltionum Dominus. 221
Dilexi quoniam exaudiet. 262
Diligam te Domine fort. 63
Dixi, custodiam vias meas. 111
Dixit Dominus domino meo. 254
Dixit iniustus vt delinquat. 103
Dixit insipiens in corde suo. 56
Dixit insipiens in corde suo. 138
Domine ad te clamaui. 303
Domine Deus meus in te. 43
Domine Deus salutis meæ. 207
Domine Dominus noster. 45
Domine exaudi orat. meam. 232
Domine exaudi orat. meam. 305
Domine in virtute tua. 71
Domine ne in furore tuo. 41
Domine ne in furore. 109
Domine non est exaltatum. 289
Domine probasti me. 229
Domine quid multiplicati. 37
Domine quis habitabit. 57
Domine refugium factus es. 215
Domini est terra & plenit. 77
Dominus illuminatio mea. 83
Dominus regit me. 76
Dominus regnauit, decorem. 221
Dominus regnauit, exultet. 226
Dominus regnauit, iracscantur. 229

E.

Ecce nunc benedicite. 292
Ecce quàm bonum. 291
Eripe me de inimicis. 149
Eripe me Domine ab homine. 301
Eructauit cor meum verbum. 123
Exaltabo te Deus meus. 309
Exaltabo te Domine. 88
Exaudiat te Dominus. 69
Exaudi Deus deprecationem. 152
Exaudi Deus orationẽ meam. 141
Exaudi Deus orationem. 156
Exaudi Domine iustitiam. 60
Expectans expectaui Dominũ. 113
Exultate Deo adiutori. 196
Exultate iusti in Domino. 94
Exurgat Deus & dissipentur. 162

F.

Fundamenta eius in montib. 206

G.

Inclina Domine aurem tuam. 204
In conuertendo Dominus. 284
In Domino confido. 52
In exitu Israel de Aegypto. 259
In te Domine speraui. 89
In te Domine speraui. 170
Iubilate Deo omnis terra. 159
Iubilate Deo omnis terra. ser. 230
Iudica Domine nocentes me. 100
Iudica me Deus, & disc. 120
Iudica me Domine quoniam. 81

L.

Lætatus sum in his quæ. 280
Lauda anima mea Dominum. 311
Lauda Ierusalem. 313
Laudate Dominum de cælis. 136
Laudate Dominum in sanctis. 318
Laudate Dominum omnes. 264
Laudate Dominum quoniam. 313
Laudate nomen Domini. 292
Laudate pueri Dominum. 258
Leuaui oculos meos. 279

M.

Magnus Dominus. 128
Memento Domine Dauid. 289
Miserere mei Deus. 145
Miserere mei Deus quoniam. 143
Miserere mei Deus secũdum. 135
Misericordiam & iudicium. 231
Misericordias Domini. 209

N.

Nisi Dominus ædificauerit. 284
Nisi quia Dominus. 282
Noli æmulari in malignantib. 104
Nónne Deo subiecta erit. 153
Non nobis Domine. 260
Notus in Iudæa Deus. 183

O.

Omnes gentes plaudite. 127

P.

Paratum cor meum Deus. 251

Q.

Quàm bonus Israel. 175
Quàm dilecta tabernacula. 201
Quare fremuerunt gentes. 55
Quemadmodum desiderat. 118
Qui confidunt in Domino. 283
Quid gloriaris in malitia. 137
Qui habitat in adiutorio. 217
Qui regis Israel intende. 194

S.

Saluum me fac Deus. 156
Saluum me fac Domine. 53
Sæpè expugnauerunt me. 287
Si verè vtique iustitiam. 147
Super flumina Babylonis. 296

T.

Te decet hymnus Deus. 157

V.

Venite exultemus Domino. 223
Verba mea auribus percipe. 40
Voce mea ad Dominum. 184
Voce mea ad Dominum. 304
Vsquequo Domine obliuis. 55
Vt quid Deus repulisti in. 178
Vt quid Domine recessisti à longè. 50

FINIS.